11. Amicus ejus alter Alexander dictus ab ipso : xiii, 592 *b*.
ALEXANDER Alensis, magister S. Bonaventuræ, subscripsit sententiæ Guillielmi Parisiensis decem quosdam articulos reprobantis : iii, 151 *b*.
ALEXIUS sanctus licite reliquit sponsam ut Deo totum se daret : vi, 225 *b*.
ALICUJUS esse dicitur res aliqua novem modis : ix, 220 *b*.
ALIENÆ rei contrectatio licite fieri aliquando potest, scilicet vel ex obedientia, vel ad cautelam, vel ex necessitate : viii, 199 *a*.
ALIENATIO. 1. Alienatio mentis quid sit : ix, 296 *b*.
2. Alienatio mentis in contemplatione oritur ex magnitudine devotionis, vel admirationis, vel exultationis : ix, 255 *b* (*ubi loco* admiratiõnis *legitur* amaritudinis); xii, 220 *b*.
ALIENIGENA dicitur, qui alibi natus est, et alibi habitat; sic qui a vita carnali ad spiritualem transit : xi, 60 *a*.
ALIETATEM, pluralitatem, discretionem et distinctionem cur dicere liceat in divinis, minime vero diversitatem, multiplicitatem, divisionem et separationem : i, 93 *a*, 387 *b*.
ALIMENTUM. 1. Ob alimentum tantum cibus sumendus est : vii, 109 *a*.
2. Alimenti pars vere transit in veritatem humanæ naturæ cum humido radicali opere generativæ vegetativæ : iii, 347 *b*.
3. Alimenti pars transit etiam in veritatem humanæ naturæ cum humido nutrimentali opere nutritivæ : iii, 347 *b*.
4. Alimentum convertitur partim in fæces, partim exhalatur per totum corpus, et partim in substantiam convertitur : iii, 339 *b*.
ALIQUID. 1. — esse, et nihil esse, an medium admittant : i, 128 *b*.
2. Aliquid non esse dupliciter cogitari potest : i, 149 *ab*.
3. — dicit vel suppositum, vel naturam abstractam : i, 128 *b*.
4. — in Christo dicit suppositum : iv, 150 *a*.
5. — non dicitur produci dum producitur Filius in divinis, sed bene aliquis : i, 346 *a*.
6. Aliquid sumi potest vel materialiter, vel allegorice, vel moraliter, vel anagogice : ix, 253 *b*.
7. Aliquid est nunc immortale, hoc dupliciter intelligi potest : iii, 62 *b*.
ALIQUOTA pars numeri dicitur, quæ in se ducta vel in alium, constituit illum : ix, 554 *a*.
ALIUD. 1. — quandoque dicit duntaxat alietatem proprietatis, non diversitatem naturæ : i, 417 *b*.
2. Proprie tamen dicit alietatem in natura : i, 170 *b*-171 *a*.
3. Aliud aliquando stat pro supposito : i, 199 *b*.
ALIUS. 1. — in divinis importat distinctionem personarum, non vero essentiæ : i, 91 *b*, 93 *a*, 95 *b*-97 *a*, 170 *b*, 359 *a*.
2. Alius et alter in eo differunt, quod alter ordinarie dicit diversitatem tantum accidentalem, alius personalem : i, 93 *b*; vi, 261 *b*.
3. Alius et alius quomodo importet minorem diversitatem, quam major et minor : i, 264 *b*.
4. Patrem alio esse Patrem, alio Deum, intellige non formaliter, sed originaliter : i, 119 *ab*, 337 *a*.
ALLEGATIO sophistica juris frequenter invenitur in injusta advocatione : vii, 541 *a*.
ALLEGORIA. 1. — quid sit : vii, 236 *b*, 344 *b*.
2. Omnis allegoria sumitur a nominis interpretatione, vel a rei proprietate : ix, 173 *a*.
3. Allegoria in Scripturis quomodo respiciat quandoque Christum, quandoque Ecclesiam : ix, 36 *b*.
4. Allegoriæ excellentia in exponenda sancta Scriptura expenditur : vii, 245 *a*, 247 *b*; ix, 89 *a*-91 *b*, 92 *ab*, 93 *ab*, 336 *ab*.
5. Per allegoriam res bona quandoque significat rem bonam, quandoque malam, et pariter res mala : ix, 173 *b*.
6. Allegoria est via spatiosa, laboriosa, in-

Digitized by Google

aquosa, quæ ducit ad sacrificium justitiæ, ad unctionem gratiæ et ad aquam sapientiæ : IX, 336 *a*.
7. Allegoria necessaria est triplici de causa : IX, 181 *b*.
8. Quibus in casibus ab allegoria abstinendum : IX, 173 *a*.
9. Exempla allegoriarum ex Scripturis : IX, 336 *ab*.
10. Per allegoriam in mensa mystica ponentur doctoribus subtiliores cibi : VII, 611 *b*, 612 *ab*.
11. Duodecim fontes allegoriarum qui sint : IX, 114 *ab*.

ALLELUIA. 1. — interpretatur Laudate Deum, et est nota clarissimæ laudis divinæ : IX, 317 *a*; XII, 260 *ab*.
2. — quare dicatur in graduali Missæ, et quare iteretur cum prolongatione cantus : IX, 232 *b*; XII, 260 *ab*.
3. — est proprie cantus angelorum, unde cantatur præcipue a pueris : IX, 281 *b*, 297 *a*.
4. — futuram vitam significat : IX, 232 *b*.

ALLOCUTIO. 1. — Dei in meditatione qualiter fiat : VIII, 410 *b*-411 *a*, 411 *b*- 412 *b*.
2. — a quibus audiatur : VIII, 411 *ab*.
3. — animæ ad Deum qualiter fiat : VIII, 412 *b*-414 *b*.
4. Qualiter allocutio divina a nostra meditatione distinguatur : VIII, 413 *a*-417 *a*.

ALOE quid sit, et quid mystice significet : XI, 603 *a*.

ALPHABETUM hebraicum expenditur : IX, 298 *b*.

ALPHABETUM RELIGIOSORUM INCIPIENTIUM, opusculum authenticum : XII, 501 *ab*.

ALPHABETUM RELIGIOSORUM, opusculum dubium : XII, 502 *a*-503 *b*.

ALPHÆUS interpretatur fugiens : X, 364 *a*.

ALTARE. 1. — id est alta ara, crux dicitur propter altitudinem et immolationem, tum denique propter formam : IX, 187 *a*; XIII, 236 *a*.
2. — quomodo significet Christum in cruce derelictum, vel prælaturas indignis prostitutas : X, 170 *b*.
3. — item significat mentem, vel incarnationem, imo Deum et æternam gloriam, tum quoque orationem, sive cordis, sive vocis, denique cœlum : IX, 187 *ab*, 210 *b*.
4. — significat Christum de terra factum, id est de Maria : IX, 187 *a*.
5. — significat corpus Christi militanti Ecclesiæ propositum in cibum : IX, 187 *b*.
6. — significat Christum, quem ubique invenies : XIII, 355 *b*-356 *a*.
7. Altaris consecratio quare exigat ipsius veri liberationem et effusionem vini et aquæ : IX, 170 *b*.
8. Altare sacrum unum erat ex tribus quæ in summo honore erant apud patres : XI, 580 *b*.
9. Explicantur mystice ea quæ fiunt in unctione et decoratione altaris : XII, 262 *a*.
10. Quanta mundities circa pannos altaris et corporalia requiratur : XII, 262 *a*, 465 *a*.
11. Altare est cor humanum, quod semper debet igne gratiæ esse inflammatum : XIII, 585 *b*.
12. — est cor pœnitentis, ubi debet immolari sacrificium contritionis : VIII, 271 *a*.
13. Altarium consecratio, ejusque mysteria : XIV, 133 *b*.
14. Altare qualiter tractandum : XII, 464 *a et seq*.

ALTER. *Vid.* ALIUS, n. 2.

ALTERATIO. 1. —est mutatio qua res nunc aliter se habet, quam prius : II, 255 *a*.
2. — est mutatio sive corruptiva, sive perfectiva, sive ad contrarias qualitates, sive non : II, 597 *b*, 598 *b*; VI, 496 *b*-499 *b*.
3. — erit in damnatis sine generatione novæ formæ : VI, 499 *ab*.
4. — est continuus motus et successivus ob contrarietatem : I, 293 *a*, 294 *b*; II, 254 *b*; IV, 106 *a*-108 *b*; VI, 636 *a*-640 *b*.
5. — fit per additionem gradus ad gradum secundum substantiam : I, 292 *b*, 293 *ab*.
6. — quomodo fiat : II, 254 *b*, 255 *a*, 615 *b*. *Vid.* ACCIDENS, n. 17, 19, 23, 30, et MIXTIO per totum.

ALTERUM. 1. Ubi unum est propter alterum, utrobique tantum unum : VI, 243 *a*.
2. Ubi unum est per alterum, ibi sunt duo : VI, 243 *b*-244 *a*.

ALTISSIME, piissime et sanctissime sentiendum de Deo ad profectum animæ : XII, 180 *a*.

ALTITUDO. 1. — Scripturæ quanta : VII, 236 *ab*; IX, 13 *b*.
2. — fidei quanta : IX, 70 *b*-73 *b*.
3. — quænam Deo grata, quænam vero odibilis : X, 35 *ab*.

AMAN. 1. — Antichristi fuit figura : IX, 100 *b*.
2. — significat diabolum culpas et pœnas inferentem : XIII, 375 *a*.
3. Promissio ejus nefanda : XIII, 374 *b*.

AMANDA quatuor ex charitate : XIV, 24 *ab*.

AMANS. 1. — Deum propter temporalia qualiter peccet : V, 96 *b*.
2. Amans aliquid cum Deo, Deum minus amat : XIII, 576 *b*.
3. Amans amato nihil dat, si solum amorem spectes : I, 192 *ab*.
4. Amans transformatur in amatum : I, 257 *a*; II, 631 *a*. Id de Deo tamen amante homi-

Digitized by Google

nem intelligi non debet, quare : v, 34 *b*.
5. Sufficit amanti ut noverit amati necessitatem : xi, 408 *a*.
6. Amans proximum amat charitatem ipsam, ac proinde Deum : i, 278 *b*-279 *a*.
7. Amans proximum non considerat debitum : i, 192 *b*.
8. Amans ibi est, ubi amat : xi, 588 *b*-589 *a*.
9. Amans urso ad palum ligato comparatur : xiii, 578 *b*.
10. Amanti nihil difficile est : xiv, 31 *b*.

AMARE. 1. — quid sit : xi, 606 *b*.
2. — aliquem aliter quam propter Deum, est actus naturalis, non virtutis : xiii, 442 *a*.
3. Deus magis amat peccatorem prædestinatum, quam justum præscitum, amore dilectionis, sed non approbationis : v, 30 *b*-31 *a*.
4. Deus dicitur amare aliquem, vel quia communicat ei bonum, vel quia proponit communicare : v, 32 *a*.
5. Amare se non posse nemo veraciter dicere potest : xiv, 32 *a*.

AMARI debet Deus calide, acute ac superfervide : ix, 506 *b*.

AMARITUDO. 1. — de peccato commisso maxima pars pœnitentiæ est : xi, 196 *a*.
2. — maris unde proveniat : ii, 582 *b*.
3. — vitiosa mentis est filia acediæ : vii, 363 *b*.

AMBITIO. 1. — est vitium pessimum, et multorum aliorum radix et causa : xii, 353 *b*.
2. — est destructio Ecclesiæ : xiii, 118 *b*.
3. Ambitionis mala expenduntur : xiii, 249 *b*.
4. Quid de ea et laborantibus eodem vitio sancti doctores senserint : vii, 36 *a*-38 *a*.
5. Qualis fuerit Pharisæorum : x, 544 *b*.
6. De ambitionis malo auctoritates Scripturæ : viii, 612 *b*-613 *b*.

AMBITIOSUS. 1. — quisque Antichristi sectator existit, et ab altaribus removendus est : vii, 36 *ab*.
2. Prava ambitiosorum studia : vii, 37 *a*-38 *a*.

AMBROSIUS sanctus. 1. Quid senserit de temporali felicitate : xiv, 19 *b*.
2. Ambrosii laudes sub similitudine lucis expenduntur : xiii, 505 *a*-507 *a*.
3. Quanto studio fidem catholicam confessus sit, et docuerit verbo et exemplo : xiii, 507 *b*-508 *b*.
4. Quæ sint juxta eumdem arma Ecclesiæ : xiii, 508 *a*.

AMBROSIUS Autpertus alius a sancto Ambrosio doctore : xi, 210 *a*.

AMBULARE. 1. — Dei quid sit : viii, 58 *a*.
2. — debemus digne per devotionem, caute per discretionem, honeste per circumspectionem : ix, 378 *b*.

AMEN. 1. — quid significet : ix, 159 *b*; x, 210 *b*; xii, 273 *b*.
2. Quotupliciter sumatur : *ibid.*
3. — est quasi juratio Dei : xi, 295 *a*.

AMENS quomodo amittere potuerit usum liberi arbitrii : iii, 231 *b*.

AMETHYSTUS quomodo per proprietates suas justitiam designet : viii, 342 *a*.

AMICITIA. 1. — quid sit, et in quo consistat : ii, 228 *a*; vii, 238 *b*, 413 *b*; xi, 543 *a*; xiii, 591 *b*.
2. Quomodo sit pars justitiæ : vii, 412 *b*-413 *a*.
3. — juxta Aristotelem, aut est beatitudo, aut non sine beatitudine : i, 190 *b*.
4. Amicitiæ veræ quinque gradus designantur auctoritatibus sanctorum : vii, 188 *a*.
5. Amicitiæ laudes, conditiones et effectus : vii, 187 *a*-188 *a*.
6. Amicitia pertinet ad virtutem benignitatis : ix, 56 *a*.
7. Divina amicitia per puritatem conscientiæ, per afflictionem veræ pœnitentiæ, per amorem obedientiæ, et per patientiam atque misericordiam potissimum acquiritur : xiii, 550 *b*-553 *a*.
8. Amicitia vera quomodo probetur : xi, 27 *b*; xiii, 552 *a*, 590 *b*-591 *a*.
9. Amicitiam veram maxime demonstrant communis contemptus omnium vitiorum, communis amor omnium divinorum, communicatio omnium secretorum, et communis pro se invicem tolerantia tormentorum : xiii, 591 *b*-593 *b*.
10. Amicitiæ rursus signa sunt communicatio omnium bonorum inter se invicem, servitiorum exhibitiones reciprocæ, conformitas voluntatum, et pro amico sustinentia adversorum : xiii, 578 *a*-579 *b*.
11. Amicitia bonorum cum bonis est simpliciter bona : xiv, 28 *b*-29 *b*.
12. — malorum cum malis est simpliciter mala : xiv, 28 *ab*.
13. — malorum cum bonis, et bonorum cum malis, aliquando bona, aliquando mala : xiv, 29 *b*-30 *b*.
14. — Herodis et Pilati qualis : xiv, 28 *b*.
15. — in prosperitate qualis : xiii, 579 *b*; xiv, 29 *a*.
16. — vera non inter bona fortunæ, sed inter honesta collocanda : xiv, 27 *b*.
17. — virtus est, non quæstus : xiii, 591 *a*.
18. — propinquitati et parentelæ præferenda est : xiii, 590 *b*.
19. Amicitiæ veræ rara exempla : xiii, 516 *b*-517 *a*, 592 *b*, 593 *b*; xiv, 29 *a*.
20. Amicitiæ fallacis varia exempla : x, 162 *ab*, 163 *b*; xiv, 28 *b*, 30 *b*.

Digitized by Google

21. Amicitia Dei, tum activa, tum passiva, expenditur : XI, 587 *b*-588 *b* ; XIII, 550 *a*-553 *a* ; XIV, 61 *b*, 62 *b*.
22. Amicitia fœminarum periculosissima : VII, 573 *b*-575 *b* ; XII, 205 *b*.
23. Amicitiæ duplex officium, unum scilicet, idem velle et nolle, alterum, secreto admonere et palam laudare : VII, 413 *b*.
24. Amicitia ut sit perfecta, mutua esse debet : I, 191 *b*.
25. Amicitia spiritualium virorum quærenda : XIV, 388 *a*.
26. Amicitia facit unumquemque esse tot personas, quot amicos habet : XI, 595 *b*.
AMICTUS, et cæteræ sacerdotales vestes, quid significent : XII, 257 *a*-258 *a*.
AMICUS. 1. — verus quis sit demonstratur exemplis ex Scriptura desumptis : VIII, 543 *b*-544 *a* ; XI, 543 *a*.
2. Amicis porrigendum est auxilium in necessitate : XI, 27 *b*, 184 *b*-185 *a*.
3. Amicus verus thesaurus est desiderabilis : X, 520 *b*.
4. Amicorum omnia esse communia quomodo verum : IX, 487 *b*.
5. An diligere amicum majoris sit perfectionis, quam inimicum diligere : IV, 679 *a*-682 *b*.
6. Amici quando deserendi : XI, 50 *a*.
7. Amici, licet duo habeant corpora, unam tamen animam habere debent : XIII, 592 *b*.
8. Amici hominis quadruplicis generis, scilicet Deus creator, angelus dirigens, homo pauper, diabolus persequens : XIII, 377 *a*-378 *a*.
9. Amicus fidelis medicamentum vitæ : XIII, 377 *a*.
10. Non omnibus amicis fidendum : XI, 294 *a*.
11. Amicorum Dei est pati : XI, 407 *b*.
12. Amicos Dei quid nos efficiat : XI, 588 *ab*.
13. Amicum hominem esse Dei, maxima hominis dignitas : X, 588 *b*.
14. Amicus utilitatis causa assumptus tamdiu placet, quamdiu utilis est : XIII, 579 *b*.
AMINADAB interpretatur populi mei voluntas : VIII, 429 *b*.
AMISSIO rerum potest ab interiori, ab exteriori, a superiori et ab inferiori venire : X, 604 *b*.
AMITTERE an importet prius habuisse : III, 306 *a*.
AMMON interpretatur filius generis nostri, et significat carnem : XIII, 40 *b*.
AMOR. 1. — quid sit : VII, 238 *a*, 514 *a*.
2. Amor, dilectio et charitas, in quo differant : I, 185 *b* ; IV, 596 *b* ; VII, 409 *a* ; VIII, 183 *ab*.
3. Amoris variæ species : I, 276 *b*, 286 *a* ; IV, 648 *ab*, 676 *a* ; VIII, 183 *a*, 438 *a*-439 *a*, 439 *b*-441 *a*.
4. — triplex, gratuitus, libidinosus et naturalis : V, 96 *b* ; VII, 366 *b* ; VIII, 183 *a*.
5. Amor in Deum duplex : IV, 586 *a*, 606 *a* ; V, 233 *b*.
6. — alius ordinatus, alius inordinatus : I, 87 *b*.
7. Affectio amoris est prima inter omnes affectiones : I, 190 *b* ; IV, 586 *a* ; V, 48 *b*-49 *a*.
8. Amor, ut perfectus sit, debet esse mutuus : I, 190 *b*.
9. Amor mutuus simul et gratuitus esse potest : I, 192 *b*.
10. Amor est donum in quo omnia alia donantur : V, 33 *ab*.
11. Inter mentem, notitiam et amorem etiam in homine est ordo, æqualitas et consubstantialitas : *ibid.*
12. Quomodo trinitas hæc creata ducat nos in cognitionem sanctissimæ Trinitatis : I, 88 *ab*.
13. Amor est nexus memoriæ et intelligentiæ : XII, 12 *b*.
14. Amor omnis vis unitiva et nexus quidam est : I, 187 *a*, 195 *a* ; IV, 53 *a*, 606 *a* ; V, 32 *b* ; VIII, 438 *a*.
15. Amor Dei, utpote unius et simplicissimi, quomodo generet cordis puritatem et simplicitatem : XIII, 430 *a*.
16. Amor naturalis quidam est etiam in vegetalibus, qui non præsupponit cognitionem aliquam : VI, 571 *a* (ubi dicitur opinio esse aliquorum) ; VIII, 438 *b*.
17. Amor naturalis duplex est, scilicet plantatus cum ipsa natura, vel acquisitus : V, 96 *b*.
18. Similitudo causa est amoris : XII, 43 *a*.
19. Amor sensitivus præsupponit cognitionem sensitivam : *ibid.*
20. Amor intellectualis præsupponit cognitionem rationis, et hic duplex, scilicet indeliberatus seu naturalis, et electivus seu deliberativus : *ibid.*, et II, 382 *b* ; IV, 367 *b*.
21. Amor electivus idem est ac dilectio : VIII, 438 *b*.
22. Amor angelicus præsupponit altiorem cognitionem humana : *ibid.* Ejusdem descriptio : VIII, 452 *a*-453 *a*.
23. Amor divinus qualis sit : IX, 68 *b*.
24. Amor divinus est æternus quidam circulus : VIII, 439 *a*.
25. Amor spiritualis triplex est, prout immittitur a spiritu sive maligno, sive humano, sive divino : VIII, 440 *b*.
26. Amor gratuitus est laudabilis, et vel amicitiæ est, vel concupiscentiæ : VIII, 183 *a* ; vel etiam complacentiæ : I, 286 *a*.

Digitized by Google

27. Amor gratuitus dare jubet ex mera liberalitate et sine retributione : I, 121 *b*-122 *a*.
28. Amor, dilectio et charitas, quomodo differant : VIII, 183 *ab*.
29. Amor naturalis similiter dividitur, sed nec laudabilis est, nec vituperabilis : VIII, 183 *a*.
30. Amor vitiosus quis sit : *ibid.*
31. Amor naturalis, pius, jucundus, justus, violentus, sanctus, quomodo intelligatur : *ibid.*
32. Amor gratuitus in quo a cæteris differat et præcellat : VIII, 441 *ab*.
33. Gradus ejusdem : VIII, 447 *b*-448 *b*.
34. Amoris violenti gradus quatuor : VIII, 449 *a*-451 *b*.
35. Amoris seraphici gradus quinque : VIII, 451 *a*-453 *a*.
36. Amor triplex, quo homo exterior amare potest Salvatorem : IX, 497 *b*-498 *a*.
37. Amor amanti quonam modo subjiciat amantem : II, 105 *b*.
38. Amor in quo non est quietatio, nec delectatio, nec complacentia, quis sit : I, 278 *b*.
39. Amor qualiter possit amari : *ibid.*
40. Amor quo diligimus Deum super omnia sumi potest effective, vel exemplariter, vel formaliter : I, 283 *b*-284 *a*; VIII, 66 *b*.
41. Amor proximi duplex, scilicet complacentiæ, vel beneficentiæ : IV, 648 *ab*.
42. Amor inordinatus sui est causa omnis peccati tripliciter : VII, 516 *b*, 517 *a*; XI, 69 *b*; XII, 668 *a*, 669 *b*, 670 *a*.
43. Amor ejusmodi est concupiscentiæ, non vero amicitiæ : VII, 517 *b*.
44. Amore sive amicitiæ, sive concupiscentiæ, quomodo possit quis amare aliud propter se, aut propter aliud, aut super omnia : II, 343 *a*.
45. Est amor commodi, et amor honesti : II, 368 *b*.
46. Amor habet reflecti super se : I, 286 *b*; III, 275 *b*.
47. Distinguendum inter amorem charitatis, et amorem omnibus virtutibus communem : IV, 602 *b*.
48. Amor beatitudinis in communi est homini naturalis, nec errori obnoxius : VI, 571 *ab*.
49. Amorem beatitudinis in communi præcedit cognitio naturalis juxta sanctum Doctorem : *ibid.*
50. Amor perfectus est actus internus, continuus, vivificus et spirativus : I, 196 *b*.
51. Amor Dei est causa omnis boni : VII, 516 *b*.
52. Amor Dei ædificat aurum, argentum et argentum; amor vero mundi et amor peccati, quænam alia et qualiter ædificent : IX, 168 *b*.
53. Amor Dei ecstaticus qualis sit : IX, 39 *b*.
54. Amor æternorum bonorum est donum Dei; amor vero præsentium potest esse ex naturali affectu : V, 94 *a*.
55. Amori Dei quomodo nullus alius amor possit æquari : II, 342 *a*-344 *a*.
56. Amor sui quomodo ordinandus : II, 343 *b*-344 *a*.
57. Amor sui quomodo includatur in amore Dei : IV, 627 *b*.
58. Amor naturalis, qui est mulcebris complacentiæ, non tollit amorem charitatis, sed in perfectis viris cum magna diligentia debet extirpari : IV, 663 *b*.
59. Amoris lex quomodo sit evangelica : V, 232 *b*-240 *b*.
60. Quomodo intelligendum illud : Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit : IX, 654 *b*-655 *a*.
61. Amor Dei desiderat etiam bonum proximi : XII, 135 *b*.
62. Amor Dei quomodo ecstasim faciat : XII, 184 *ab*.
63. Amor Crucifixi transformat animam in seraphim : XII, 2 *ab*.
64. Amor Dei quam suavis : XII, 429 *a*, 675 *b*.
65. — quomodo alias omnes animæ affectiones informet : XII, 428 *ab*.
66. — Dei facit in eo requiescere : II, 608 *b*.
67. Amor spiritualis non est admiscendus cum amore carnali, ne sit velut vinum mixtum aqua : XII, 388 *b*.
68. Amor rerum spiritualium quomodo ab amore carnalium differat : XI, 332 *a*.
69. Amoris Dei prærogativæ : XII, 432 *b*.
70. Divini amoris varii effectus : VII, 607 *ab*; VIII, 24 *b*, 27 *a*; XII, 102 *b*-112 *b*, 384 *b*, 672 *ab*.
71. Amor Dei est quasi lucis, vel vocis, vel odoris, vel cibi, vel amplexus, et omnium simul : VII, 590 *a*.
72. — est bonum inappretiabile : XIII, 578 *a*.
73. — inebriat mentem : XII, 429 *b*.
74. — quomodo accendi possit : VIII, 404 *a*-409 *a*.
75. — est iter ad Deum : VIII, 393 *a*-482 *b*.
76. — transformat amantem : VIII, 444 *b*.
77. — languorem inducit : VIII, 446 *ab*, 450 *b*-451 *a*.
78. — impatiens est : VIII, 446 *b*.
79. — pondus est inclinans : IV, 651 *a*; V, 22 *b*; VII, 367 *b*; VIII, 446 *a*.
80. — jugum Christi facit suave : VIII, 17 *a*.
81. — animam Deo unit : VIII, 27 *b*-28 *a*, 447 *a*; IX, 39 *a*.
82. — animam vulnerat : VIII, 449 *ab*.
83. — est vinculum ligans : IV, 650 *b*.
84. — facit frui : V, 96 *b*.

Digitized by Google

85. — a carnalitate vel sensualitate separat : XIII, 39 *b*.
86. — attrahit Christum : XIII, 40 *a*.
87. — est ignis, qui in cordis altari semper ardere debet : X, 571 *b*-572 *a*; XIII, 296 *a*, 297 *a*, 575 *b*, 587 *b*, 588 *a*; sed operiendus cinere humilitatis : XIII, 590 *ab*.
88. — est calor liquefaciens : XIII, 42 *a*, 575 *b*.
89. Non potest esse otiosus : X, 236 *b*, 592 *a*; XIII, 576 *ab*, 578 *b*; XIV, 108 *b*, 118 *a*.
90. Ejus signa, assiduitas recordationis, sollicitudo cogitationis et inquisitionis, sinceritas et fortitudo affectionis, rectitudo intentionis, promptitudo operationis et fervor æmulationis : XIII, 437 *b*-439 *a*, 575 *b*-577 *b*.
91. Amor Dei et proximi sunt duæ alæ quibus ad cœlum volat anima : XIII, 112 *b*.
92. Amor Dei et amor proximi comparantur ad invicem : V, 652 *a*.
93. Signa amoris proximi, omnium bonorum communicatio, servitii exhibitio, voluntatis conformatio, et adversorum pro amico toleratio : XIII, 578 *a*-579 *b*.
94. Ubi perfectus est amor, ibi est perfecta diffusio : XIV, 432 *a*.
95. Magnitudo amoris facit dona accelerari vel differri, prout prosunt vel nocent : IV, 30 *b*.
96. — est morte fortior : XIV, 47 *b*.
97. Objectum amoris, qualis esse debet, est summum bonum : XII, 12 *b*.
98. Amor sponsi et sponsæ socialis et conjugalis, quomodo : I, 193 *b*.
99. Facilius frangitur amor socialis, quam naturalis : VI, 367 *b*.
100. Amoris divini et humani discrimen : *ibid.*
101. Ad amorem Dei nos movent natura, scriptura, gratia Christi et gloria promissa : XIV, 22 *a*-24 *a*.
102. Amor creaturæ quando sit peccatum mortale, vel non : III, 335 *b*.
103. Amor creaturarum aut est per modum fruitionis, aut per modum usus : III, 607 *a*.
104. Amoris rectitudo unde proveniat : II, 342 *b*.
105. Amor multo plus se extendit, quam visio : III, 150 *b*.
106. Amor dicit respectum ad eos qui amore nectuntur : I, 193 *b*.
107. Amor et timor sunt boni socii : VII, 218 *b*-219 *a*; vel duæ alæ quibus anima ad Deum volat : XII, 234 *b*.
108. Quare amor naturalis indissolubilius uniat quam amor charitatis : V, 7 *a*.
109. Amor proximi quomodo sit impletio legis : V, 48 *b*.
110. Amor bonus et malus uterque describitur : IX, 579 *a*.
111. Amor libidinosus est amor recurvus : II, 268 *b*.
112. Amor inordinatus ideo est, vel quia amatur res quæ non debet amari, vel quia amplius amatur quam debet : III, 552 *b*.
113. Amor inordinatus sui offendit se ipsum, non affectu, sed effectu : IV, 628 *a*.
114. Duplex peccati radix, timor male humilians, et amor male accendens : VII, 279 *a*.
115. Amoris carnalis indicia : XII, 389 *a*-390 *b*.
116. Amor vel favor hominum non desiderandus : XII, 309 *b*-310 *a*, 312 *b*.
117. Amor est actio, quæ tamen non influit in amatum : IV, 307 *a*.
118. Amor divinus est sanativus : IX, 68 *b*.
119. Amor, Spiritus et Donum eamdem notionem dicunt : I, 313 *b*.
120. Amor an Spiritus sancti proprium sit : I, 193 *b*-194 *a*.
121. Amor Dei ad creaturas an sit amor fruitionis : I, 44 *a*.
122. Amor privati boni maxime regnabit in fine mundi : XI, 69 *b*.
123. Amor ducit in Deum : XI, 606 *a*.
124. Amor doctoris in discipulo quomodo præstet amori parentum in filios : X, 427 *a*.
125. Amor si est, magna operatur : X, 390 *b*.
126. Amor interior non potest in opus non prorumpere : X, 236 *b*.
127. Amore omnia junguntur : XIV, 25 *a*.
128. Non sine magno dolore amittitur, quod cum magno amore possidetur : XIII, 76 *b*.
129. Amor magis placet Christo, quam timor : IV, 469 *b*.
130. Amor quo sensu major supponatur in eo, cui plus dimittitur : V, 332 *a*.
131. Amor trium personarum divinarum est gratuitus in Patre, debitus in Filio, et ex utroque permixtus in Spiritu sancto : I, 58 *b*.
132. Amor in divinis sumitur vel essentialiter, vel notionaliter, vel personaliter : I, 193 *b*; VIII, 66 *a*.
133.— dicitur etiam exemplariter : VIII, 66 *ab*.
134. Amor notionalis quid sit : I, 193 *b*.
135. Amor est appropriatum Spiritui sancto, atque etiam proprium : I, 186 *a*, 194 *a*.
136. Amor increatus est qui ingignit amorem creatum in rebus, id est inclinationem ad bonum : VIII, 439 *a*.
137. Amor Dei ad creaturas non est affectio, sed affectionis communicatio : I, 44 *a*.
138. Amor notionalis dicit emanationem nobilissimam : I, 190 *b*.
139. Amor in Deo non est accidens, sed substantia : *ibid.* et 191 *a*.
140. Amor, quo Pater amat Filium quomodo sit persona Spiritus sancti : I, 191 *a*.

Digitized by Google

141. Amor quo Spiritus sanctus amat Patrem et Filium, quomodo non sit persona : *ibid.*
142. Amor notionalis est amor mutuus : I, 192 *a.*
143. Idem quomodo sit purus : *ibid.*
144. Idem quomodo unicus : I, 192 *b.*
145. Amor in divinis quam relationem dicat ad personas : I, 194 *a.*
146. Amor quomodo sit nexus divinarum personarum : I, 195 *ab.*
147. Quomodo sit distinctio potius quam separatio : I, 195 *a.*
148. Amor quo Pater et Filius se mutuo amant non est totalis ratio productionis tertiæ personæ, sed magis voluntas fœcundissima : I, 191 *a*, 517 *ab.*
149. Amoris actus quare sit actus spirationis : I, 196 *b.*
150. — quare dicatur Spiritus sanctus, et non Filius : *ibid.*
151. Pater se ipso diligit, amore scilicet essentiali; Spiritu autem sancto, amore notionali : I, 520 *a.*
152. Amoris, quo Deus fertur in animam devotam, effectus : VIII, 439 *a.*
153. Amor Dei ad creaturas, quoad principale significatum, dicit essentiam; quoad connotatum, dicit respectum ad creaturas : V, 30 *a.* *Vid.* AFFECTIO, n. 2 et seq.

AMOS interpretatur onerans, significatque onus Christi : X, 301 *b.*

AMYGDALUS. 1. — qualis arbor, et quomodo tractari debeat, ut fructificet : XIII, 583 *a*, 611 *a.*
2. — dum floret, dealbatur ob debilitatem virtutis : IX, 680 *a.*

ANACHORETARUM antiquorum austeritas quanta : XIV, 437 *b*-438 *a.*

ANADIPLOSIS figura quænam sit : IX, 548 *b*-549 *a.*

ANAGOGIA. 1. Anagogiæ mensa quæ sit : VII, 244 *b*-245 *a*, *b*, 344 *b*, 612 *a*; VIII, 10 *b*; IX, 91 *a*, 449 *b.*
2. Quatuor ejus facies : IX, 92 *a.*
3. Anagogia duplex : IX, 36 *b*-37 *a.*
4. Item triplex : VIII, 9 *b*-10 *a.*
5. Quomodo usurpanda in sacris Scripturis : IX, 92 *b.*
6. Quomodo acquiratur : VIII, 10 *b.*

ANALOGATIO quomodo ponat in numerum : I, 237 *a.*

ANALOGIA. 1. — duplex : I, 137 *b.*
2. — esse potest secundum triplicem differentiam : I, 41 *a.*
3. — stare potest cum univocatione, et quando : I, 31 *b*, 68 *b*, 411 *b*-412 *a.*
4. — medium tenet inter univocum et æquivocum : I, 31 *b*, 236 *b*-237 *a*, 472 *b*; III, 200 *a*; VI, 161 *b.*
5. — dicit prius et posterius in ordine ad effectum : I, 472 *b.*
6. — ordinatur ad unum, ut in sanitate, ad quam ordinantur urina, potio et animal, sed diversimode : II, 205 *b.*
7. — est vel proportionis, vel proportionalitatis : IV, 10 *a*, 651 *a*; V, 247 *a*; IX, 105 *a.*

ANALYSIS primæ et secundæ usus in syllogismo : IX, 53 *b.*

ANAPHORA figura quæ sit : IX, 187 *b.*

ANATHEMA. 1. — idem est ac separatum, scilicet a communione : IX, 557 *a.*
2. — quomodo Paulus cuperet esse : IV, 656 *a*; XII, 196 *b.*

ANAXAGORÆ exemplum de contemptu divitiarum : XIII, 555 *a.*

ANDREAS apostolus. 1. — virilis interpretatur : XI, 278 *a.*
2. Ejusdem vocatio et Petri expenditur : XI, 277 *b*-278 *a.*
3. Quare solum duos dies post vocationem manserit cum Christo : XI, 276 *b*-277 *a.*
4. Ejus vitæ perfectibilitas, obedientiæ humilitas, sedula studiositas, et perfecta Christi imitabilitas : XI, 277 *b*-278 *a.*
5. Quam perfecte mundum contempserit, Christum vero imitatus fuerit : XIII, 493 *a*, 495 *a.*
6. Crucis, quam amplexus est, dimensiones quomodo ejus humilitatis profundum, paupertatis altitudinem, charitatis latitudinem, et longanimitatis longitudinem significent : XIII, 495 *b*-497 *b.*
7. Quatuor crucis suæ brachia quomodo spiritualiter sustinuerit : XIII, 498 *a*-500 *a.*
8. Summa ejus patientia in supplicio : XIII, 500 *a.*
9. Ejus amor erga crucem : VII, 321 *a.*
10. Quam perfecto corde crucem desideraverit : VII, 615 *b.*
11. Quare solus cum Petro et Paulo in canone Missæ nominetur : XII, 274 *a.*

ANGELICA SALUTATIO egregie exponitur : VIII, 147 *a*-148 *b*; XIV, 233 *a*-281 *a*; tum verba ipsi annexa B. Elizabeth : XIV, 281 *a*-292 *b.*

ANGELUS. 1. — quid : VII, 235 *a.*
2. Angelos creari, et esse in rerum natura, quibus de causis conveniens fuerit : II, 264 *b*; VII, 264 *a*; IX, 135 *b*-139 *a.*
3. Angelorum creatio fuit ad manifestandam Dei sapientiam, potentiam et bonitatem : II, 263 *b.*
4. Angelorum esse est ad perfectionem universi : II, 266 *b.*
5. Quomodo angeli medium teneant inter Deum et humanam mentem, quomodo non : II, 267 *b.*
6. Angelorum esse primario est ad æternam

Digitized by Google

beatitudinem, et secundario ad utilitatem hominum : II, 267 *ab*.
7. Qua ratione angelorum esse præstantius sit humana natura : II, 266 *a*-268 *a*; VI, 96 *a*.
8. Angelica substantia prima est inter spirituales substantias : II, 288 *b*.
9. Angelum esse probatur expositione creaturæ corporalis : II, 264 *a*.
10. Angelus est nomen officii, non naturæ, sed appropriatur infimo ordini : II, 382 *a*; VII, 469 *b*; XIII, 603 *b*.
11. Quare angelorum creatio non expresse describatur in Genesi, licet implicite sub nomine cœli : II, 357 *b*; VII, 262 *a*.
12. Angeli nomen competit Christo : VII, 438 *b*-439 *b*; item viro justo : 439 *b*-441 *b*; item gratiæ Dei multiplici : 441 *b*-444 *a*.
13. Angeli boni et mali tenent communia quædam nomina, quædam non, quare : II, 382 *b*.
14. Angeli denominari possunt per ea quæ sunt eis naturalia : II, 473 *ab*.
15. Angelos denominamus ex accepta revelatione : II, 473 *b*-474 *a*.
16. Angelorum denominatio fit a digniori respectu inferiorum, non superiorum : II, 474 *a*.
17. Lucifer si stetisset, fuisset in ordine Seraphim, dicitur tamen cherub ob habitum scientiæ quem habuit ab initio : II, 380 *b*.
18. Angeli boni intelliguntur per lucem, mali vero per tenebras : II, 380 *b*.
19. Angeli duplici modo lux dici possunt : II, 358 *a*.
20. Quatuor tantum nomina angelorum designantur in Scripturis, quare : VII, 389 *b*.
21. Quomodo nomine cœlorum designentur angeli : VII, 472 *b*-474-*b*; X, 207 *b*.
22. Quare dicantur Dominationes : VII, 457 *b*-459 *b*.
23. Quare dicantur Virtutes : VII, 459 *b*-461 *b*.
24. Quare Potestates : VII, 461 *b*-463 *b*.
25. Michael, Gabriel et Raphael, quæ nomina : VIII, 100 *b*.
26. Quare omnes dicantur administratorii spiritus : II, 380 *b*-381 *a*.
27. Quomodo dici possint animalia : II, 433 *a*.
28. Angeli omnes creati sunt a Deo : II, 263 *ab*.
29. Angeli creati fuerunt simul cum empyreo, materia prima et tempore : II, 288 *b*; VII, 383 *a*.
30. Angeli conditi sunt in empyreo, utpote ad gloriam proxime dispositi : II, 395 *b*.
31. — intelliguntur per cœlum et lucem : II, 349 *b*, 350 *b*-351 *a*.
32. Angelus est, ad quem cætera creata quodam modo ordinantur : II, 267 *b*.
33. Quare angeli medii creati sint inter summum et commutabile bonum : VII, 264 *b*.
34. Angeli creati sunt cum donis naturalibus et habitibus perfectis omnium scientiarum : V, 32 *b*.
35. Quare non dicantur creati ad imaginem Dei, quamvis (II, 163 *ab*, 476 *b*) sint similes Deo : VIII, 120 *a*.
36. Angeli habuerunt ab initio simplicitatem, unitatem personalem, rationem et liberum arbitrium : II, 309 *a*; VII, 264 *a*, 387 *b*.
37. Angelorum natura quomodo sit prope Deum : II, 163 *ab*; VII, 264 *a*.
38. Angeli excedunt humanitatem Christi et B. Mariam in nobilitate naturæ, non gratiæ : I, 265 *a*; II, 267 *b*; IV, 425 *b*.
39. Angeli quodam modo sunt propter homines, et homines quodam modo propter angelos : II, 267 *b*.
40. Angelus magis convenit intensive cum Deo quam homo, non vero extensive : IV, 39 *a*.
41. Angelus et anima specie differunt : IV, 133 *b*.
42. Angelorum assimilatio cum sancta Trinitate : IX, 136 *a*, 137 *ab*.
43. Angelorum natura et nobilitas : II, 308 *b*-309 *a*, 462 *b*-463 *b*; VII, 235 *a*, 387 *b*-388 *ab*, 472 *b*-474 *b*; VIII, 95 *ab*, 96 *ab*; X, 54 *b*.
44. Angelorum varia attributa : VII, 469 *b*-472 *b*.
45. Angeli habent gradus simplicitatis, prout magis accedunt ad summe simplex : II, 309 *ab*.
46. Angelus quisque tanto virtuosior est, quanto simplicior : II, 309 *a*.
47. In quo consistat compositio naturæ angelicæ : II, 312 *ab*.
48. Angelus non potest naturaliter adesse simul pluribus locis : II, 299 *b*.
49. Angeli habent inter se discretionem personalem : VII, 464 *a*.
50. Materia angeli, sicut et animæ, non est transmutabilis : II, 312 *b*.
51. Angelorum materia est sub actu perfecto, nec proinde tenebrosa, nisi dicatur respectu summæ lucis : II, 317 *b*.
52. An sit materia angelorum specie eadem quæ corporum : II, 317 *a*.
53. Angelorum materia est sine appetitu ullo ad aliam formam : III, 56 *b*.
54. Aliqui angeli inter se differre possunt numero tantum, non specie : II, 321 *b*-323 *a*.
55. An omnes angeli omnium ordinum sint ejusdem speciei : II, 466 *a*-468 *a*.
56. Ordo angelicus quis sit : II, 463 *b*.
57. An omnes angeli ejusdem ordinis sint æquales : II, 480 *b*-482 *a*.
58. Angelorum ordo consummatus est a gra-

Digitized by Google

tia, sed ejus dispositio est a natura : II, 380 *b*, 468 *a*-469 *a*.
59. An ordines angelorum sint novem, vel plures : II, 478 *b*-480 *b*.
60. Angelorum hierarchia quid sit : II, 461 *b*-462 *b*.
61. Angelorum hierarchia triplex est : II, 464 *a*-465 *b*; VII, 265 *b*, 266 *a*, 389 *ab*; VIII, 95 *b*-96 *a*.
62. Operationes hierarchiæ primæ angelorum sunt dilectio, cognitio et tentio; secundæ vero consistunt in præsidendo, resistendo et operando; tertiæ autem exercentur circa principes, multitudinem et personas singulares : II, 464 *b*.
63. De angelis est loqui quantum ad statum gloriæ, naturæ institutæ, et lapsæ : II, 386 *a*.
64. Quomodo angelus et homo sint diversæ speciei, seu naturæ : II, 467 *b*.
65. Quomodo angelus excedat animam in naturalibus : II, 476 *b*.
66. Angeli et animæ differentiæ multiplices : VIII, 95 *ab*.
67. Angelorum duplex virtus, contemplativa scilicet, et administrativa : II, 434 *b*; VII, 388 *a*.
68. Angelorum potentia quam mirabilis : VII, 264 *a*, 386 *b*; VIII, 95 *b*, 96 *b*-97 *a*.
69. Eorum vis quanta respectu cœlorum, animarum et Dei : IX, 59 *b*-60 *a*.
70. Eorum virtus operativa et imperativa non distinguitur realiter a cognitiva, sed ratione tantum : II, 463 *a*.
71. Angeli non habent corpora sibi naturaliter unita : II, 432 *b*; VII, 438 *a*.
72. An et quomodo possint habitare in corporibus humanis : II, 446 *b*-449 *b*.
73. Angeli assumunt corpora ad operationes exercendas : II, 434 *b*.
74. Corpora ab angelis assumpta sunt elementaria, ac præsertim aerea, cum aliqua alterius elementi admixtione : II, 439 *b*.
75. Quare non assumant corpora cœlestia : II, 439 *a*.
76. Angeli propria virtute corpora, quæ assumunt, effigiant et pro libito conservant : II, 441 *a*.
77. Angelus corpore assumpto utitur tanquam motor instrumento, et inhabitator habitaculo : II, 438 *b*, 440 *b*.
78. An in corpore assumpto exerceat operationes animæ vegetativæ : II, 441 *a*-443 *a*.
79. An exerceat operationes potentiæ sensitivæ : II, 443 *a*-446 *a*.
80. Angeli comedere cibum possunt in corpore assumpto, sed non ad suam refectionem : II, 443 *a*.
81. An ridere possint quantum ad actum interiorem : II, 445 *a*.
82. Quo sensu et affectu pati ab igne possint : II, 445 *b*.
83. An oculis corporis assumpti utatur angelus ad videndum : II, 445 *b*-446 *a*.
84. Utrum naturales formas, an solummodo artificiales rebus inducere possint angeli, et qua virtute : II, 421 *a*-424 *b*.
85. An et quomodo possint illudere sensus : II, 449 *b*-452 *b*.
86. An moveri possint sive in corpore assumpto, sive non assumpto corpore : II, 55 *b*-57 *a*.
87. An moveantur per medium : II, 57 *a*-59 *a*.
88. An pertranseant medium subito, vel successivo modo : II, 59 *a*-61 *b*; VIII, 97 *b*-98 *a*.
89. An habitare possint ubique : II, 43 *b*, 60 *b*.
90. Quomodo sint in loco : II, 48 *a*, 296 *b*, 297 *b*, 300 *a*.
91. An sint toti in toto et in qualibet parte : II, 61 *b*, 301 *ab*.
92. An habitent in spatio etiam imaginario : II, 55 *b*.
93. An locus angelorum sit empyreum : II, 297 *a*-298 *b*, 379 *a*.
94. Qualiter Deus sit locus angeli et animæ : II, 298 *a*.
95. An et quomodo possint habitare simul in pluribus locis : II, 299 *b*, 302 *b*.
96. Inter angelum et locum est proportio limitationis et finitatis : II, 302 *a*.
97. Angeli naturaliter esse possunt in loco quantumcumque parvo, non vero anima : *ibid.*
98. Angeli non possunt naturaliter habitare in loco quantumlibet magno : *ibid.* et 299 *b*; VIII, 97 *b*.
99. Etiam destructo omni loco corporali, posset angelus permanere : II, 298 *b*, 304 *a*.
100. An in eodem loco possint esse simul plures angeli : *ibid.*
101. Angelorum malorum locus ante judicium est aer caliginosus : II, 383 *ab*.
102. Locus corporalis non est mensura angelorum : II, 278 *b*.
103. Angeli de loco in locum transire non possunt, quin moveantur motu proprio et reali : II, 56 *b*; VIII, 97 *b*.
104. Corpore assumpto, moventur circumscriptive; sine corpore autem, diffinitive : II, 56 *b*.
105. Utrum moveantur per se, an per accidens, sive corpore assumpto, sive non : *ibid.*
106. Angelus movetur virtute propria spirituum, scilicet reflexiva in se : II, 57 *a*.
107. Angeli de potentia Dei absoluta, sed non

Digitized by Google

ordinaria, possent moveri ab extremo in extremum sine medio : II, 58 *b*.
108. Angeli moventur motu successivo : II, 59 *b*.
109. An possint in vacuo moveri : II, 61 *a*.
110. An, si moverent cœlum, essent in toto cœlo : II, 300 *a*.
111. Est in angelis motus illuminationis circularis, rectus et obliquus : VIII, 97 *b*.
112. Congruum est moveri cœlum ab angelis : II, 580 *b*.
113. Quomodo statim a creatione fuerint in actu : II, 334 *b*-335 *a*.
114. An et quomodo possint educere in esse formas naturales : II, 436 *b*-437 *b*.
115. Angeli non possunt illabi animæ : II, 448 *b*-449 *a*.
116. An et quomodo possint in animam cogitationes immittere : II, 453 *ab*.
117. Quomodo possint incendere animas : II, 454 *b*-455 *a*.
118. An possint operari miracula : II, 452 *b*.
119. An, cum nobis ministrant, empyrei habeant desiderium : II, 488 *b*-489 *a*.
120. An sine organo facere possint lutum figuli : II, 248 *a*.
121. Angeli quomodo agant et agantur : VII, 265 *b*, 389 *a*; VIII, 97 *b*.
122. Anglorum officia, actiones et ministeria : VII, 235 *a*, 265 *ab*, 389 *a*, 445 *b et seq.*; XII, 14 *b*, 652 *b*-654 *a*; XIII, 564 *ab*.
123. Quanta subjectio inferiorum erga superiores : VII, 439 *b*.
124. Quomodo regulentur a divina voluntate : VI, 53 *a*; VII, 440 *b*; IX, 438 *b*.
125. Multi angeli ad idem officium ordinantur : II, 322 *b*.
126. Angeli superiores quomodo purgare dicantur inferiores : V, 367 *a*.
127. Angeli et spiritualia habent mensuram durationis diversam a tempore quantum ad esse substantiale, quæ dicitur ævum seu æviternitas : II, 49 *b*, 277 *b*, 279 *a*, 281 *b*; VII, 383 *ab*; VIII, 401 *b*-402 *a*; IX, 607 *ab*.
128. Angelorum affectiones mensurantur tempore large sumpto : II, 278 *b*, 280 *a*, 415 *a*, 505 *ab*.
129. Angeli et animæ duratio eadem est a parte post : III, 45 *b*.
130. Angelorum duratio habet compositionem partium, sed non simul existentium : II, 284 *b*.
131. Angelorum multiplicatio non est per multiplicationem unius ab altero, sed per voluntatem Dei : II, 322 *b*.
132. Angelorum numerus soli Deo cognitus : VII, 646 *b*.
133. Quare Deum, cum habeat unum Filium, multos produxerit angelos : II, 482 *a*.
134. Angeli ministrant hominibus sicut dives pauperi, vel fortis ægrotanti : II, 267 *b*, 268 *a*, 488 *b*.
135. Angeli omnes cujuscumque ordinis sunt administratorii spiritus : II, 380 *b*.
136. Quantum ad vim administrativam, dici possunt viatores : II, 478 *a*; VI, 454 *b*, 455 *b*.
137. Angeli omnes sunt nobis in adjutorium, sive immediate, sive mediate saltem : II, 490 *b*; XIII, 608 *b*-610 *a*.
138. Angelorum est purgare animas quantum ad cognitionem tantum, et dispositive solummodo : V, 367 *a*.
139. Angelus nuntiavit Mariæ incarnationem ut servus dominæ suæ : IV, 34 *b*.
140. Angeli quomodo perferant sacrificia in cœlum : V, 478 *b*; XII, 270 *a*.
141. Bonine angeli, an mali, animas in purgatorio crucient, et in cœlum aut in infernum deducant, et quomodo : VI, 66 *ab*.
142. An sit prælatio inter angelos, et quamdiu duratura sit : II, 464 *a et seq.*; III, 469 *a*, 470 *a*, *b*; VI, 50 *b*-51 *a*.
143. Ordines angelorum se invicem excedunt in naturalibus et gratuitis : II, 477 *b*.
144. Angeli superiores influunt in inferiores purgando, illuminando et perficiendo : II, 477 *b*, 494 *a*; V, 367 *a*; XIII, 610 *a*.
145. Prælatio angelorum respectu hominis quomodo faciat in ipsis perfectiorem Dei similitudinem : II, 639 *a*.
146. Angeli superiores quare non purgentur ab inferioribus : VI, 53 *ab*.
147. Angeli præpositi quomodo significent minoribus quod de Dei voluntate præsentiunt : II, 495 *b*; VIII, 100 *a*.
148. Quare non dicantur inferiores angelos custodire : II, 509 *b*-510 *a*.
149. Qualis sit præsidentia angelorum respectu hominum : II, 500 *a*.
150. Quomodo per naturam habeant intellectum deiformem : II, 333 *b*, 340 *b*; VII, 440 *a*.
151. Intellectum habent tam possibilem, quam agentem, sed majoris virtutis quam nos : II, 337 *a*, 415 *b*, 418 *a*; III, 175 *b*-176 *b*.
152. Habent species innatas omnium rerum in universali : II, 335 *a*, 337 *a*.
153. Intellectus agens angelicus est in actu ad ea quæ sunt sub posse creaturæ, ad alia vero in potentia tantum : II, 418 *a*.
154. Intellectus angelici perspicacia in discernendo qualis : VII, 265 *b*-266 *a*, 386 *a*.
155. Intellectus angelicus medium tenet inter divinum et humanum : II, 335 *b*.
156. Angeli beati simul cognoscunt Deum in se, et creaturas in Deo et in proprio genere : IV, 307 *b*; VI, 470 *b*.

Digitized by Google

157. Angelici intellectus objectum sunt omnes res naturaliter cognoscibiles : II, 335 *a*, 336 *b*, 341 *a*, 633 *b*.

158. Angeli non possunt non videre secreta conscientiæ suæ : II, 457 *b*.

159. Secreta cordis nostri quomodo non contineantur in objectis intellectus angelici : I, 172 *b*-173 *a* ; II, 456 *a* ; X, 70 *ab*.

160. Quomodo angeli cognoscant alia a se : II, 81 *a*.

161. Angeli proficere possunt in cognitione divinorum mysteriorum et humanorum secretorum, sed absque acquisitione novarum specierum : II, 338 *a*, 340 *b* ; III, 142 *b* ; IV, 290 *b*, 291 *b*, 322 *b*.

162. An possint sine discursu multa simul intelligere : II, 299 *a*, 300 *a*, 364 *b*, 488 *b* ; IV, 389 *b*.

163. Angelorum cognitio naturalis respectu diversorum objectorum non fit nisi successive, propter simplicitatem ipsorum intellectus : II, 334 *b*-335 *a*.

164. Cognitio quæ inest angelis rerum particularium exigit illarum existentiam, vel in se vel in causa, atque insuper præsentiam : II, 338 *a*.

165. Angelus plura ac plura semper potest cognoscere per applicationem ad singula specierum universalium : II, 338 *ab*, 445 *b*.

166. Angeli cognoverunt incarnationem ante eventum, nec tamen æque plene quam post eventum : IV, 34 *b*, 551 *b* ; VIII, 97 *b*.

167. An sint angeli qui norint diem judicii : VI, 559 *b*.

168. Angeli vident in Verbo omnia quæ sunt de integritate beatitudinis, vel sui ministerii : *ibid.*, et XIII, 606 *a*.

169. An angeli in ipsa sua creatione habuerint matutinam cognitionem : II, 356 *a*-358 *b*.

170. An angeli modo habeant vespertinam cognitionem : II, 358 *b*-360 *b*.

171. Angeli beati habent cognitionem matutinam et vespertinam, vel etiam diurnam aut meridianam : VII, 265 *a*, *b*, 387 *b* ; VIII, 97 *ab*.

172. Ante lapsum sciebant quod a Deo facti sunt, et cum quibus circumstantiis : II, 307 *b*-308 *a*, 329 *b*.

173. Utrum omnes angeli, an solummodo aliqui ex ipsis, habuerint cognitionem matutinam, saltem large sumptam, ab ipsa sui creatione : II, 357 *b*-358 *a*.

174. Cognitio quam habent angeli quædam est a natura, quædam vero a gratia, et utraque duplex : II, 505 *a*.

175. Angeli per innatas species universalium cognoscunt singularia : I, 173 *a* ; II, 335 *a*-338 *b*, 445 *b*.

176. Angeli naturali cognitione divinam essentiam in ipsa essentia videre nunquam potuerunt, sed tantum in speculo absque ænigmate : II, 340 *b*, 341 *ab* ; IV, 504 *a*.

177. Non fuit data angelis bonis præscientia futuræ suæ permansionis ante confirmationem : II, 353 *a*-354 *a*.

178. Angeli boni semper vident faciem Patris : II, 488 *b* ; VII, 265 *b*.

179. Angeli a primo instanti creationis suæ eas res omnes cognoverunt, quæ simul cum eis in esse prodierunt : IV, 389 *ab*.

180. Angeli cognoscunt res in proprio genere, reflectendo in eas vim cognitivam : II, 65 *a*.

181. Angeli in corpore assumpto exercent operationes sensitivas independenter ab organo : II, 446 *a*.

182. An et quomodo angelus dici possit sentire et imaginari : VI, 614 *a*.

183. Angelorum verbum quomodo formetur et excitetur : II, 497 *a*-498 *a*.

184. In collocutione angelorum concurrere debet cum luce intellectus angelici lux etiam supernæ veritatis : II, 499 *a*.

185. Quomodo differant videre et audire angelorum : II, 498 *b*.

186. Angeli dicuntur lumina ob lumen quod in se ipsis recipiunt ad cognoscendum Deum, et in Deo cætera : II, 494 *b* ; VII, 387 *b*.

187. Angelorum est illuminare, purgare et perficere : XIV, 117 *a*.

188. Angeli superiores qualiter et de quibus illuminent inferiores : II, 478 *a*, 490 *a* ; VI, 49 *a*.

189. Angeli possunt illuminare animam, non quoad superiorem partem, sed quoad inferiorem, per modum luminis irradiantis : II, 493 *b*-494 *a* ; III, 47 *a* ; VI, 509 *b*-510 *a*.

190. Angeli quomodo possint exprimere spiritualia intellectui nostro : II, 494 *b*-495 *a*.

191. Angeli nobis aliquando revelant mysteria : XIII, 606 *ab*.

192. Angeli primæ hierarchiæ illuminantur immediate a Deo, angeli secundæ a prima, et tertiæ a secunda : IX, 137 *a*.

193. Angeli qualiter irradient ecclesiasticam hierarchiam : IX, 49 *b*.

194. Angelorum species sunt spirituales : II, 497 *a*, 499 *a*.

195. Angelis Deus aliquando revelat multa quæ prius non cognoscebant : IV, 311 *b*.

196. Angelorum locutio supra conceptum, seu verbum, addit respectum ad alterum, scilicet actum protendendi ad alterum speciem intelligibilem : II, 497 *ab*.

197. Angelus, ad hoc ut alteri loquatur, de-

Digitized by Google

bet esse in distantia finita et proportionata : II, 498 *a*.
198. In angelis actus virtutis intellectivæ, operativæ et interpretativæ differunt ab invicem : II, 495 *b*.
199. Angelorum ad Deum locutio, sicut et hominum, non indiget protensione extra se, sed sufficit cogitatio : II, 496 *a*, 498 *a*.
200. Manifestant angeli cogitationes suas non necessario, sed prout volunt : II, 498 *a*.
201. Angelus loquendo ad alterum non imprimit speciem protensam, sed tantum excitat intellectum audientis : II, 498 *b*.
202. Angeli locutio, cum sit spiritualis, non indiget medio deferente : II, 499 *a*.
203. Eadem sæpe est locutio Dei et angeli ad hominem, sed diverso modo : II, 500 *ab*.
204. Angelus loquens in persona Dei, an possit adorari, et qua adoratione : II, 501 *ab* ; IV, 209 *b*-210 *b*.
205. Angeli quomodo loquantur per linguam hominis, vel brutorum : II, 444 *b* ; III, 91 *b* ; VIII, 100 *a*.
206. Quomodo angelus loquatur Deo : VIII, 99 *b*-100 *a*.
207. Angelus bonus quomodo loquatur diabolo : VIII, 100 *a*.
208. Angelorum apparitiones exigunt assumptionem corporis : II, 434 *b*.
209. Angelorum apparitiones qnotupliciter fieri possint : I, 267 *a*.
210. Apparitiones angelorum quid in nobis operentur : I, 269 *a*.
211. Apparitiones et locutiones Dei plerumque fiunt ministerio angelorum : II, 501 *b*.
212. Apparitiones angelorum quare terribiles fuerint in lege veteri, non autem in nova : X, 221 *b*.
213. Quare præcipue pastoribus apparuerint angeli : X, 260 *b*-261 *a*.
214. Apparitio angeli facta Zachariæ qualis fuerit : *ibid.*
215. Variæ apparitiones angelorum expenduntur mystice : IV, 209 *b*-210 *a* ; VII, 464 *a*-472 *b*.
216. Apparitiones angelorum in resurrectione Christi expenduntur : XI, 224 *a*, 510 *b* ; XIII, 219 *b*.
217. Angelorum bonorum et malorum apparitiones in quo discrepent : X, 261 *a*.
218. Angelorum voluntas per naturam est vertibilis, per gloriam fit invertibilis : II, 581 *a*.
219. Angeli non habent partem superiorem et inferiorem : III, 169 *ab*, 170 *b*.
220. Angelorum bonorum voluntas in bono jam non intenditur : II, 400 *b*, 402 *b*.
221. Angelorum malorum voluntas in malo intenditur quoad vim administrativam : II, 399 *b*-402 *b*.
222. Angelorum voluntas, cum sit libera, non movetur secundum totum suum posse : II, 402 *b*.
223. Angelorum malorum voluntas quare non sit rectificabilis : II, 392 *a*-396 *b*.
224. Angelorum voluntas non potest simul facere in eodem instanti plura peccata : II, 364 *b*.
225. Angelorum conditio et lapsus cur secundum litteram exteriorem taceantur : VII, 263 *b*.
226. Qui peccavit angelus forte fuit excellentissimus angelorum : II, 281 *a*, 380 *b* ; VIII, 103 *a*.
227. Angeli mali non peccaverunt in primo instanti creationis suæ : II, 104 *b*, 334 *ab*.
228. Angelorum peccatum præcesserunt tres actus, scilicet cognitio, appetitus et ratio movens : II, 371 *ab* ; VII, 265 *a*.
229. Angeli inferiores, licet non appetierint præessse, noluerunt tamen debito modo subesse : II, 369 *b* ; VII, 265 *a*.
230. Angelus primus non dedit inferioribus peccandi occasionem tentando, sed conceptum suum insinuando : II, 372 *a*.
231. Quare angeli gravius quam protoparentes peccaverint : II, 381 *a*.
232. Quare non nominentur omnes ordines angelorum in iis qui peccaverunt : II, 382 *b*.
17. Liberum arbitrium non tollit, sed perficit gratia, quæ ordinat illud ad suum finem : ii, 403 *b*; iii, 158 *b*-159 *a*.
18. In diabolo qualiter depravatum sit liberum arbitrium, et deformata sint dona naturalia : ii, 392 *a*-396 *b*, 399 *a*.
19. Diabolus semper est in actu, sed liberum ejus arbitrium nihilominus potest desistere ab hoc vel illo actu exteriori : *ibid. inferius.*
20. Liberum hominis arbitrium in statu naturæ lapsæ definiri potest facultas qua bo-

Digitized by Google

num eligitur, gratia assistente; vel malum, eadem desistente : III, 158 *b*-159 *a*; VII, 395 *b*; VIII, 115 *a*.
21. Arbitrium ut tale est opus rationis, et liberum voluntatis : *ibid.*, et VII, 266 *b*.
22. Rationali creaturæ, quæcumque illa sit, dari non potuit ab initio liberum arbitrium inflexibile per naturam : III, 159 *a*-161 *a*.
23. Arbitrium liberum in statu innocentiæ poterat resistere tentationi absque nova gratia Dei : III, 161 *b*-163 *a*.
24. Liberum arbitrium est potentia deliberativa, habens portionem superiorem et inferiorem : III, 181 *b*.
25. Liberi arbitrii portio superior non est synderesis, sed peccato obnoxia est : *ibid.*
26. In libero arbitrio ratio locum tenet materiæ, et voluntas formæ : III, 198 *b*, 201 *a*, 205 *ab*, 206 *b*-208 *a*, 213 *a*-214 *b*.
27. — quare minus proprie diceretur arbitraria libertas : III, 213 *b*.
28. Liberi arbitrii consideratio utrum ad theologos, an etiam ad philosophos spectet : III, 198 *b*.
29. Liberum arbitrium convenit Deo et creaturis non univoce, sed analogice tantum : III, 199 *b*-200 *a*.
30. Liberi arbitrii dominium est respectu objecti, et respectu actus proprii : III, 201 *ab*, 206 *b*.
31. Liberum arbitrium non dicit potentiam distinctam a ratione et voluntate secundum rem, sed secundum rationem tantum : III, 203 *b*-204 *b*, 205 *a*-208 *a*.
32. — importat non solum potentiam, sed et facilitatem exeundi in actum : III, 206 *b*-207 *a*; V, 661 *b*.
33. Actus liberi arbitrii implicat in se actus diversos, unum scilicet rationis, et alterum voluntatis : III, 207 *b*.
34. Liberum arbitrium est totum veluti potentiale respectu rationis et voluntatis : III, 208 *a*.
35. Liberum arbitrium principaliter dicit habitum, sive ordinationem duarum potentiarum ad prorumpendum simul in eumdem actum : III, 209 *a*-210 *a*; VII, 236 *a*, 267 *b*.
36. Liberum arbitrium non concurrit ad omnes et singulos actus, sive rationis, sive voluntatis : III, 212 *a*.
37. Ex arbitrio libero principaliter consistit meritum nostrum : III, 198 *b*, 213 *a*; VII, 267 *b*.
38. Liberum arbitrium inchoatur in ratione, sed consummatur in voluntate, in quo proinde principaliter residet : III, 213 *ab*.
39. Liberum arbitrium comprehendit concupiscibilem et irascibilem, quatenus rationi conjunctæ sunt : III, 213 *b*-214 *a*; V, 564 *a*.
40. Liberum arbitrium non complectitur omne judicium rationis, sed duntaxat judicium definitivum : III, 214 *a*.
41. Liberum arbitrium minui non potest quantum ad esse, sed solummodo quoad bene esse : III, 215 *a*-216 *a*, 290 *b*-291 *a*.
42. Liberum arbitrium considerari potest vel generalissime, quatenus convenit Deo simul et creaturis; vel generaliter, quatenus convenit creaturis solum, abstrahendo ab earum statu; vel specialiter, quatenus iisdem convenit in statu seu viæ, seu patriæ : III, 199 *a*, 222 *a*; VIII, 115 *b*.
43. Arbitrium dicitur præcise liberum non quia sic velit hoc vel illud, ut possit velle oppositum, sed quia omne, quod vult, appetit ad sui ipsius imperium : III, 220 *a*; IV, 266 *b*, 267 *b*, 370 *b*.
44. Liberum arbitrium cogi non potest, sed tantum induci a Deo : III, 225 *b*-228 *a*.
45. — quomodo quoad usum impediri possit in pueris, amentibus, phreneticis et dormientibus : III, 228 *a*-232 *b*.
46. — quomodo, ut a peccato resurgat, indigeat gratuita Dei voluntate, et gratia, tum gratis data, tum gratum faciente : III, 286 *a*-289 *a*, 293 *b*-296 *b*.
47. — an possit velle justitiam sine gratia : III, 288 *b*-289 *a*.
48. — qualiter ad observantiam mandatorum divinorum indigeat gratia gratum faciente : III, 292 *b*.
49. — absque gratia gratum faciente potest resistere dæmoni, sed non meritorie vincere : III, 290 *b*.
50. — an omni gratia destitutum possit cuilibet tentationi resistere : III, 296 *b*-300 *b*.
51. — vix aut nunquam destituitur omni gratia gratis data : III, 294 *b*-295 *a*.
52. Arbitrii vertibilitas ad bonum et malum qualiter deceat ordini universi : IV, 266 *b*-267 *a*.
53. — ita infirmatum est per peccatum, ut nunquam staret, nisi gratia fortificante sustentaretur : V, 412 *b*.
54. Liberum arbitrium hominem nobilitat supra cæteras creaturas visibiles : VII, 261 *b*; IX, 295 *b*.
55. — quomodo stet cum infallibili præscientia Dei : VII, 256 *ab*.
56. — est principium operationis meritoriæ : VII, 267 *b*.
57. Debilitatio liberi arbitrii spectat ad spoliationem gratuitorum : VII, 376 *a*, 515 *a*.

Vid. LIBERTAS.

ARBOR. 1. — mala non potest bonos fructus facere, id est, mala voluntas, ut mala, non

Digitized by Google

potest facere bonum saltem meritorium : III, 571 *a*.
2. — mala est perversa anima, cujus folia sunt verba, fructus opera, rami mala voluntas, radix concupiscentia : VII, 525 *b*-526 *a*.
3. Arboris mysticæ, tum bonæ, tum malæ, fructus describuntur : X, 385 *ab*; XIII, 366 *a*-371 *b*, 466 *b*.
4. Arborum natura et proprietates qualiter hominibus adaptentur : XI, 169 *a*.
5. Arbor vitæ est Filius Dei : IX, 14 *a*, 20 *b*-21 *a*, 97 *b*; XI, 208 *b*, 517 *b*; XII, 68 *ab*; XIII, 225 *a*, 309 *a*; XIV, 283 *b*, 289 *a*.
6. — est etiam B. Virgo : XIV, 182 *a*, 282 *b*, 289 *a*.

ARCA. 1. — Noe erat tricamerata, significatque Ecclesiæ tres status : IX, 236 *b*-237 *a*; XIII, 189 *a*; vel Christum : XIII, 237 *ab*; vel tres virtutes theologicas : IX, 237 *b*; vel B. Mariam : XIV, 182 *b*; vel conscientiam : XIII, 72 *a*; vel perfectionem evangelicam : XIV, 424 *a*.
2. — Moysis est Ecclesia et bibliotheca S. Scripturæ : IX, 236 *b*, 237 *a*; item corpus Christi in Eucharistia : XIII, 29 *a*; vel B. Maria : XIV, 236 *b*; vel anima : XIII, 75 *a*.

ARCHANGELUS. 1. — idem est ac princeps : VI, 449 *b*.
2. Archangelorum ordo describitur, simul et eorum officia : VII, 466 *b*-469 *a*.
3. Archangeli quomodo sint Prælati : VII, 467 *ab*.
4. Archangeli vox quæ in extremo tempore audiatur, est vox Christi : VI, 449 *b*.

Vid. ANNUNTIATIO, n. 2.

ARCHETYPUS mundus Verbum est divinum : I, 450 *a*.

ARCHIDIACONUS. 1. — tradit urceolum et candelabrum ordinandis acolytis : VI, 167 *a*.
2. — dicitur princeps ministerii : *ibid.*
3. — qualem potestatem habeat in ferenda excommunicatione et in decisione causarum : VI, 21 *ab*.

ARCHIEPISCOPATUS. 1. — quomodo distincti sint ab apostolis : *vid.* APOSTOLUS, n. 20.
2. — correspondent Seraphim : IX, 142 *a*.

ARCHIEPISCOPUS, quando ab episcopo benedicitur, recipit quidem ab eo consecrationem episcopalem, sed non jurisdictionem : VI, 193 *a*.

ARCHIMEDIS studium, scientia et mors exponuntur : XIII, 526 *b*-527 *a*.

ARCHIPRESBYTER an potestatem habeat excommunicandi in Ecclesia : VI, 27 *a*.

ARCHITECTUS Ecclesiæ Christus : X, 460 *b*.

ARCHITRICLINUS quis sit, et quare sic dictus : XI, 286 *b*.

ARCTICUS. 1. — polus et antarcticus : II, 575 *b*.
2 Arctici poli stella mystica est justitia : VIII, 304 *a*.
3. Arctici poli, sive maris stella est etiam B. Virgo : XII, 693 *a*; XIV, 190 *a*, 194 *b*, 208 *b*.

ARCTURUS qualem gyrum faciat : VI, 624 *ab*; IX, 69 *b*.

ARCUS. 1. — continet chordam et lignum, et significat duo Testamenta : IX, 204 *a*.
2. Significat quandoque pravam intentionem vel promissionem, vel comminationem, vel diem judicii, vel insidias, vel demum Christi victoriam : *ibid.*
3. Arcum quomodo intendant peccatores, et parent sagittas : IX, 458 *b*.
4. Arcus fœderis quomodo sit Christus : XIII, 597 *b*.

ARDERE amore Dei, quid exigat : XIII, 575 *b*-577 *b*.

ARDUUM, vel arduitas, quid exigat, et quomodo spectet, sive ad virtutem, sive ad donum fortitudinis : V, 122 *a*.

ARGENTEORUM, quibus Christus venditus est, valor expenditur : IX, 288 *b*.

ARGENTUM. 1. — ortum habet ab imo terræ, habetque suas venas : X, 50 *a*.
2. — generatur virtute solis : II, 295 *b*.
3. — comparatur luto, quia inquinat manus et animam : X, 50 *a*.
4. Quantopere debeat argento præponi sapientia : *ibid.*
5. Argentum spirituale est scientia, materiale vero eleemosyna : XIII, 363 *a*.
6. — optime appenditur, quando pro cœlestibus affectionibus expenditur : *ibid.*

ARGUITIO. 1. — peccati quotuplex : XIII, 253 *a*-254 *a*.
2. Arguitionis regulæ proponuntur ex sanctis Patribus : VII, 160 *a*-161 *a*.

ARGUMENTUM. 1. — ita dicitur, eo quod arguit mentem, et illuminat ad videndum aliquid occultum : IV, 497 *a*.
2. — est ratio rei dubiæ faciens fidem : XIV, 49 *a*.
3. Vel quadrupliciter dicitur, scilicet ratiocinatio, orationis summa, argumentationis medium, et syllogismi propositio major : IV, 496 *b*-497 *a*.
4. — ratione materiæ triplex, scilicet dialecticum, tentativum et apodicticum : VIII, 330 *b*.
5. — a minori ad majus est positivum, non destructivum : II, 195 *a*.
6. — a superiori ad inferius est fallacia consequentis, et quomodo : IV, 602 *b*.
7. — ab inferiori ad superius destruendo non valet : IV, 16 *b*.
8. Argumentum diaboli in quo sophisticum fuerit : IX, 23 *a*.

Digitized by Google

9. Argumentum Christi fuit constructivum salutis et destructivum damnationis, quomodo : IX, 23 *ab*.
10. Quali argumento Christus Thomam apostolum convicerit : IX, 23 *b*.
Vid. AUCTORITAS, DEMONSTRATIO, DISCURSUS, RATIOCINATIO, SYLLOGISMUS.
ARIDA manus quænam sit mystice : X, 359 *a*.
ARIDITAS. 1. — animæ ex septem causis oriri potest, quas lege : X, 358 *ab*.
2. — cordis quæ sit : X, 358 *b*; — oris quæ : *ibid.*; — verbi quænam : *ibid.*; — brachii quænam deinde : *ibid.*; — manus quæ etiam : *ibid.*; — cutis quæ : X, 359 *a*; — virtutis quæ demum : *ibid.*
ARIES quomodo prælatum significet : XIV, 133 *b*.
ARIMATHÆA. — erat civitas Ramathaim : XI, 218 *a*.
2. — interpretatur vigilia donationis : *ibid.*
ARIOLUS est qui in aris divinatur : VII, 370 *b*.
ARISTIPPUS aurum, quod portabat, projecit in mare : XIII, 544 *b*.
ARITHMETICA. 1. — est ars mathematica quæ versatur circa numeros : IX, 52 *a*, 155 *b*.
2. — quomodo disponat ad intelligentiam sacræ Scripturæ : IX, 52 *ab*.
ARISTOTELES. 1. — incidit in multos errores, qui recensentur : IX, 61 *b*-62 *a*, 66 *a*.
2. — an posuerit mundum ab æterno existentem, valde dubium est : IX, 66 *a*.
3. — erravit in numero intelligentiarum moventium orbes cœlestes : III, 42 *b*.
4. — execratus est ideas Platonis : IX, 62 *a*.
5. — an immortalitatem animæ cognoverit : III, 57 *a*.
6. — in profundum maris se submersit : IX, 8 *b*.
7. Doctrina Christi impugnata per argumenta Aristotelis : IX, 19 *a*.
ARIUS. 1. — quos errores docuerit : I, 71 *a*-72 *b*, 220 *b*-221 *a*.
2. Ejus argumenta quomodo solvantur : IX, 84 *ab*.
3. Ejus pœna nondum est terminata in augmento, et quomodo : VI, 528 *b*.
ARMA. 1. — spiritualia proponuntur : IX, 521 *b*, 522 *b*, 553 *ab*, 571 *a*; XIII, 152 *b*.
2. — mundi : IX, 200 *a*.
ARMATURA spiritualis qualis a Deo nobis exhibeatur : IX, 328 *b*-329 *a*.
AROMATA spiritualia in vulneribus Salvatoris : XII, 634 *b*.
ARRHA. 1. Arrhæ et pignoris discrimen : XIV, 128 *a*.
2. Arrha cœli sunt tribulationes : *ibid.*
ARROGANTIA. 1. — est, quando quis narrat ea quæ habet, ut laudetur : VII, 360 *b*.
2. — est filia superbiæ : *ibid. et* VIII, 136 *a*.
3. — quale sit malum : XIII, 540 *a*.
4. Ejus signa quænam : VII, 71 *a*.
5. Hanc removet magnanimitas : IX, 56 *b*.
ARS. 1. — est habitus cum ratione factivus : IX, 57 *a*.
2. — est vel in opere tantum, vel etiam de opere : IV, 325 *b*.
3. Ad artem deveniri non potest nisi per scientiam et notitiam interiorem conjunctam effectui : I, 35 *b*; VII, 502 *a*; IX, 57 *a*.
4. Artes adinventæ sunt aut ob indigentiam, aut ob delectationem, aut ob laudem : VII, 499 *a*, 502 *b*.
5. In arte necessario sunt duo, scilicet operatio et speculatio : I, 35 *b*.
6. Ars convenit cum natura in hoc, quod utraque producit simile secundum rationem formæ exemplaris; sed ambo differunt in eo, quod natura producit simile etiam in substantia, ars vero non : I, 59 *b*; II, 242 *b*, 421 *a*-424 *b*.
7. Ars non potest producere opera naturæ, sed ea supponit, et circa ea operatur : II, 422 *b*-423 *a*, 630 *b*.
8. Ars alia est cujus operatio sequitur naturam, et alia, scilicet divina, quæ fundamentum est naturæ : II, 630 *b*; XII, 243 *a*.
9. Artium mechanicarum divisio assignatur : VII, 499 *a*; XII, 243 *b*.
10. Caput artis est ea docere, quæ facis : XIII, 543 *b*.
11. Artes etiam mechanicæ figurant Verbi generationem : VII, 502 *b*.
12. Ars seu imago Patris quo sensu dicatur Filius Dei : I, 497 *b*-498 *a*.
13. Ars amandi non disputando, sed agendo discitur : XII, 22 *b*.
Vid. AGRICULTURA, FABRILIS, MAGICA, MECHANICÆ, THEATRICÆ.
ARSENIUS in vita sua incessanter flebat, ut gauderet in alia : XIV, 74 *b*-75 *a*.
ARTERIÆ quid faciant in animali : VIII, 108 *b*.
ARTICULATA vox dicitur, quæ cum prius esset indifferens, arctata est et determinata ad aliquid significandum : IV, 535 *b*.
ARTICULUS. 1. — quid : IV, 527 *b*.
2. — dicitur ab arctando, quia arctat, vel etiam ipse arctatus est : IV, 534 *ab*.
3. — est in oratione, quando singula verba singulis intervallis distinguuntur : IV, 534 *b*; X, 142 *b*.
4. Articuli nomen quare ad veritates fidei transferatur : IV, 534 *b*; VII, 306 *b*, 407 *et seq.*
5. Articulus fidei quomodo definiatur : VII, 408 *a*.
6. — est veritas de Deo, latens tamen : IV, 527 *b*; V, 14 *b*.

Digitized by Google

7. Articulus fidei, licet sit propositio complexa, quoad significatum tamen est veritas indivisibilis eo sensu, quod in alios articulos non distinguatur : IV, 535 *a*; VII, 305 *b*.
8. Articulorum fidei distinctio : VII, 306 *b*, 407 *b*-408 *a*.
9. Articuli fidei sunt plures, licet Deus, cui creditur, sit summe simplex, quia non potest intellectus noster simplicitatem divini esse nisi sub quadam compositione capere: IV, 525 *b*, 535 *a*.
10. Articuli fidei qui de creaturis agunt, referuntur ipsi ad Deum, in quantum sunt fidei : IV, 535 *ab*.
11. Articulus fidei arctat intellectum informatum fide, removendo ab ipso omnem ambiguitatem : IV, 535 *b*.
12. Articuli fidei reducuntur ad duodecim contenta in Symbolo Apostolorum : IV, 543 *b*-546 *b*; VII, 305 *b*-306 *b*, 406 *b*-408 *a*; VIII, 298 *a*-299 *b*; IX, 73 *ab*.
13. Quomodo etiam sint quatuordecim articuli : VII, 305 *b*; VIII, 180 *b*-181 *a*.
14. Articulis fidei contradicens est excommunicatus : I, 199 *b*.
15. Articuli nonnulli spectantes ad Theologiam damnati a Doctoribus Parisiensibus : III, 151 *b*-153 *b*.
16. Articuli alii creduntur explicite, alii implicite, alii medio modo : V, 164 *b*, 644 *a*.
17. Articuli fidei quos effectus producant in anima : XIII, 64 *b*.
18. — sunt mirabiles, credibiles et delectabiles : IX, 438 *b*, 635 *ab*.
19. Omnes articuli fidei sunt æquales circa assensum quantum ad promptitudinem, non vero quantum ad instructionem : IV, 554 *b*-555 *a*.
20. Fidei articuli quinam explicite necessario credi debuerint ante adventum Christi, et sub ejus adventu : IV, 541 *b*-542 *a*.
21. Duodecim articuli duodecim sunt stellæ quæ animam et Ecclesiam illuminant et coronant : XIII, 293 *a*, 313 *b*, 492 *b*.
22. Figurabantur etiam per duodecim lapides quos summus sacerdos in pectore et in humeris portabat : XIII, 290 *b*.
Vid. FIDES.

ARTIFEX. 1. — creatus non facit principia operis sui intrinseca, unde conservatur opus absque artificis auxilio; ab artifice autem increato absolute pendent opera ejus et principia eorum intrinseca : III, 495.
2. — quomodo sit in artificiato : II, 46 *b*.
3. — producit opus exterius juxta ideam quam habet in mente : VII, 502 *ab*.
4. Artificis cujusque duplex finis : II, 520 *b*.

ARTIFICIALIA. In artificialibus nobilius est uti instrumento jam facto, quam illud facere : II, 251 *a*.

ARUSPICIORUM et divinationum vanitas quanta : II, 417 *b*; VII, 370 *b*.

ARVINA quid : IX, 231 *b*.

ASA interpretatur tollens, quid ergo significet : IX, 395 *b*; XIII, 171 *b*.

ASAPH interpretatur collectio, quid ergo significet : IX, 399 *b*.

ASCENDENDO servitur Deo, descendendo servitur diabolo : XIII, 416 *b*.

ASCENDERE. 1. — debent homines ad veritatem per contemplationem, ad virtutem per conversationem, ad dignitatem per vocationem, ad immortalitatem per evolationem et resurrectionem : XIII, 285 *b*, 431 *b*-432 *b*.
2. Quare in cœlum Christus ascenderit : VIII, 167 *ab*.
3. Quare in nube, elevatis manibus, et videntibus discipulis ascenderit Christus : VIII, 167 *a*; XIII, 282 *ab*.
4. Christus ascendit potenter, patenter, gaudenter et decenter : VIII, 167 *b*; XIII, 284 *b*-285 *a*.
5. Ascendit ut aquila : XIII, 280 *b*-281 *b*.
6. Ascendit ad regnum accipiendum, ad hospitium disponendum, ad Spiritum sanctum emittendum, ad desiderium nostrum accendendum : XIII, 283 *a*-284 *b*.
7. Quomodo ascendant et descendant angeli : XIII, 285 *a*.

ASCENSIO. 1. — quintuplex : IX, 547 *a*.
2. Ascensionis in Deum varii gradus : VIII, 393 *a*-482 *b*; XII, 3 *a*-21 *b*, 642 *b*-651 *a*.
3. Ascensiones in corde quomodo ponendæ : VII, 200 *ab*; XIII, 432 *a*.
4. Ascensionis, assumptionis et evolationis discrimen : IV, 458 *b*-459 *a*; VIII, 57 *b*, 166 *b*.
5. Quare ascensio Christi in cœlum post resurrectionem dilata fuerit : IV, 473 *a*; VIII, 168 *a*.
6. Quare dilata etiam fuerit ascensio animarum post resurrectionem Christi : IV, 472 *a*-473 *b*; VIII, 167 *a*, *b*.
7. Ascensio Christi fuit angelis mirabilis, dæmonibus terribilis, et hominibus salutaris : VIII, 167 *b*.

ASCENSUS. 1. — in Deum per negationem est nobilissimus : IX, 39 *a*-40 *b*.
2. Ascensus in Deum per creaturas fit tripliciter diversimode : XII, 3 *a*-16 *a*.
3. Ascensus in Deum per creaturas habet gradus in uno sensu finitos, in altero infinitos: I, 68 *b*.
4. Ascensus diaboli quomodo terminentur : XIII, 285 *b*-286 *a*.

Digitized by Google

5. Ascensum pro fine quomodo descensus habeat : IV, 469 *b*.
ASER quomodo interpretetur : IX, 150 *b*.
ASINA. 1. — Balaam quomodo loqueretur : XIII, 603 *b*-604 *a*.
2. Ejusdem facti significatio mystica : XIII, 190 *a*.
3. Asinæ ductus ad Jesum, et ascensus Jesu in ipsam expenduntur : XI, 116 *a*, 423 *ab*; XIII, 186 *a*, 187 *a*, 188 *a*, 190 *a*.
4. Ex asina et equo generatur burdo : I, 325 *a*.
ASINUS. 1. — quid in Scriptura significet, et quis sit asinus Christi, et quis diaboli : XI, 423 *b*, 576 *ab*; XIII, 189 *a*, 190 *b*.
2. Asinus ligatus est peccator : XI, 116 *b*; XIII, 188 *b*.
3. — est et populus gentilis : IX, 552 *b*.
4. Asini assumptio hypostatica fuisset possibilis, sed indecens : IV, 37 *ab*.
5. Asinus portans diabolum peccator est : XIII, 190 *a*.
6. Ex asino et equa generatur mulus : I, 325 *a*.
ASPECTUS. 1. Incauti aspectus quos effectus quandoque habeant : VIII, 598 *ab*.
2. Aspectus Christi quam dulcis et efficax : XI, 196 *a*; XIII, 402 *a*.
ASPICERE. Deus tripliciter aspicit animam, scilicet illuminando, consolando et approbando : IX, 487 *a*.
ASPIS surdus quomodo sit peccator : IX, 227 *b*.
ASSENSUS an possit cadere super rem complexam : IV, 523 *a*-526 *a*.
ASSENTIRE alicui propositioni dubiæ quando sit peccatum : I, 440 *b*.
ASSERENS aliquid contra fidem est hæreticus; opinans vero utrum peccet, an non : I, 440 *a*.
ASSIDUITAS quænam in studio habenda : IX, 124 *ab*.
ASSIMILARI aliquid alteri, id fit intensive, vel extensive : IV, 37 *a*.
ASSIMILATIO. 1. — fit per unius qualitatis participationem, vel per imitationem, vel per omnimodam indivisionem : V, 376 *a*.
2. — creaturæ ad Deum est triplex, scilicet perfecta, sufficiens, et ad sufficientem disponens : *ibid*.
3. Assimilatio fundatur super qualitate : V, 373 *a*.
ASSUERUS. 1. — interpretatur beatus : XI, 537 *b*.
2. — quomodo Christum significet : XIII, 179 *a*, 336 *a*.
ASSUESCERE orationi, quam necessarium ad profectum : VIII, 35 *b*-36 *a*. *Vid.* CONSUETUDO.
ASSUMERE. 1. — est ad se sumere, id est ad unitatem propriam : IV, 13 *b*.
2. — tria importat, scilicet actionem, terminum et relationem : IV, 123 *a*.
3. Quod assumpsit, nunquam dimisisse Christum, an recte dicatur : IV, 138 *ab*.
4. Assumere, prout dicitur de persona, est idem ac in unitatem sui accipere; prout de natura, idem est ac carni uniri : IV, 186 *a*.
5. Assumere importat et distinctionem assumentis ad rem assumptam, et ordinem ad unionem quæ consequitur : IV, 135 *b*.
6. Verbum proprie non assumpsit hominem : IV, 134 *a*-136 *b*; sed humanitatem : 136 *b*-138 *b*; sive humanam naturam : 127 *a*-129 *a*.
7. Homo assumitur a Deo ad fidem, ad gratiam et ad gloriam : IX, 292 *a*.
Vid. CHRISTUS, INCARNATIO.
ASSUMPTIO. 1. — triplex, scilicet vel tanquam vestimenti, vel tanquam instrumenti, vel illa quæ fit per unionem hypostaticam : II, 435 *a*.
2. — humanæ naturæ importat in Verbo principaliter actionem, et minus principaliter relationem, et terminum relationis et actionis; unio vero principaliter relationem, et minus principaliter actionem : IV, 119 *a*, 122 *a*, 124 *b*, 135 *b*.
3. — dicit unionem, et communicationem idiomatum : IV, 122 *a*.
4. — Verbi respectu humanæ naturæ est unio per quam hypostasis divinæ naturæ facta est hypostasis humanæ : IV, 8 *b*-9 *a*, 13 *b*-14 *a*.
5. Hæc maxime manifestat divinam bonitatem, sapientiam et potentiam : IV, 37 *ab*.
6. Assumptionis opus effective est a tota Tritate, terminative a Verbo, et appropriate a Spiritu sancto : VII, 284 *a*, 286 *a*.
7. — cum dicat actionem, relationem et unionem, prima competit Verbo ratione naturæ divinæ, secunda competit naturæ ratione personæ, tertia convenit utrique respectu humanæ naturæ : IV, 122 *a*, 124 *b*.
8. —, abstracta omni distinctione personarum, est absolute possibilis, non vero abstracta omni personalitate divina : IV, 124 *b*, 157 *ab*.
9. — est actus personæ habentis distinctionem et originem : IV, 38 *a*.
10. — Christi quadruplex, scilicet in incarnatione, in tentatione, in justificatione et in ascensione : XIII, 152 *b*.
11. — trium apostolorum in testimonium transfigurationis expenditur : XIII, 158 *ab*.
12. Assumptio B. Mariæ Virginis proponitur : X, 513 *a*; XIV, 206 *ab*.
ASSUR interpretatur nemus : XIII, 347 *a*; et tollens angustias : 121 *ab*; et diabolum vel peccatorem significat : 214 *b*.
ASSYRIORUM regis exemplum in argumentum vindictæ divinæ : XIV, 15 *b*.

Digitized by Google

ASTRA non sunt animata, et id asserere est hæresis Origenistarum : II, 584 *ab*.
ASTROLABII inspectio perperam adhibetur ad inveniendum res furto ablatas : VIII, 376 *a*.
ASTROLOGI. 1. — prædicunt futura solum conjecturando, vel secundum legem astrorum, vel ex commercio diaboli : II, 417 *ab*.
2. — frequenter prædicunt vera in hominibus male viventibus, non vero in iis qui suis affectibus dominantur : II, 602 *b*-603 *a*.
ASTROLOGIA. 1. — sicut et astronomia, versatur circa quantitatem continuam et discretam : IX, 52 *a*.
2. — est a qua fluunt geomantia, chiromantia et aliæ species divinitationis : VII, 371 *a*; IX, 52 *a*.
3. — an sit licita : VII, 371 *a*.
ASTRONOMI. 1. — quomodo computent dies : II, 542 *a*.
2. — vera prædicunt circa motus et accidentia corporum cœlestium, non vero circa actus liberos : II, 602 *b*-603 *a*.
ASTRONOMIA versatur circa corpora cœlestia regulata per motum : IX, 52 *a*.
ASTUTIA. De astutia et calliditate agitur ex Scriptoribus sacris : VIII, 553 *a*-554 *b*.
ASYNTHETON quid sit : IX, 234 *a*.
ATHANASIUS. 1. Athanasii Symbolum quale, et quare legatur in officio : IV, 548 *a*.
2. Athanasius puer æquales per ludum baptizans an sacramentum contulerit : V, 387 *b*.
ATHENIENSIUM curiositas quanta : IX, 683 *a*.
ATRIUM dicitur modo Ecclesia triumphans, modo militans, quandoque mens devota, quandoque initium conversionis, quandoque confessio divinitatis : IX, 193 *b*.
ATTENTIO. 1. — quotupliciter captetur : IX, 217 *a*.
2. — qualis in recitatione officii requiratur : XII, 461 *a*.
3. — in oratione vel officio triplex, scilicet superficialis, litteralis et intellectualis : XII, 412 *b*.
ATTRIBUTA. 1. — Dei præcipua sunt veritas, immutabilitas et simplicitas : I, 143 *a*.
2. — possunt extendi ad duodecim, et reduci ad tria, hæc vero ad unum, scilicet ad sapientiam : VII, 250 *a*.
3. De attributis divinis agitur distincte : I, 142 *a*-166 *b*; VIII, 71 *b*-77 *b*.
4. Attributorum Dei ab essentia, et proprietatibus personalibus distinctio quænam sit : I, 147 *b*, 421 *ab*; XII, 17 *b*-18 *a*, *b*.
5. Attributa in Deo sunt unum et unum, in nobis sunt aliud et aliud : IV, 309 *b*-310 *a*.
6. — quamvis sint unum et idem in Deo, non possunt tamen significari nisi per diversa : II, 183 *b*.
ATTRITIO. 1. — est actus pœnitentiæ informis; contritio vero, pœnitentiæ formatæ : V, 327 *a*.
2. — disponit ad munditiam, sed non mundat : V, 571 *ab*.
3. — est motus fidei et doloris, præcedens ad justificationem impii : VII, 424 *b*.
4. — est dolor de peccato, sed non perfectus : VIII, 306 *b*.
5. Attritionis et contritionis differentia : VIII, 218 *b*-219 *a*.
6. Attritio debet præcedere justificationem : V, 670 *a*.
7. — in instanti justificationis formatur, ut actus fidei : V, 570 *ab*.
8. — quomodo fiat contritio, egregie explicatur : V, 670 *b*.
9. — naturalis et supernaturalis in quo differant : III, 296 *ab*.
10. Attritio est necessaria adulto ad baptismum recipiendum cum fructu : V, 337 *a*.
11. An attritio putativa sufficiat, et quid operetur : V, 689 *b*.
AUCTOR. 1. — quomodo differat a scriptore, commentatore et compilatore : I, 20 *b*.
2. — proprie dicitur principium alterius, non ab alio : I, 220 *a*.
AUCTORITAS. 1. — dicit quamdam principalitatem, sive in causando, sive in habendo non ab alio : I, 174 *b*-175 *a*.
2. Dicit etiam fontalem plenitudinem : I, 220 *a*, 347 *b*.
3. Inter auctoritatem et subauctoritatem differentia eadem reperitur, quæ est inter posse a se, et posse ab alio : I, 220 *a*, 347 *b*, 435 *b*.
4. Auctoritas et innascibilitas in Patre dicunt eamdem notionem, sed diverso modo : I, 220 *a*.
5. Auctoritas sanctæ Scripturæ probat veritatem fidei : IV, 482 *ab*.
6. Locus ab auctoritate concludens, (excipe auctoritatem divinam, IV, 529 *a*), infirma appellatur a Boetio : IX, 2 *b*.
7. Quod credimus, debemus auctoritati; quod intelligimus, rationi : IV, 501 *a*; IX, 3 *a*.
8. Auctoritas Ecclesiæ utrum in culpam, an in pœnam se extendat : VI, 10 *a*-14 *b*.
AUCUPES dæmones, quomodo : XIII, 313 *a*.
AUDACIA vitiosa est contra fortitudinem : IX, 56 *a*.
AUDIENDI gradus tres, scilicet exterius audire, credere et intelligere : X, 421 *a*.
AUDIRE. 1. — Deum et videre, fit tripliciter : II, 499 *a*-501 *b*.
2. — Christum quomodo debeamus erudientem, præcipientem, exhortantem, consolantem et corripientem : XIV, 98 *b*-101 *b*.

Digitized by Google

3. — melius est, quam docere : XIII, 541 *b*, 542 *b*.
AUDITOR. 1. Prædicationis auditores alii sunt obliviosi, alii desidiosi, alii negotiosi, alii virtuosi : X, 418 *b*.
2. Auditores verbi divini quales esse debeant : VII, 30 *a*-31 *a*, 237 *a*; VIII, 522 *a*-523 *b*; X, 213 *b*-214 *a*, 330 *a*, 472 *b*.
3. Auditorum qualitati sermo adaptandus est : VII, 158 *b*; X, 473 *b*.
AUDITUS. 1. — duo dicit, scilicet receptionem speciei in organo, et judicium de re recepta : II, 445 *b*; VI, 464 *a*.
2. Auditus objectum est lux permixta aeri, et quomodo : VII, 499 *b*.
3. Auditum et visum præcipue amamus, quia per eos plura quam per alios sensus discimus : XIV, 98 *b*.
4. Auditus et visus se magis tenent ex parte intellectus, et quomodo : IV, 276 *a*, *b*.
5. Auditus post visum supremum locum tenet : VIII, 105 *b*.
6. Maxime deservit ad scientiam, quæ est per doctrinam : IV, 515 *a*.
7. Auditus quomodo delectationem capiat : XII, 7 *b*.
8. Auditu quomodo non impleatur auris : IX, 593 *a*.
9. Auditus mortificatio seu continentia qualiter adhibenda sit : VII, 111 *b*.
10. Auditus spiritualis quis sit : VII, 590 *a*.
AUGERI. 1. Ex eisdem unumquodque et nutritur, et augetur : I, 294 *a*.
2. Augeri aliquid contingit per impermixtionem magis perfectam cum suo contrario : III, 276 *b*.
AUGMENTATIO. 1. — aut fit per virtutem ipsius augmentabilis, aut per virtutem extrinsecam; in priori casu augmentabile se habet in ratione activi et formæ, augmentans vero in ratione passivi, in altero casu augmentabile et augmentans se habent e converso : I, 296 *a*; III, 276 *b*.
2. Quando augmentatio fit per virtutem extrinsecam, augmentabile est in potentia ad unionem : *ibid.*
AUGMENTATIVA virtus quænam sit, et quid operetur : III, 339 *b*-340 *a*, 348 *a*.
AUGMENTUM. — fit secundum quantitatem vel molis, vel virtutis : I, 292 *b*-293 *a*.
2. — quid sit : I, 293 *b*.
3. — vel ejusmodi est, ut id ipsum quod prius fuit minus, postea fiat majus; vel fit ex eo, quod minori succedat majus, in forma quidem simile, sed numero non idem : I, 292 *b*; III, 276 *b*.
4. Omne augmentum quod fit per naturam, fit per rarefactionem vel per additionem : III, 339 *b*.
5. Augmenti terminus per se est accidens, per accidens autem substantia : I, 293 *ab*.
6. Augmentum habet statum vel a virtute agente, vel a potentia suscipiente, vel a forma perficiente : I, 299 *a*; III, 341 *b*.
7. Augmentum animalis qualiter fiat : III, 346 *a*-349 *b*.
8. Augmentum in corporalibus fit per additionem compositionis, in spiritualibus vero per accessum ad simplex : I, 295 *b*.
9. Ubi augmentum est, ibi est majus et minus, scilicet secundum quantitatem vel molis, vel virtutis : I, 293 *a*.
AUGURIUM, qualis species divinationis : VII, 238 *a*, 370 *b*, 528 *a*.
AUGUSTINUS (S.). 1. Quomodo dicatur filius S. Pauli : IX, 120 *a*.
2. — versatus erat in libris Gentilium : XIV, 631 *b*.
3. — quantum detestaretur detractiones : XIII, 162 *b*.
4. Breve argumentum librorum ejus *de Civitate Dei* : IX, 97 *b*.
5. — an sit auctor libri *De quæstionibus Veteris et Novi Testamenti* : V, 165 *b*.
6. — in libris *Super Genesim ad litteram* quandoque loquitur non asserendo, sed opinando : II, 353 *b*.
7. Ejus visio circa psalmum *Beati immaculati in via* : IX, 112 *b*.
AUGUSTUS cognomine quare dictus sit, cujus nomen proprium erat Octavianus : X, 255 *b*.
AUREA. 1.—, id est corona ex auro, mystice beatitudo substantialis : VI, 313 *b*, 314 *a*; VII, 239 *b*, 339 *b*, 433 *a*; VIII, 244 *a*, 336 *a*.
2. — consistit in visione, fruitione et tentione : VIII, 336 *a*.
3. — debetur cuilibet virtuti, sed præcipue charitati : VI, 313 *b*; VII, 433 *a*.
4. — antecedit aureolam, et est ejus conditio sine qua non : VI, 314 *b*.
5. Martyrii palma, quam dicitur habuisse S. Martinus, fuit aurea : III, 561 *a*.
6. Aureæ, aureolæ et palmæ discrimen : V, 347 *a*; VI, 313 *b*, 314 *b*; VIII, 244 *b*-245 *a*.
Vid. CORONA.
AUREOLA. 1. — id est parva corona ex auro, estque gloria quædam accidentalis, quæ datur beatis ratione operis excellentis, exterioris et privilegiati : II, 520 *b*; III, 314 *a*, 561 *a*, 564 *a*, 566 *b*; VII, 239 *b*, 340 *a*, 433 *a*; VIII, 264 *ab*, 336 *a*; XII, 272 *b*.
2. Aureola florea debetur virginibus, gemmea martyribus, et stellea vel aurea doctoribus : VIII, 290 *a*, 336 *a*; XIII, 594 *ab*.
3. Aureola, gloria seu beatitudo, et præmium accidentale quomodo differant : III, 561 *a*, 564 *a*, 566 *b*.

Digitized by Google

4. Aureola quomodo etiam debeatur martyrio interpretativo : III, 561 *a*.
5. — proprie datur ratione actus exterioris : VI, 167 *a*, 314 *b*; VII, 239 *b*, 433 *b*.
6. Prælatis non debetur aureola, nisi actu prædicent : VIII, 245 *b*.
7. Si virginitas auferatur per violentiam, aliqualiter nihilominus debetur aureola virginitatis : VI, 315 *a*; VIII, 245 *b*.
8. Tres aureolæ præfiguratæ fuerunt in Veteri Testamento, scilicet per altare incensi, arcam fœderis et mensam propositionis : VIII, 244 *b*.

AUREOLUS, seu oriolus, visus prodest ictericis : IX, 306 *a*.

AURIS. 1. — Dei quænam sit : VIII, 55 *b*.
2. — spiritualis quænam sit, et quid operetur : VIII, 469 *b*, 470 *a*.
3. Aurium apertio mystica exponitur : XIII, 393 *b*.
4. Quare catechumeno tangantur saliva nares et aures : V, 398 *a*.
5. — bona Christiani, et — mala seu diabolica, quænam sint : XIII, 542 *a*.

AURORA. 1. — est initium bonæ vitæ : XIII, 41 *a*.
2. — significat quoque Mariam : XIV, 262 *b*-265 *a*.

AURUM. 1. — est metallum maxime purum, speciosum et incorruptibile : VIII, 290 *b*, 335 *b*; XIII, 584 *b*, 594 *a*.
2. Aurum non sua natura, sed æstimatio facit pretiosum : VIII, 526 *a*.
3. — a Thalete contemptum : XIII, 518 *b*.
4. — generatur in visceribus terræ per influentiam occultam corporum cœlestium : II, 295 *b*.
5. Auri mirabiles proprietates enarrantur : IX, 404 *a*; XIII, 584 *b*.
6. Aurum est medicinale : XIII, 585 *a*.
7. Aurum sophisticum in igne appositum evaporatur : XIII, 586 *a*.
8. Auri obscuratio mystica in Prælatis : X, 199 *b*-200 *a*.
9. Auri aliæ significationes mysticæ : IX, 282 *b*-283 *a*.
10. Aurum optimum, scilicet Christus, quomodo obscuretur : X, 199 *b*.
Vid. AMOR, n. 52, DILECTIO.

AUSTER est Spiritus sanctus : XIII, 28 *a*, 457 *a*.
Vid. AQUILO, n. 3.

AUSTERITAS vitæ signum est sanctitatis interioris : X, 222 *b*.

AUTEM sæpe stat pro quia : X, 98 *a*.

AUTUMNUS. 1. — est finis temporis, significans finem mundi, adaptaturque in charitate frigescentibus : IX, 247 *b*.
2. Ejus distinctio oritur a motu solis in zodiaco : II, 586 *b*.

AUXILIUM. 1. — dat Deus omnibus sufficienter, per quod possint salvari : II, 198 *a*; IV, 551 *b*.
2. Auxilia supernaturalia an dentur magis vel minus pro capacitate recipientium : II, 469 *a*-472 *b*; V, 354 *b*.
3. Auxilia prævenientia et subsequentia quænam sint : III, 254 *b*-256 *b*.
4. Vix aut nunquam homo destituitur auxiliis supernaturalibus, et quomodo : III, 294 *b*-295 *a*.
5. Auxilium supernaturale præveniens quodnam sit : V, 603 *a*.
6. Auxilium diaboli suscipi non potest absque gravissimo peccato : II, 425 *a*, 426 *a*.

AVARITIA. 1. — quid sit : III, 120 *a*; VII, 536 *b*; VIII, 139 *b*, 255 *b*; XII, 341 *b*-342 *a*.
2. Est etiam avaritia quædam immoderatus appetitus altitudinis et scientiæ : VII, 364 *a*.
3. — est unum ex septem vitiis capitalibus : XIII, 167 *b*.
4. — est medium inter peccata carnalia et spiritualia : II, 363 *a*; XIII, 303 *b*.
5. — quomodo sit gravior aliis peccatis : III, 400 *b*; VIII, 139 *b*.
6. Avaritiæ currus rotæ, equi et auriga describuntur : IX, 179 *b*.
7. — quale malum : VII, 75 *a*-76 *a*; X, 89 *a*; XIII, 150 *ab*, 171 *b*-172 *a*, 459 *ab*.
8. — odienda, cavenda et projicienda, quare : IX, 367 *ab*; XIII, 99 *b*, 582 *b*-583 *a*.
9. Ejus effectus quales : VIII, 140 *a*, 256 *b*-257 *a*; IX, 581 *b*; XIII, 249 *b*, 364 *b*-365 *a*.
10. Avaritia quali providentia cavenda : X, 557 *a*, 559 *a*-564 *a*; XIV, 12 *b*-13 *a*.
11. — comparatur hydropisi : VIII, 250 *b*; XIII, 201 *b*-202 *a*; item febri : XI, 324 *a*; item lepræ : XIII, 95 *b*.
12. Avaritia Pharisæorum et Scribarum retunditur : XI, 149 *b*-150 *a*.
13. Avaritia excæcat hominem : XIII, 135 *ab*, 230 *b*, 526 *a*, 531 *b*-532 *a*; XIV, 114 *b*-115 *a*.
14. — ducit ad idololatriam : XIII, 150 *a*.
15. — oritur a superbia, VII, 359 *a*.
16. Avaritiam quantopere Deus detestetur : XIII, 455 *a*.
17. Avaritia quomodo vincenda : XIV, 41 *b*-42 *a*.
18. Avaritiæ actus sunt pecuniam diligere, et retinere : VII, 364 *a*, 536 *a*.
19. Avaritia tres habet species : XII, 353 *a*.
20. — quibusnam virtutibus, sive etiam vitiis opponatur : VII, 364 *ab*.
21. Avaritiæ differentiæ quinque notantur : VII, 364 *b*.
22. Avaritiæ filiæ enumerantur : VII, 364 *b*, 536 *a*-541 *b*, 555 *b*-556 *b*; VIII, 140 *b*, 257 *a*.

Digitized by Google

23. Avaritia quo sensu dicatur idolorum servitus : VII, 364 *a*; VIII, 277 *a*.
24. Avaritiæ gradus et remedia : IX, 55 *b*; XII, 160 *a*, 353 *b*-354 *a*; XIII, 173 *a*.
25. Peccatum avaritiæ quomodo in confessione aperiendum : VIII, 363 *ab*.
26. Quandonam sit mortale, vel veniale tantum : VII, 536 *a*.
27. Contra avaritiam multa congeruntur ex Scripturis : VIII, 572 *b*-574 *b*.
28. — comparatur mari, morti, inferno, talpæ, sterquilinio, rotæ molendini, porco, pyxidi perforatæ, trunco arboris, gallinæ, apostemati : VIII, 255 *b*-256 *a*; accipitri : XII, 633 *a*. Significatur per Goliath : XIII, 150 *b*.
29. — qualiter reformanda : XII, 353 *b*-354 *a*.
30. — qualis laudanda : XII, 343 *a*.
31. Avaritia clericorum reprehenditur : VII, 34 *b*-35 *a*, 190 *b*; VIII, 140 *a*.
32. Avaritia in senibus sola juvenescit : X, 584 *b*; XII, 343 *b*.

AVARUS. 1. — dicitur quasi avidus auri : VIII, 250 *b*; XIII, 102 *a*.
2. — ponit beatitudinem in pecunia, et quomodo decipiatur : VI, 561 *b*.
3. — maledictus : XIII, 572 *ab*; XIV, 279 *b*.
4. Avarorum pœnæ expenduntur : IX, 632 *b*; X, 617 *a*; XIII, 99 *b*, 172 *a*.
5. Avarus, ad similitudinem Judæ, perdit vitam, animam, famam et omnia bona, et incurrit calamitatem æternam : XI, 182 *b*.
6. — camelo comparatur : XI, 90 *a*; XIII, 167 *a*; spiritui mendaci qui decepit Achab : XIII, 167 *b*; magis Pharaonis : 168 *a*.
7. — camelus est diaboli : XIII, 190 *b*.

AVE MARIA. Meditationes super *Ave Maria* traduntur : XII, 691 *a*-693 *b*; XIV, 110 *b*-116 *a*, 233 *a*-292 *b*.

AVERRHOES quales errores seminaverit : III, 41 *a*.

AVERSIO. 1. — et conversio, in peccato, quomodo sint unum et idem re, differentes ratione : III, 615 *a*.
2. In quo præcise consistat utriusque discrimen : IV, 582 *b*.
3. — est formale peccati, quomodo : III, 612 *b*-613 *a*.
4. — fit vel ex eo quod quis agit contra divinum mandatum, vel quia creaturam ponit sibi finem ultimum : III, 605 *b*.
5. Quomodo in peccato veniali non sit aversio proprie dicta : *ibid.*
6. Aversio consummata est in obstinatione et rebellione contra Deum : II, 362 *b*.

AVIDITAS. 1. — est filia gulæ : VII, 543 *a*, 556 *b*.
2. — mulierum reprehenditur : VIII, 635 *a*-636 *a*.

AVIS. 1. Quale animal, et unde fiat ut facile feratur in aera : II, 617 *a*-619 *a*.
2. Aves formatæ sunt ad solatium hominis et ad ornamentum aeris : II, 621 *a*, *b*.
3. Aves quomodo indigeant pennis ad volandum : III, 293 *a*; XII, 230 *b*.
4. Avium munditia qualis : XIV, 112 *a*.
5. Avibus quomodo Christus comparetur : X, 196 *b*.

Vid. ANIMAL, n. 7, 17-19, 24, 43.

AXIS. 1. — est circa quem cœlum volvitur : VII, 177 *b*.
2. — est Christus, quomodo : *ibid.*

AZYMA. 1. — concedebantur die quarta decima primi mensis : V, 500 *b*-501 *a*; XI, 174 *b*-175 *a*.
2. Christus confecit sacramentum in azymis : V, 501 *a*.
3. Circa consecrationem in azymo quid inter Latinos et Græcos disputatum sit : *ibid.*

B

BAAL. 1. — interpretatur Devorator, et significat diabolum : XIII, 311 *a*.
2. — interpretatur etiam Vetustas, et significat prævaricationem : IX, 405 *b*.

BABYLON. 1. — interpretatur Confusio, significatque animam peccatricem : XIII, 381 *b*, 389 *b*, 398 *a*.
2. — item significat limbum obscuritatis : XIII, 19 *b*.
3. — est locus peccatorum, pœnarum et mortuorum : IX, 183 *a*.
4. Babylonis magnitudo et munimenta describuntur, quæ tamen in una nocte capta est : XIV, 70 *b*-71 *a*.

BACCHI sacra quomodo celebrarentur : X, 101 *b*-102 *a*.

BACULUS. 1. — pastoralis quare detur episcopo, et quid significet : VII, 31 *b*.
2. Quare summus Pontifex baculum pastoralem non habeat, Treverensis vero constanter gerat : IX, 212 *b*-213 *a*.
3. In baculo pontificali sex notanda : IX, 213 *a*.
4. Quare in consecratione detur episcopo baculus argenteus : VI, 45 *b*, 181 *a*; IX, 286 *b*.

BALAAM. 1. — historia expenditur mystice : XIII, 188 *b*, 190 *a*, 603 *b*-604 *a*.
2. — interpretatur devorans seu turbans populum : XIII, 190 *a*.
3. — oratio expenditur : XIII, 424 *b*.
4. — asina locuta est non per naturam, sed supra naturam, et quomodo : V, 386 *a*.
5. — quomodo Antichristum figuraverit : IX, 100 *a*.

Vid. ASINA, n. 1, 2.

Digitized by Google

BALNEUS. 1. Balnei, lavacri et lotionis discrimen : v, 300 *a*.
2. Balneus spiritualis ad purganda peccata proponitur : xiii, 257 *a*.
3. Balneum delectativum quid sit : viii, 318 *b*.
BALSAMUM. 1. Balsami lignum, si gladio tangitur, statim perit : xiii, 586 *a*.
2. — in confirmatione quid significet : v, 404 *b*.
Vid. Chrisma.
BAPTISMA. 1. Distinguuntur a Damasceno novem baptismata, quorum quatuor priora ad legem veterem pertinent, quatuor postrema ad novam, et quintum medium locum tenet : v, 350 *ab*.
2. Vita monastica est secundum baptisma : xiv, 426 *ab*.
BAPTISMUS. 1. — in Scriptura sumitur aliquando pro lavacro, aliquando pro lotione : v, 300 *a*.
2. — est signum gratiæ mundantis, simul et interioris mundationis : v, 300 *a*; vi, 227 *ab*, 230 *b*.
3. — an recte definiatur aqua diluendis criminibus sanctificata : v, 301 *a*.
4. — an recte definiatur ablutio, seu intinctio corporis exterior, facta sub forma verborum præscripta : v, 298 *a*; vii, 239 *b*.
5. Exhibentur aliæ definitiones baptismi, seu descriptiones : v, 299 *a*, 301 *a*, 359 *b*; vii, 420 *a*.
6. In baptismo concurrunt baptizans, baptizatus et aqua abluens : v, 298 *a*.
7. Tria sunt de integritate baptismi, scilicet immersio in aquam, prolatio verbi, et intentio faciendi quod facit Ecclesia : v, 362 *a*.
8. Quinque etiam de substantia baptismi esse dicuntur : viii, 206 *b*-207 *a*.
9. — non est actus figuralis, nec potest alii personæ, quam præsenti, applicari : iv, 77 *a*.
10. — est signum comparationem habens et ad illud quod signat, et ad illum cui signat : v, 252 *b*.
11. Baptismo inest repræsentatio ex similitudine, significatio ex institutione, et sanctificatio ex prolatione verbi : v, 349 *a*.
12. — quomodo sit unus in universa Ecclesia : v, 358 *b*.
12. — est sacramentum ecclesiasticum, necessarium et primum omnium, et quid inde sequatur : v, 359 *b*.
14. — est sacramentum, unum et integrum, quid inde : *ibid.*
15. — sicut alia sacramenta novæ legis, institutus est ad significandam passionem Christi et ad efficiendam justificationem : v, 263 *a*.
16. Baptismus multiplex invenitur : v, 350 *ab*.
17. — alius fuit Christi, alius Joannis : v, 284 *b*; viii, 208 *a*; xi, 303 *b*-304 *a*.
18. — Joannis fuit in nomine Christi venturi : *ibid.*, *et* viii, 208 *a*.
19. — Joannis quare fuerit præambulus baptismo Christi : v, 284 *a*.
20. — Joannis a Deo institutus fuit, cujus tamen Joannes administrator erat præcipuus : v, 290 *b*-291 *b*.
21. — Christi nullum habet administratorem plenarium vel præcipuum, ideo servat suum nomen : v, 291 *b*.
22. — Joannis non fuit proprie sacramentum, sed sacramentale quoddam figurans baptismum Christi, ad ipsumque disponens et assuefaciens homines : v, 292 *b*-293 *a*.
23. — pœnitentiæ, quem prædicabat Joannes, non erat ille quem ipse conferebat, sed alludebat ad baptismum a Christo instituendum : v, 293 *a*.
24. — Joannis erat signum expressius, nec tamen efficacius circumcisione : *ibid. inferius*.
25. — Joannis, licet non purgaret a culpa, non erat inutilis, quare : *ibid. et* xi, 270 *a*.
26. Baptizati baptismo Joannis erant rebaptizandi : v, 294 *b*.
27. Baptismi quem Christus accepit a Joanne, historia texitur : xii, 533 *b*-538 *a*.
28. — Christi dividitur in baptismum fluminis, flaminis et sanguinis : v, 344 *b*; vii, 420 *b*; viii, 207 *a*, 323 *a*; x, 292 *b*.
29. Dividitur etiam in baptismum pœnitentiæ, sanguinis et aquæ : v, 349 *a*.
30. — pœnitentiæ purgat a culpa; — aquæ, a culpa et pœna satisfactoria; — ignis, a sequela culpæ, et — sanguinis ab omni miseria : v, 350 *b*; xiii, 193 *b*-194 *a*.
31. — a Christo institutus in principio suæ prædicationis, quare : v, 416 *a*, 422 *a*, *b*.
32. — præfiguratus in lege veteri præ aliis sacramentis : v, 417 *b*.
33. — flaminis quam sit necessarius : iii, 331 *b*; v, 345 *b*-346 *a*.
34. — est prima post naufragium tabula : v, 554 *ab*; vi, 130 *ab*; xiii, 603 *a*.
35. — fluminis, — flaminis et — sanguinis se habent tanquam excedentia et excessa : v, 345 *a*-348 *a*.
36. — sanguinis non liberat a mortali, bene autem a veniali, quia præsupponit charitatem, quam nihilominus consummat et perficit : v, 347 *b*.
37. — sanguinis magis exprimit passionem Christi, quam aquæ : v, 348 *a*.
38. — sanguinis et — flaminis non sunt sacramenta, quare : v, 349 *a*.

Digitized by Google

39. Quare martyrium donetur baptismi nomine : v, 349 *b*.
40. — duplex, unus in aqua tantum, scilicet Joannis, alter in aqua et Spiritu sancto : x, 292 *b*.
41. — fluminis significat baptismum flaminis : vi, 125 *b*.
42. — flaminis duplex, unus in dono gratiæ, alter in verbo doctrinæ : x, 292 *b*.
43. — sanguinis duplex, unus in tribulatione, alter in morte : *ibid.*
44. Baptizatus baptismo flaminis, si postea accedat ad sacramentum, non recipit gratiam novam essentialiter differentem : v, 264 *a*.
45. Infans occisus ne baptizetur, habet baptismum sanguinis : v, 343 *b*.
46. Infans absque baptismo moriens non, sicut in lege veteri, salvatur ob fidem parentum, quare : v, 343 *b*-344 *a*.
47. — sanguinis, et — lacrymarum, qualia : vii, 227 *b*-228 *a*.
48. Materia baptismi necessaria est aqua naturalis, quare : v, 312 *a*, 313 *a*-314 *a*; vii, 319 *b*; viii, 207 *a*.
49. Aqua si perdiderit proprietatem naturalem lavandi, non est materia sufficiens : v, 312 *a*.
50. Aqua baptismi quare non requiratur ut sit ab episcopo consecrata : v, 404 *a*.
51. Baptismi forma a Christo dictata et instituta est : v, 305 *b*; vi, 137 *a*.
52. An valeat baptismus collatus in nomine Christi : v, 298 *b*, 307 *ab*; vii, 319 *ab*.
53. In baptismi forma quænam fides et expressio Trinitatis requiratur : v, 306 *a*-307 *b*.
54. Si puer moriatur antequam absolvatur forma, credendum est Deum supplere : v, 299 *a*, 307 *a*.
55. Qualis mutatio formæ irritum reddat sacramentum, vel saltem illicitum : v, 307 *b*-309 *b*.
56. Forma baptismi debet esse voce prolata, et significare simul et exprimere tres personas divinas : v, 306 *b*-307 *a*, 309 *a*.
57. Formæ validitas non tollitur per transpositionem verborum, nec per interruptionem, dummodo sit parvæ moræ, vel sit absque inductione erroris : v, 309 *b*.
58. Quare dicatur *in nomine*, non vero *in nominibus* : v, 309 *a*.
59. Baptismi forma quoad significationem est eadem in universo mundo, licet diversæ sint linguæ : v, 302 *b*.
60. Baptismi forma per pluralem numerum secundum communem usum loquendi, est vera, nisi adsit prava intentio vel pluralitas baptizantium : v, 361 *a*.
61. Baptismus collatus in nomine Genitoris non habet formam sufficientem : i, 433 *b*; v, 309 *a*.
62. Baptismi forma, ad hoc ut recte et rite adhibeatur, quomodo pronuntianda : v, 359 *b*-360 *a*; vii, 420 *b*.
63. Baptismi forma necessario debet continere fidei trium personarum professionem, etiamsi non credatur a ministro : v, 307 *a*.
64. — est janua et fundamentum omnium sacramentorum : v, 267 *a*, 304 *a*; vi, 173 *a*; viii, 207 *b*.
65. — est remedium universale, suave et sufficiens : v, 283 *ab*, 321 *b*.
66. — quare ponatur primo loco : v, 283 *a*, *b*, 409 *b*.
67. Quo sensu — sit cæteris majus sacramentum : iv, 433 *b*-434 *a*; v, 400 *b*-401 *a*; vi, 173 *a*; vii, 318 *b*, 420 *a*.
68. Baptismi necessitas quanta : v, 304 *a*, 346 *b*.
69. — a Christo institutus, quomodo et quando : v, 314 *a*, 416 *a*, 422 *b*.
70. Quare hunc præcipue et Eucharistiam instituerit Christus : v, 416 *a*.
71. Hunc suscepit ipse Christus, non tamen rem sacramenti : v, 443 *a*.
72. — est signum intrantium in aciem Christi : v, 290 *a*.
73. — est directe contra originale, et ob id absolvit a culpa et a pœna satisfactoria, non tamen a sequela culpæ : *ibid.*
74. — licet includat plura, est tamen unum sacramentum, et quomodo : v, 298 *b*.
75. — est vitæ spiritualis initium, sigillum, custodia et illuminatio mentis, et quo ordine : v, 301 *a*.
76. — quomodo regeneret animam quoad animales motus, et mentem disponat ad vitam activam et contemplativam : v, 301 *ab*.
77. In baptismo sunt tria essentialia, scilicet sacramentum tantum, res tantum, et quod est res et sacramentum simul : v, 301 *a*.
78. — quomodo dicatur ipsa aqua : v, 300 *b*.
79. — exprimit facto, scilicet immersione, fidem passionis Christi; verbo, fidem Trinitatis : v, 304 *a*.
80. Baptismo suscipiendo præcipue necessaria est fides circa passionis Christi virtutem : *ibid.*
81. Baptismi sacramentum quandonam incœperit cadere sub præcepto : v, 311 *b*-312 *a*, 324 *b*.
82. In adulto quænam pœnitentia debeat baptismum præcedere : v, 327 *a*, 336 *b*-337 *a*, 647 *ab*.

Digitized by Google

83. In quo sensu dicatur pluraliter sacramenta : v, 343 *a*.
84. Baptismi virtus est a fide Ecclesiæ sicut ab agente universali, ab intentione vero tanquam ab agente particulari : v, 393 *a*.
85. — requirit intentionem in dante, et recipiente, conformem intentioni Ecclesiæ : v, 393 *ab*, 442 *a*.
86. — requirit immersionem in aquam, et prolationem verbi : v, 298 *a*, 316 *b*-318 *b*, 371 *b*.
87. In baptismo conferendo qualis intentio requiratur : v, 362 *b*, 386 *b*, 392 *a*-395 *a*.
88. Quare minister proprius baptismi sit tantum homo : v, 359 *b*.
89. Fictio cum intentione faciendi recte opus, scilicet baptismum, non tollit validitatem : v, 328 *ab*, 335 *a*, 387 *ab*, 393 *ab*.
90. Qualis fictio destruat, vel non, veritatem sacramenti : v, 330 *b*, 336 *b*-337 *a*.
91. Intentio conformis intentioni Ecclesiæ determinat actiones ad esse sacramenti, quæ alias essent indifferentes ad alios fines : v, 393 *b*.
92. Baptismus collatus absque intentione non est sacramentum : *ibid. inferius*.
93. — non datur parvulo nisi extra uterum, quare : v, 271 *b*, 388 *b*-390 *b*.
94. Sanctificato in utero nihilominus debet dari baptismus, quare : v, 391 *ab*.
95. Baptismum ficte accipiens cum intentione tamen accipiendi, recipit vere, sed imperfecte : v, 328 *b*, 336 *a*-337 *b*.
96. Baptismum sibi collatum parvulus vere recipit per fidem alienam, scilicet Ecclesiæ : v, 327 *b*.
97. Idem dicendum de furioso qui nunquam habuit usum rationis ; si vero aliquando habuit, distinguendum : v, 335 *b*.
98. Ad baptismum suscipiendum quæ fides requiratur : v, 302 *b*-304 *b*, 327 *ab*, 362 *b*, 386 *b*.
99. — est opus Dei, non hominis, et ideo non potest esse opus mortuum : v, 338 *a*, 595 *a*.
100. Quid de consuetudine in primitiva Ecclesia differendi baptismum ad ætatem adultam : v, 342 *b*.
5. — spiritualis animæ et angelorum in quo consistat : II, 442 *a*; VIII, 434 *b*-435 *a*.
6. Comestionis religiosæ datur methodus : XII, 318 *a*-319 *b*, 470 *a*-472 *b*, 490 *ab*.
7. — in statu innocentiæ cadebat sub præcepto, sicut et locus et tempus ipsius : III, 63 *ab*.
COMETA. 1. — non est stella, sed vapor inflammatus ex vicinitate ignis : VIII, 93 *a*.
2. Quid de significatione cometis ab astrologis tributa sentiendum : II, 602 *b*-603 *a*; VIII, 93 *a*.
COMMATRES plures habere quando liceat, et quando non : VI, 437 *b*.
COMMEMORATIO quadruplex de Christo habenda, sed præcipue in communione sacramentali : XIII, 196 *a*-197 *a*.
COMMENSURATIO quomodo in divinis possit recognosci : I, 492 *b*-493 *a*. *Vid.* ÆQUALITAS, n. 1 *et seq.*
COMMENTATOR quis sit, et in quo differat a scriptore, compilatore et auctore : I, 20 *b*.
COMMERCIUM celebratum inter cœlum et terram in ascensione Domini proponitur : XIII, 284 *a*.
COMMINATIO, contumelia et clamor, filiæ discordiæ, quid sint : VII, 534 *b*.
COMMISSUM est transgressio præceptorum negativorum : VII, 236 *b*, 278 *a*, 351 *b*.
COMMISSIO, COMMITTERE, quid sit, et quomodo opponatur omissioni : VII, 353 *b*.
COMMIXTIO; *vid.* MIXTIO.
COMMODARE, quid sit : IX, 291 *b*.
COMMOTIO in fine mundi futura describitur : VII, 335 *a*; VIII, 235 *a*; XIII, 24 *a*.
COMMUNE. 1. — dicitur tripliciter, sc. quod reperitur simul et plurificatur in multis tum quoad formam, tum quoad suppositum; vel quod plurificatur quoad suppositum tantum; vel quod neutro modo plurificatur, et tamen reperitur in pluribus : I, 106 *ab*.
2. — indifferenter se habet ad actum et potentiam : I, 116 *a*.
3. — potest appropriari in divinis manente proprietate vocis et significationis : I, 185 *b*.
4. — quomodo importet distinctionem in inferioribus, tum in divinis, tum in creatis : I, 116 *b*, 336 *b*.
5. — quodnam, et in quo sensu, dicatur de tribus personis divinis : I, 353 *b*, 394 *b*.
6. — quod est in pluribus et de pluribus, dicitur a communitate, seu communi unitate; commune vero quod est a pluribus, dicitur a communione, seu communi unione distinctorum : I, 187 *b*.
7. — in absolutis est semper prius, non vero in respectivis : I, 216 *b*.
8. In Deo quomodo cadat ratio communis, proprii, communicabilis et incommunicabilis : I, 336 *b*.
Vid. CHARITAS, n. 221.
COMMUNICABILE. 1. — potest esse tripliciter, sc. per unius tertii constitutionem, vel per prædicationem, vel per proprietatum et idiomatum communicationem : IV, 122 *a*.
2. — venit ex bonitate et voluntate : I, 44 *a*.
3. — et incommunicabile non sunt proprietates oppositæ, sive in creatis, sive in divinis : I, 111 *a*, 549 *b*.
4. — et incommunicabile quomodo competant essentiæ divinæ et relationibus : *ibid.*
5. Communicabilis ratio est prædicari posse de pluribus; universalis vero ratio est, quod realiter intelligatur multiplicatum in illis : I, 336 *b*.
COMMUNICABILITATIS ratio, et incommunicabilitatis in Deo, unde desumatur : I, 337 *a*.
COMMUNICARE. Papa sedens in cathedra se communicat, quare : IX, 182 *b*.
COMMUNICATIO. 1. — idiomatum in Christo, unde desumatur : IV, 149 *b*-150 *a*.
2. — idiomatum non fit in nominibus importantibus unionem : IV, 175 *b*, 177 *a*; VII, 285 *a*.
3. Communicationis idiomatum regula observanda traditur : I, 535 *b*; IV, 443 *b*; VII, 285 *a*.

Digitized by Google

4. — idiomatum fit ratione personæ, non naturæ : IV, 186 *a*, 445 *ab*.
5. — idiomatum non fit in nominibus importantibus repugnantiam respectu subjecti, vel prædicati, vel intellectus : IV, 177 *b*, 453 *b*-454 *a*.
6. — idiomatum requirit diversitatem subjectorum, et unionem : 149 *b*-150 *a*.
Vid. CHRISTUS, n. 103-111, 115, 174, 241, IDIOMA.
7. — spiritualis, sive bona, sive mala, expenditur : IX, 400 *a*.
8. — bonorum collegii potest fieri ab abbate : VI, 79 *b*.

COMMUNIO. 1. — triplex, sc. vel spiritualis per devotionem, vel exterior per conversationem, vel medio modo per sacramentorum receptionem : VI, 24 *a*.
2. — qualis servanda cum proximo : VII, 193 *b*-195 *a*.
3. — sanctorum quotuplex : VIII, 299 *a*.
4. De præparatione ad communionem : XI, 176 *b*-177 *a*.
5. Ecclesia per communionem repræsentat reverentiam Centurionis in dicto, et devotionem Zachæi in facto : XIII, 436 *a*.
Vid. EUCHARISTIA.

COMMUNITAS. 1. — fundamentum identitatis, æqualitatis et similitudinis : I, 493 *b*.
2. — rerum temporalium, quam digna et Deo chara : VII, 193 *b*-195 *a*; VIII, 285 *a*; XIV, 83 *a*.
3. — in religionibus unde desumpta, et quibus vitiis destruatur : XIV, 497 *ab*, 619 *a*.

COMMUTABILE bonum est triplex : X, 304 *a*; XIV, 423 *b*.

COMŒDIA ex sui natura non est illicita, sed fit illicita multiplici ex capite : V, 627 *ab*.

COMPARATIO. 1. — secundum magis et minus fit solum inter comparticipantia : I, 265 *a*.
2. — fit duplici modo, sc. aut ad aliud ut informans vel denominans, aut sicut principium ad principatum : I, 402 *a*.
3. — statuum religionis et prælationis ad invicem : XIV, 428 *a*-431 *a*.

COMPASSIO. 1. — est effectus bonitatis naturæ passibilis, unde post hanc vitam cessat : VI, 617 *b*.
2. — fraterna suadetur : VIII, 541 *a*-542 *b*; X, 175 *a*; XIV, 82 *ab*.
3. — quid proprie sit : IX, 309 *a*.
4. Compassionis gradus exponuntur : XII, 195 *ab*.
5. — quatuor actus exercet, sc. pietatem, erogationem, sollicitudinem et protectionem : IX, 309 *a*.

COMPEDES multiplices proponuntur : X, 186 *a*.

COMPENDIUM THEOLOGICÆ VERITATIS, opus suppositititium, sed refertum doctrina Bonaventuræ : VIII, III-V, 61 *a*-246 *b*.

COMPILATOR quis sit : I, 20 *a*.

COMPLACENTIA. 1. — est plenus consensus : V, 651 *a*.
2. — peccati quænam peccaminosa : VII, 570 *b*.
3. — est actus latriæ ad Deum, consistitque in tribus actibus perfectissimis : XII, 22 *b*.
4. Complacentiæ amor quis sit : IV, 648 *ab*.
Vid. AMOR, n. 3, DELECTATIO.

COMPLETORIUM. 1. Quare in Completorio dicatur : Converte nos, Deus, etc. : XI, 605 *a*.
2. Quare, in solemnitate paschali, non fiat jubilus in fine cantus Completorii : IX, 215 *b*.
3. Quare in Completorio cantetur canticum Simeonis : X, 273 *b*.

COMPLEX. 1. — valide potest absolvi a confessario complice, dummodo adsit attritio vel contritio : VI, 38 *b*.
2. Quando et quomodo confessarius possit inquirere de complice : 110 *b*.
3. — non debet revelari in confessione absque magna necessitate : *ibid.*

COMPLEXIO propositionis. 1. — vel est circa rem ut in se, vel circa rem ut est expressa per intellectum, vel circa intellectum ipsum : II, 122 *a*.
2. — et incomplexio in re expressa, per vocem quid operentur, et unde oriantur : II, 121 *a*, 122 *b*; IV, 525 *b*-526 *a*.
3. Veritas per complexionem significata est æterna, ac proinde incomplexa; complexio vero est in intellectu : II, 122 *b*.
4. An Deus cognoscat per modum complexionis : II, 121 *a*-122 *b*.

COMPLEXIO corporis. 1. — corporis organici est dispositio proxima ad suscipiendam animam et vitam : II, 584 *b*.
2. — corporis humani consistit in æqualitate, et harmonia simili aliquo modo naturæ cœlesti, eamque præcedit, ut dispositio, forma mixtionis, et elementaris : III, 19 *b*; VI, 590 *a*.
3. Forma complexionis quid operetur in corpore : II, 263 *b*-264 *a*.
4. — reducit partes in unum, et organizatio unum in partes : VI, 156 *b*.

COMPOSITIO. 1. — quadruplex est, sc. essentiæ vel entis per se, ex principiis essentialibus; substantiæ, ex principiis naturalibus; mixti, ex miscibilibus; animati, ex anima et corpore : I, 157 *b*-158 *a*.
2. — ex principiis naturalibus requirit in iis differentiam, dependentiam, imperfectionem et difformitatem : *ibid.*
3. — fit ex proprietatibus absolutis prove-

Digitized by Google

nientibus ex additione, non respectivis : I, 159 *b*, 160 *a*.
4. — quam pluralitatem exigat : I, 159 *b*-160 *a*.
5. — una est ex partibus essentialibus, alia ex partibus integrantibus, alia ex partibus dissimilibus : I, 161 *a*.
6. Triplex differentia invenitur in creaturis, quæ importat in illis compositionem aliquam, sc. substantiæ, et accidentis ; essentiæ, et suppositi ; esse in se, et in alio : I, 161 *ab*.
7. — dicitur dupliciter, sc. alicujus ex aliquibus, vel alicujus cum aliquibus : I, 161 *b* ; IV, 151 *a*.
8. — quomodo fiat ex unione plurium naturarum : I, 179 *a*.
9. Compositionis nomen tripliciter accipitur, sc. vel ut componentis actio, vel ut componibilis passio, vel ut rei compositæ dispositio : III, 497 *a*.
10. — physica est materiæ et formæ ; metaphysica, actus et potentiæ ; logica, generis et differentiæ : II, 312 *a*, 313 *a*.
11. — est principium mutationis vel a non esse ad esse, vel ab esse ad aliud esse, vel ab esse ad non esse : II, 431 *a*.
12. — physica importat mutationem et imperfectionem : IV, 150 *b*.
13. — alia est partium integralium, alia potentialium, alia generis et differentiæ, alia materiæ et formæ, alia coacervationis unitatum, alia ejus quod est et ejus quo est, alia materiæ et accidentis, alia substantiæ corporeæ et incorporeæ : VIII, 77 *a*.
14. — quomodo differat ab unione : IV, 9 *b*.
15. Ubi est compositio, ibi est aliqua unio et unitas : III, 496 *a*.
16. Ubicumque est compositio de novo, ibi est mutatio : IV, 150 *b*.
17. Ubicumque est compositio, ibi est imperfectio : *ibid. inferius*.
18. Esse ab alio non facit compositionem : IX, 38 *a*.
19. — partium constituentium facit in creaturis ad nobilitatem, quia facit rem esse per se ; non vero compositio partium quantitativarum : III, 12 *ab*.
20. — fictitia quomodo sit a Deo : III, 497 *b*.
21. — membrorum qualiter in choro habenda : XII, 461 *ab*.
22. — propositionis ; *vid.* COMPLEXIO PROPOSITIONIS.

COMPOSITUM. 1. — omne est resolubile in sua principia, vel re, vel intellectu : I, 155 *a*.
2. — est notius, et prius notum quam simplex : I, 156 *b*.
3. Quo magis aliquid est compositum, eo impotentius, si agatur de partibus quantitativis ; minime vero, si de virtualibus : I, 295 *ab* ; II, 615 *b*.
4. Quo magis aliquid est compositum, eo minus perfectum est, si de spiritibus agatur ; minime vero, si de corporibus : II, 615 *b*.
5. — ex materia et forma quandonam possit venire in constitutionem tertii : III, 12 *b*.
6. — ex contrariis quale sit corruptibile : VI, 590 *a*.
7. — trahit significationem a componentibus : II, 123 *a*.

COMPREHENDERE dicitur tripliciter : IV, 303 *b* ; XI, 258 *a*.

COMPREHENDI perfecte Deus non potest a creatura, neve ab anima quidem Christi : II, 152 *b* ; IV, 303 *b*.

COMPREHENSIO. 1. — non est actio solum, sed etiam passio : IV, 306 *b*-307 *a*.
2. — beatorum quid requirat : IV, 306 *a*.

COMPREHENSORIS mens elevatur tantum, quantum affectus : IV, 306 *b*.

COMPUNCTIO. 1. — dicitur cordis punctio, estque idem quod contritio, licet dicat quid communius : V, 623 *b*.
2. Quale sit ejus officium, et quales effectus : IX, 262 *a* ; XII, 505 *a*.
3. Causa ejus duplex : XII, 505 *b*.
4. — habet duplex irriguum, unum superius, et alterum inferius : V, 623 *b*.
5. — prævenit contemplationem, et comparatur oculis primum lippis, deinde aquosis, postea columbinis : IX, 307 *a*.
6. Compunctionis aqua proponitur domui animæ sanctificandæ et dedicandæ : XIV, 126 *a*.
7. Compunctionis septem genera traduntur : XII, 432 *a*-433 *a*.
8. Compunctionis unguentum quomodo conficiatur : V, 630 *a* ; XI, 221 *ab*.
9. Vinum compunctionis quale sit : IX, 229 *a*.

COMPUTATIO est prævisio per solidam considerationem agendorum : X, 623 *a*.

CON ; *vid.* COM.

CONCEPTIO. 1. — dupliciter accipitur, sc. vel pro ipsa operatione naturæ in formatione corporis usque ad susceptionem animæ, vel pro nutritione et perfectione corporis usque ad partum : IV, 184 *a*, ubi de conceptione Christi, an in instanti facta fuerit, agitur.
2. Conceptionis materia dicitur humor, caro, sanguis vel semen, ob diversas comparationes : IV, 57 *ab*.
3. — viri quadraginta sex diebus completur, requiriturque 1. seminis decisio, 2. conversio, 3. consolidatio, 4. veri hominis formatio : IV, 86 *b*, 87 *a*.
4. In conceptione qualem ordinem servet natura : X, 48 *b* ; XI, 293 *a*.

Digitized by Google

CONCEPTIO mentalis, seu verbi, quomodo fiat : I, 443 *b*-444 *a*.
CONCEPTIO spiritualis Christi quid exigat ab anima : XIII, 60 *a*. *Vid.* CONCIPIENDI.
CONCEPTUM esse, et esse genitum, est idem in Deo, estque notionale : I, 444 *b*.
CONCEPTUS mentis quid sit : I, 443 *b*.
CONCILIUM. 1. Conciliorum auctoritas et concordia quanta : IX, 76 *b*-77 *a*.
2. Quatuor fuerunt concilia Apostolorum, itemque quatuor principalia Patrum apud Græcos : I, 199 *a* ; IX, 77 *a*.
3. In conciliis non omnia instituta sunt quæ spectant ad mores, nec dicta omnia quæ ad fidem : I, 204 *b*.
4. — Judæorum adversus Jesum expenditur : XI, 417 *a*-418 *a*.
CONCIONATOR. 1. Concionatoris officium est ad imitationem David, docere, monere et orare, quare : IX, 548 *a*.
2. Scientiæ humanæ qualiter adhibendæ a concionatore : IX, 114 *b*, 122 *a*-125 *a*.
CONCIPIENDI modus triplex est, sc. carnalis, spiritualis et singularis : X, 231 *b*.
CONCIPIT mens intelligendo, si intelligat se, verbum simile sibi ; si aliud, verbum simile alii : I, 443 *b*.
CONCLUSIO. 1. Conclusionum cognitio non quietat intellectum, sed tantum principiorum, quare : IV, 304 *b*.
2. Earum evidentia qualis : I, 150 *a* ; XII, 11 *b*.
3. — particularis dici potest habitus unus numero, et conclusionum complexio scientifica habitus unus specie : V, 563 *b*.
4. Conclusionum necessitas non venit ab existentia rerum, sive in materia, sive in ipsa mente, sed venit ab earum exemplaritate in arte æterna : XII, 12 *a*.
CONCOMITANTIA quomodo significetur per præpositionem a vel ab : IV, 339 *a*.
CONCORDANTIA. 1. — verborum et operum qualis in Christo : XIII, 70 *a*.
2. — scripturarum Veteris et Novi Testamenti, conciliorum et sanctorum quanta : IX, 76 *b*-77 *a*.
3. — Evangelistarum quanta, licet in aliquibus videantur discrepare : X, 339 *ab*.
CONCORDIA. 1. — virtus quæ sit : VII, 413 *b*.
2. — est pars justitiæ, estque voluntatum et actionum conformitas : VII, 238 *b*.
3. — suadetur multis rationibus, tum ex sanctis Patribus, tum ex ratione desumptis : VII, 188 *b*-189 *b*, 481 *b*-482 *a* ; XIV, 83 *a*.
4. Concordiæ gradus multi enumerantur : XII, 196 *b*-197 *a*.
5. — quare approprietur Spiritui sancto : I, 507 *b*-508 *b*.
6. — trahit ad animam Spiritum sanctum : XI, 514 *a*.
7. — est causa omnium bonorum ; e contra divisio fons omnium malorum : X, 528 *b*-529 *a*.
8. — quam Christo chara, discordia vero quam exosa : XIII, 70 *a*, 72 *ab*.
9. — assimilatur symphoniæ et choro : XI, 20 *b*.
10. Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur : XIII, 72 *b*.
11. De concordia variæ sententiæ ex S. Scriptura : VIII, 545 *b*-546 *b*.
12. — intellectus ad rem facit veritatem, discordia vero falsitatem : II, 71 *b*.
13. — corporum cœlestium et inferiorum quoad esse et operari exprimitur : VII, 260 *a*-261 *b*.
Vid. CHORUS, n. 1.
CONCRETIO. 1. — importata per verbum, et — importata per nomen, in hoc differunt, quod per verbum non importatur suppositum, sed tantum relatio ; per nomen vero suppositum et forma : I, 431 *b*-432 *a*.
2. — proprie dicta est tantum in terminis accidentalibus : IV, 170 *b*-171 *a*.
Vid. ABSTRACTIO, n. 5.
CONCRETUM. 1. — et abstractum idem significant in principali sanctificato : I, 494 *a* ; III, 69 *ab*.
2. — a grammaticis dicitur derivativum : III, 69 *ab*.
3. — accipit specialem significationem ab abstracto : I, 391 *a*.
4. — exigit prædicationem per modum denominationis vel inhærentiæ ; abstractum vero, per modum identitatis : I, 433 *b*, 534 *b*.
5. A concreto ad abstractum proceditur resolvendo ; ab abstracto vero ad concretam, e converso : I, 143 *a*.
6. — supponit pro persona, abstractum nequaquam : I, 110 *b*-111 *a*.
7. — significat formam, et supponit suppositum : I, 94 *b*, 432 *a*.
8. — nomen imponitur a forma, non formæ, sed supposito : I, 94 *b*.
Vid. ABSTRACTIO, n. 7, ABSTRACTUM, n. 5.
CONCUBINÆ. 1. Concubinas habere prohibitum est a lege naturali, quomodo : VI, 305 *a*.
2. — in lege veteri quomodo licite haberentur : 302 *b*, 303 *b*-306 *a*.
CONCUBITUS. 1. — illicitus quot mala pariat : VIII, 280 *a* ; XII, 371 *a*.
2. — quando sit peccatum, et quando meritorius : VI, 210 *a*.
Vid. LUXURIA.
CONCUPISCENTIA. 1. — quid sit : III, 374 *b*.

Digitized by Google

2. — quænam pœna sit, et qualis inflicta a Deo : VII, 375 *b*.
3. — est proprie in appetitu sensitivo, licet dici etiam possit esse in carne et in rationali : III, 385 *a* ; V, 227 *b*.
4. — ut dicit pœnam, est a Deo sic ordinante ; ut dicit excessum, est a voluntate errante, et a diabolo instigante : III, 386 *a*-388 *a*.
5. — quando sit peccatum : III, 334 *a*-336 *a*, 374 *a*-375 *a*, 552 *ab*.
6. — quando sit peccatum mortale, vel veniale : VIII, 200 *b*.
7. Quomodo ab ipsa sit omne peccatum : III, 186 *ab*.
8. — quænam remaneat post baptismum : III, 374 *ab*.
9. — est labes maculans, ignis inflammans, et sitis crucians animam : II, 454 *b*-455 *a* ; VIII, 281 *b*.
10. Concupiscentiæ ortus, conceptus et partus : VII, 277 *b*.
11. Ejus effectus quales : VII, 278 *ab*, 513 *ab*, 526 *a*-554 *a* ; IX, 553 *a* ; X, 617 *b*-618 *a* ; XI, 135 *a*.
12. — inficit omnes vires animæ : III, 186 *ab*.
13. — qualiter sit fomes peccati : III, 334 *a*, 335 *b*.
14. — qualiter stet cum gratia : III, 335 *b* ; IV, 606 *a*.
15. — æqualis est in omnibus, in quantum importat carentiam justitiæ debitæ, non vero in quantum includit pronitatem ad bona commutabilia : III, 408 *ab*, 409 *b*.
16. — locum tenet matris in generatione peccatorum ; gratia vero, in regeneratione spirituali : IV, 75 *a*.
17. Lex concupiscentiæ quænam sit : IV, 83 *a*.
18. Concupiscentiæ remedia exponuntur : VI, 217 *a* ; IX, 55 *a* ; XIII, 81 *b*-82 *a*.
19. Concupiscentiam cum Deus prohibet, non prohibet motum, sed progressum illius : III, 606 *a* ; V, 227 *b*-228 *a* ; VIII, 131 *ab*, 281 *b*.
20. — duplex, sc. carnalitatis et cupiditatis : V, 227 *ab* ; IX, 134 *b*.
21. — aliquando surgit ex carne, aliquando a mente : VII, 360 *a* ; VIII, 281 *b* ; IX, 186 *a*.
22. — numquam totaliter tollitur ex usu charitatis, licet continue minuatur, quare : III, 460 *b*-462 *a*.
23. — augetur per obligationem mandatorum, non ratione mandatorum ipsorum, sed ex culpa et negligentia hominis : V, 159 *b*-160 *a*.
24. — in pueris 1. est sensualitatis, 2. cupiditatis, quomodo : IX, 55 *a*.
25. Concupiscentiæ quatuor sunt genera, duo bona, et duo mala : IX, 285 *b*, 542 *a*.
26. — mala est triplex, sc. vanitatis, voluptatis et curiositatis : VII, 279 *a* ; XII, 210 *b*.
27. — in S. Scriptura aliquando appellatur terra : IX, 430 *a*, et fluvius, quare : 447 *b*.
28. — quare assimiletur enhydro : VII, 513 *a*.
29. Carnalium concupiscentiarum aqua quam fœtida : XIV, 126 *ab*.

Vid. AMOR, n. 3, 26, CHRISTUS, n. 273, MARIA VIRGO.

CONCUPISCIBILIS potentia. 1. — irascibilis et rationalis secundum rem comprehenditur sub libero arbitrio ; sed duæ primæ sunt inferiores, et a rationali regi debent : III, 212 *a*.
2. Concupiscibilis et irascibilis potentia est eadem per essentiam cum voluntate et ratione ; distinguuntur tamen, quomodo : III, 165 *a*-166 *a*, 212 *a* ; IV, 601 *b*-602 *a* ; V, 52 *b*-55 *a*.
3. — potentia alia est rationalis, alia sensualis ; quodnam sit utriusque discrimen : V, 54 *a*.
4. — potentia quomodo sit potentia generalis et particularis : IV, 601 *b*-602 *a*.
5. Ad concupiscibilem quomodo spectet virtus pœnitentiæ : V, 561 *b*-563 *b*.
6. Sicut se habet rationalis ad verum, et irascibilis ad arduum, sic et concupiscibilis ad bonum : IV, 604 *a*.

CONCURSUS Dei cum actionibus liberis et naturalibus qualis : I, 284 *b* ; II, 182 *a*-185 *b*.
CONDENSABILITAS, vel refractibilitas, est ratio quare elementa sint miscibilia : III, 18 *a*. *Vid.* RARITAS.
CONDIGNUM ; *vid.* MERITUM.
CONDITIONIS error, sive ignorantia, quodnam impedimentum afferat respectu matrimonii : VI, 260 *a*-261 *b*, 326 *b*, 350 *b*-352 *b*.
CONDITOR æternus quomodo dicatur Deus ; *vid.* ÆTERNE RERUM CONDITOR.
CONDOLERE ; *vid.* COMPASSIO.
CONDONARE ; *vid.* INIMICUS.
CONDUCTITII sacerdotes ; *vid.* SACERDOS.
CONFABULATIO virtuosa quænam sit : XII, 162 *a*.
CONFESSARIUS. 1. Confessionis minister sufficiens est solus sacerdos : V, 693 *a*, 695 *a*-702 *b* ; VI, 6 *b*-34 *b*, 44 *a*-48 *a* ; VIII, 221 *a* ; XIII, 277 *a*.
2. — qualis esse debeat : VII, 577 *b*. Instruitur in omnibus ad munus suum pertinentibus : VIII, 359 *a*-392 *b*.
3. — quali scientia præditus esse debeat : V, 693 *b*-694 *a* ; VI, 15 *a*-18 *b* ; XIV, 527 *ab*, 537 *b*.
4. — an necessario debeat esse proprius sacerdos confitentis : V, 693 *b*, 695 *a*, 697 *a*-702 *b* ; VI, 105 *a*. *Opinio quam his in locis*

Digitized by Google

tuetur auctor, nunc non tenetur : v, 699 *a*, *in nota* 1.
5. — debet habere jurisdictionem super pœnitentem, ut eum vere absolvat : v, 699 *b*; vi, 6 *b*-34 *b*; xiv, 521 *b*, 545 *a*-550 *ab*.
6. — ordinarie non potest absolvere ovem alienam : vi, 50 *ab*.
7. In articulo mortis quilibet sacerdos est confessarius : xiv, 552 *b*.
8. — est mediator inter Deum et pœnitentem, fungens jure Dei et Ecclesiæ auctoritate : v, 693 *a*, 702 *b*; vi, 11 *a*; vii, 324 *b*.
9. — ut judex, debet discernere, approbare vel respuere, et sententiare, quomodo : vi, 5 *a*.
10. — concurrit ad remissionem peccati per modum ministrantis; Deus, per modum judicantis ex auctoritate; Verbum incarnatum, per clavem excellentiæ : v, 693 *a*; vi, 5 *b*.
11. — concurrit quoad absolutionem a culpa per modum demonstrantis; quoad pœnam, per modum dimittentis : vi, 10 *a*-14 *b*.
12. — quid possit in culpam et pœnam : vi, 8 *b*-14 *b*, 71 *ab*.
13. — est judex vice Dei : vii, 324 *b*.
14. — quare ante absolutionem præmittat deprecationem *Misereatur* : v, 676 *a*; vi, 11 *b*.
15. Confessarii benedictio super pœnitentem expenditur : xiii, 323 *a*.
16. — absolvens in peccato mortali peccat mortaliter : vi, 38 *ab*.
17. — ut medicus debet diligenter investigare peccata pœnitentis, et quomodo : vi, 39 *b*; xiii, 215 *b*; xiv, 525 *b*-526 *a*.
18. — debet, si minus imponere, saltem insinuare pœnitentiam in canonibus taxatam, quare : vi, 73 *a*.
19. — qualiter quærere consilium in casibus gravioribus debeat : vi, 73 *ab*; viii, 381 *a*.
20. — quando pœnitentem remittere debeat ad superiorem : vi, 73 *ab*; viii, 381 *b*, 385 *a*-390 *a*, 391 *a*-392 *a*.
21. — non potest revelare peccata pœnitentis, et quando uti possit auditis in confessione : vi, 111 *a*-117 *b*.
22. — cum juramento interrogatus de iis quæ sola confessione novit, quomodo possit jurare se nihil nosse : vi, 112 *ab*.
23. — est animarum medicus, cui detegenda sunt vulnera : v, 679 *a*; xiv, 69 *b*-70 *a*.
24. — debet esse benignus : viii, 361 *a*; xi, 59 *a*; xiv, 525 *ab*.
25. — debet magis diligere pœnitentem qui clarius et fidelius peccata revelat : vi, 450 *ab*.
26. — debet interrogare pœnitentem, et quomodo : viii, 361 *b*-366 *b* xiii, 275 *b*.
27. Confessarii meritum quale : viii, 385 *a*.
28. — caveat ne sit ut lixivium, quod alia mundans inquinatur : viii, 360 *ab*.

Vid. Absolutio, Absolvendi, Absolvere, Auctoritas, n. 8, Clavis, Complex, Potestas.

CONFESSIO. 1. — alia est laudis, alia peccatorum : viii, 267 *ab*; ix, 164 *b*, 197 *b*, 268 *a*, 274 *ab*, 559 *b*; x, 500 *a*; xii, 504 *a*.
2. — alia fidei : vii, 320 *b*; viii, 267 *b*; x, 500 *a*. Qualiter facienda : vii, 320 *b*-321 *a*. Quanta sit ejus necessitas : x, 393 *a*.
3. — laudis qualiter facienda : ix, 399 *ab*; x, 500 *ab*.
4. — peccatorum qualiter facienda : v, 679 *a*; vi, 104 *b*-105 *a*, 110 *b*; ix, 327 *b*; xii, 456 *b*.
5. — alia cordis, alia oris : ix, 286 *b*, 290 *a*.
6. Est etiam confessio operis : xiii, 532 *ab*.
7. — peccatorum alia est mentalis, alia vocalis; hæcque vel est opus tantum virtutis, vel insuper sacramentalis : v, 664 *b*, 675 *ab*, 678 *ab*, 695 *b*-696 *b*; viii, 219 *a*.
8. Confessionem peccatorum practicandi traditur methodus : vii, 559 *a*-568 *a*, 572 *a*-573 *a*, 576 *a*-577 *b*; xii, 207 *b*; xiii, 269 *a*-270 *a*, 356 *ab*, 475 *a*, 546 *b*-547 *a*.
9. — peccatorum est opus justitiæ, et misericordiæ simul : v, 609 *b*, 702 *ab*.
10. — vocalis peccatorum quam recte imposita a Christo : v, 609 *b*.
11. Negans necessitatem confessionis vocalis sacerdoti faciendæ est hæreticus : v, 674 *b*; ante Innocentium III vero non erat determinata hæc veritas de fide : *ibid.*
12. — facienda Deo est de dictamine naturæ; homini vero facienda est de institutione divina : v, 678 *ab*.
13. Deo facit suavissimam melodiam vera confessio peccatorum : viii, 267 *b*.
14. — mortalium ante communionem præmittenda : v, 627 *a*.
15. Confessionis sacramentum præcessit figura sub lege veteri : v, 681 *a*.
16. — sacramentalis quoad formale fuit a Christo instituta, quoad materiale vero ab apostolis : v, 682 *b*-683 *b*.
17. Confessionis votum sufficit ad consequendam gratiam, quando deest facultas : v, 656 *b*-657 *a*.
18. — explicita debet esse peccatorum quæ innotescunt; in generali vero, etiam aliorum : v, 685 *b*-686 *a*.
19. — quid exigat, ut sit cum Deo reconciliativa : v, 657 *a*.
20. — et contritio quomodo differant : v, 658 *b*; vi, 104 *a*.
21. — sacerdoti necessario facienda : v, 658 *b*.

Digitized by Google

22. — quomodo sit necessaria, cum per contritionem fiat justificatio : v, 663 *a*-665 *a*.
23. De præcepto confessionis, et ejus necessitate agitur : v, 658 *b*, 671 *b*, 683 *b*-690 *b* ; viii, 219 *b*.
24. — quare præscripta sit ut semel in anno facienda : v, 683 *b*-686 *a* ; viii, 219 *b* ; xiv, 544 *b*.
25. — debet esse secreta : v, 675 *a*, 701 *b*-702 *a* ; vi, 111 *a*-112 *b*. Obligat ad secretum etiam interpretem : v, 676 *a*.
26. Confessionis pudor quam utilis : xiii, 141 *b*-142 *a*.
27. — est medicina spiritualis : v, 675 *b*, 679 *ab* ; ix, 247 *b* ; xi, 58 *b*-59 *a*.
28. — tollit flagella : xiii, 356 *b*.
29. — dolorem facit diabolo : xiii, 76 *a*.
30. — est vomer aperiens terram cordis nostri : xiii, 128 *a*. Facit aperire apostema latens in anima : v, 679 *ab*. *Vid.* Apostema.
31. Confessio sacramentalis versatur circa peccata actualia : v, 676 *a*.
32. Confessio quando iteranda, et quando non : v, 676 *b*, 694 *a*-695 *a* ; vii, 423 *b*-424 *a* ; viii, 220 *a*.
33. Confessionis utilitates : v, 678 *b* ; vi, 12 *a*-14 *b* ; vii, 86 *b*-88 *a*, 323 *b*-324 *b* ; viii, 267 *b*, 615 *ab* ; ix, 262 *a*, 282 *a*, 327 *b*, 352 *a* ; xiii, 269 *a*-270 *a*, 273 *a*-274 *a*, 276 *b*, 388 *a*, 451 *b*-452 *a*, 546 *b*-547 *a* ; xiv, 69 *b*-70 *a*, 550 *b*.
34. — ad quid instituta fuerit : v, 684 *b*.
35. — jactabunda peccatum habet : v, 679 *a*.
36. Confessionis materia sunt peccata : v, 682 *b*.
37. — venialium peccatorum non est necessaria, nisi in casu dubio, vel ratione præcepti ecclesiastici : v, 684 *b*-685 *a*. Non exigit ut quantum ad venialia sit integra : vi, 91 *b*. Venialia tamen peccata sunt materia sufficiens confessionis : v, 703 *b*. Valide possunt exprimi in genere : vi, 104 *b*.
38. — fieri non potest per alium quam ipsum pœnitentem, quia ordinata est, ut peccator ingrediatur in unitatem ecclesiasticam : vi, 75 *b*.
39. — casus reservati fieri potest superiori, cæteris peccatis eidem non declaratis, modo confessio omnium alteri fiat : vi, 107 *ab*.
40. — peccatorum dubiorum quomodo fieri debeat : vi, 109 *ab*.
41. Confessionis forma est absolutio peccatorum cum potestate absolvendi : v, 682 *b*.
42. Confessionis forma quare detur per modum indicativum, præmittendo aliam formulam deprecativam : v, 676 *a*.
43. Confessionis gradus et conditiones explicantur : vi, 104 *b*-105 *a* ; vii, 559 *a*-560 *b* ; viii, 220 *ab*, 615 *ab* ; ix, 259 *b*, 262 *a*, 263 *b*, 327 *b*, 351 *b*-352 *a* ; xi, 14 *b* ; xii, 198 *ab*, 207 *b*, 308 *a*, 316 *b*-317 *a* ; xiii, 269 *a*-270 *a*, 277 *b*, 361 *ab*, 391 *ab*, 396 *b*-397 *b*, 475 *a*.
44. Ad confessionem quantum juvet verecundia : v, 679 *ab*.
45. — facta cum proposito peccandi est sacrilega : v, 689 *b*.
46. — requirit attritionem veram, ad hoc ut producat effectum : v, 690 *a*.
47. — facta cum attritione putativa, non vera, sufficit ad impediendum peccatum sacrilegii, sed non ad producendum effectum : v, 690 *b*.
48. De integritate confessionis agitur : v, 626 *b*, 702 *b*-706 *b* ; vi, 105 *b*-107 *b* ; ix, 300 *a*.
49. De sigillo et secreto confessionis agitur : v, 700 *b*-702 *b* ; vi, 111 *a*-117 *b* ; viii, 221 *ab*.
50. Confessionem quænam reddant invalidam : vi, 106 *b*.
51. Confessionis impedimenta quæ : ix, 570 *b*.
52. — alia bona, alia mala, utriusque characteres : ix, 220 *a*.
53. — facta non sacerdoti ad quid juvet : v, 693 *a*, 695 *b*-696 *a*.

Vid. Contritio, Forum, Pœnitentia.

CONFESSIONALE, opus suppositicium : viii, vii, 359 *a*-392 *b*.

CONFESSOR. 1. Hoc nomen cuilibet sancto convenit, sed ab Ecclesia specificatur ad illos solos, qui nec apostoli, nec martyres sunt : ix, 156 *b*.
2. Confessores dicuntur a confessione laudis, non peccati : ix, 274 *b*.
3. Confessores sunt cœli mystici : vii, 486 *a*-489 *a*.
4. Confessores sancti quare laudentur singillatim per illud : *Non est inventus similis illi* : xiv, 412 *ab*.
5. De Confessoribus quare non fiat tanta solemnitas ab Ecclesia, quanta de Martyribus : iii, 559 *b*-560 *a*.
6. Confessores quando prædicantur martyrii palmam accepisse, intelligendum est de præmio substantiali, non vero accidentali vel aureola : iii, 561 *a*.
7. Quare in officio Confessorum legatur evangelium *Sint lumbi vestri præcincti* : x, 565 *a*.
8. Sanctorum confessorum sapientia qualis : xiii, 566 *b*-567 *a*.
9. Confessorum virtutes et beatitudo expenduntur : xiii, 617 *b*, 622 *a*.

CONFIDENTIA. 1. — in viatoribus est actus spei cum expectatione, protensione et inhiatione ; in comprehensoribus vero est actus altioris ordinis absque ejusmodi imperfectionibus : v, 17 *b*.
2. — in terrenis, vel in hominibus, vel in seipso, quam vacua ; in solo Deo secura : vii, 166 *a* ; xi, 592 *b*.

Digitized by Google

3. — in Deo qualiter habenda et servanda : VII, 166 *b*, 216 *b*-217 *a*; VIII, 578 *b*-580 *b*; IX, 329 *a*, 536 *b*-537 *b*; XIII, 483 *ab*.
4. — vana et excedens in Dei misericordia quænam sit : VII, 166 *b*.
5. — in Deo est effectus fidei et spei : VIII, 297 *b*, 300 *a*.
CONFIRMATIONIS sacramentum. 1. — quare secundo loco ponatur in serie sacramentorum : V, 283 *b*.
2. — est signatio hominis baptizati in fronte, facta ab episcopo ad roborandum hominem in fide : VII, 239 *a*.
3. Confirmationis sacramentum an sit necessarium ad salutem, et in quo sensu : V, 405 *b*, 407 *a*, 411 *b*-412 *b*.
4. Sacramentum confirmationis est unum ex tribus in quibus imprimitur character, et quare : V, 379 *a*.
5. In quo a charactere baptismi differat character confirmationis : V, 411 *a*; VIII, 208 *b*.
6. Confirmationis sacramenti dignitas extollitur : V, 400 *ab*; VI, 133 *a*.
7. — est ad roborandam fidem, eucharistia charitatem : V, 400 *b*.
8. Confirmationis effectus enarrantur : V, 400 *ab*, 406 *a*-409 *b*; VI, 133 *a*, 145 *b*; VII, 320 *b*-321 *a*, 421 *a*; VIII, 208 *b*. Facit de pio magis pium : V, 406 *b*-407 *a*. Qualia arma spiritualia conferat : 411 *a*.
9. — quare dicatur principalis unctio : VI, 133 *a*.
10. Confirmationis unctio quare fiat in fronte : V, 401 *a*; VII, 321 *a*.
11. Confirmationis materia quænam, et ipsius significatio exponitur : V, 403 *a*-404 *b*; VII, 320 *a*, 321 *a*, 421 *a*. Debet esse consecrata, et quare : V, 404 *ab*; VI, 139 *b*.
12. Confirmationis forma exponitur, ejusque traduntur mysteria : V, 402 *a*, 403 *a*; VII, 320 *a*.
13. Confirmationis minister est solus episcopus, et quare : V, 400 *a*, 404 *b*-406 *a*; VII, 421 *a*. Auctoritate tamen Papæ potest etiam simplex sacerdos : V, 400 *a*.
14. — potest valide conferri ab episcopo absque actuali jurisdictione : V, 406 *a*.
15. — competit omni sexui et omni ætati baptizatorum : V, 410 *a*-411 *a*.
16. — datur morientibus et mutis, quare : 411 *a*.
17. — non potest dari ante baptismum : 413 *b*.
18. In confirmatione signum est materia et forma, res gratia, res et signum character : VII, 421 *b*.
19. Apostoli tradebant Spiritum sanctum per impositionem manuum, hæcque impositio habebat locum confirmationis : V, 295 *a*.
20. Confirmationis utilitates enumerantur : VIII, 208 *b*.
21. Unctio in confirmatione quid significet : V, 401 *a*, 404 *b*; VI, 133 *a*, 137 *b*; VII, 321 *a*, 421 *a*.
22. Confirmationis sacramentum insinuatum est in benedictione data a Christo parvulis ipsi oblatis : XI, 83 *a*.
23. — quomodo differat ab extrema unctione : VI, 133 *a*; VIII, 325 *a*.
24. — non potest iterari : V, 401 *b*.
Vid. APOSTOLUS, n. 56, BAPTISMUS, n. 132, CHARACTER, n. 1-4, 6-16, 18-19, SPIRITUS SANCTUS.
CONFIRMATIO in gratia. 1. — non mutat liberum arbitrium quoad substantiam, sed quoad statum et actum : II, 403 *b*-404 *a*.
2. — tollit naturale quod consequitur defectum naturæ, non vero illud quod sequitur ejusdem complementum : II, 404 *b*, 406 *a*, 408 *a*.
3. — non tollit vertibilitatem ad aliqua : *ibid.* *Vid.* CHRISTUS, n. 594.
CONFITENS sacerdoti cognito ignaro peccat mortaliter : V, 693 *b*-694 *a*.
CONFITEOR. Quare Ecclesia ordinet percussionem pectoris in precatione *Confiteor* : XI, 81 *a*.
CONFLAGRATIONIS ignis exuret faciem mundi, et durabit in æternum : VI, 56 *ab*; VIII, 235 *a*.
CONFLICTUS virtutum, et vitiorum per diabolum, proponitur : VII, 78 *b*-81 *b*.
CONFORMARI. 1. — alicui dupliciter possumus, sc. aut quantum ad similitudinem, aut quantum ad habitudinem : II, 224 *a*.
2. — secundum similitudinem potest intelligi tripliciter, quomodo : *ibid.*
3. — per habitudinem potest etiam intelligi dupliciter, quomodo : *ibid.*
4. — Deo, vindicando injurias, quomodo possit esse bonum, vel malum : II, 226 *a*.
5. Quomodo teneamur conformari voluntati divinæ non solum in volito, sed et in ratione volendi : II, 224 *a*, 225 *a*-226 *a*.
CONFORMITAS. 1. — tria requirit, sc. in natura, in voluntate et in operatione : I, 506 *b*.
2. — alia est univocationis, alia analogiæ et similitudinis : III, 199 *b*-200 *a*.
3. — hominis ad Deum non est per similitudinem, vel æqualitatem, vel univocationem, sed per similem habitudinem ad actum : II, 224 *ab*.
4. — cum voluntate divina affert pacem, lætitiam gaudiumque animæ : VIII, 324 *a*, 328 *a*; XII, 662 *a*; uno verbo, plurima bona spiritualia : VIII, 401 *a*; XI, 566 *b*-567 *a*; XIII, 375 *b*-376 *b*, 591 *b*-594 *a*.
5. Conformitas humanæ voluntatis cum divina

Digitized by Google

debet esse non solum quoad volitum, sed etiam quoad actum, quomodo : II, 225 *b*.
6. Sicut conformitas sufficiens facit voluntatem justam, sic conformitas superexcellens facit eam beatam : II, 226 *a*.
7. — qua similes fimus imagini Filii Dei, consistit vel in remotione a malo, vel in ordine ad bonum per fidem et charitatem : IV, 237 *b*, 614 *b*.
8. Conformitatis ad Deum perfectæ effectus : VIII, 324 *a*, 328 *a*.
Vid. CHRISTUS, n. 797, HOMO, MARIA, VELLE, VOLUNTAS.

CONFRACTIO per peccatum quænam sit : X, 312 *a*.

CONFUSIO. 1. — multiplex, sc. tristitiæ, erubescentiæ et conscientiæ : IX, 241 *a*.
2. — bona, et mala quænam : X, 463 *a*.

CONGRATULATIO. 1. — Christi de ove inventa, et de drachma perdita, quid sit : XI, 6 *a*, 8 *b*.
2. Congratulationis gradus quales : XII, 195 *b*-196 *a*.

CONGREGATIO. 1. — bonorum est triplex, sc. ad studium veritatis, ad exercitium virtutis, et ad præmium felicitatis : X, 294 *b*.
2. — ecclesiastica est vinea, et quomodo : X, 580 *b*.
3. — quadruplex, sc. credentium in mundo, gementium in inferno, fruentium in cœlo, et resurgentium in judicio : XIII, 112 *a*.
4. — religiosa mystice est civitas in quam ingredi jussus est Saulus : XIII, 449 *b*.
Vid. ECCLESIA.

CONGREGATIO rerum injusta fructus est inordinati amoris habendi : VII, 541 *a*, 556 *b*.

CONGRUITAS. 1. — sermonis qualis sit necessaria ad veritatem : I, 98 *a*.
2. — sermonis objectum est grammaticæ : IX, 53 *b*.

CONGRUUM. 1. — præsupponit verum, quomodo : I, 98 *a*.
2. Congrui meritum ; *vid.* MERITUM.

CONJECTURÆ aliquæ assignantur ad cognoscendam charitativam affectionem : VIII, 424 *b*-426 *b*.

CONJUGATI, CONJUGES. 1. — in quo pares sint : VI, 284 *a*.
2. De conjugibus ad fidem ab infidelitate venientibus, quid decernendum quoad cohabitationem : VI, 394 *b*.
3. De conjugatis agitur ex sanctis Patribus : VII, 54 *a*-56 *b*.
4. Alter conjugum jus non habet impediendi martyrium alterius, quare : VI, 287 *a*.
5. — tenentur sub gravi reddere debitum : VI, 279 *a*, 284 *a*-285 *a*, 286 *a*-287 *a*, 294 *a*.
6. Conjux vovens castitatem male vovet absque consensu alterius : VI, 284 *a*-286 *a*, 286 *a*-287 *a*.
7. Non tenetur conjux alteri fornicanti reddere debitum ; si tamen petit, censetur cedere de jure suo, et tunc tenetur etiam reddere : VI, 290 *a*.
8. Antiquitus permittebatur cohabitare simul in matrimonio alter conjugum fidelis cum altero infideli ; nunc autem prohibetur, quare : VI, 393 *a*, 395 *a*-396 *b*.
9. Si alter conjugum convertatur ad fidem, proles ante maturitatem ipsum sequi cogendus est, quare : VI, 394 *ab*.
10. — si veniant ad fidem successive, in quibusnam casibus cogendi sint cohabitare, vel suæ libertati dimitti : VI, 394 *b*-395 *a*.
11. Conjux non potest alii tertio tradere potestatem corporis comparis, quare : VI, 305 *b*-306 *a*.

CONJUGIUM. 1. Conjugii bonum triplex, sc. fides, proles et sacramentum : VII, 428 *b*.
2. — dicitur quasi commune jugum, et mutua potestas : VI, 229 *a*.
3. — quare esse dicatur de minoribus bonis : VI, 209 *b*-210 *a*. Quare ipsi assignetur trigesimus fructus : VII, 56 *a*, 434 *a* ; VIII, 289 *b* ; X, 591 *b* ; XIII, 123 *b*.
4. — in quibus casibus denegetur, et dispensetur : VI, 360 *ab*, 408 *b*.
Vid. ABRAHAM, n. 6, MATRIMONIUM.

CONJUNCTIO respectu proximi, prout in ordine charitatis attenditur, quadruplex habetur, sc. vel ex naturæ conformitate, vel ex familiaritate conversationis, vel ex sanguinis propinquitate sive cum ascendentibus, sive cum descendentibus aut consanguineis : IV, 647 *b*.

CONNOTATUM. Regula de connotatis in propositionibus traditur : II, 12 *ab*, 73 *ab*, 100 *b*.

CONSANGUINITAS. 1. — est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum : VI, 410 *b*-414 *b* ; VII, 431 *b*.
2. Traditur ratio physiologica consanguinitatis : III, 342 *b*-344 *a*.
3. — in quo differat ab affinitate : VI, 423 *a* ; VII, 430 *b*.
4. Consanguinitatis gradus prohibiti in ordine ad matrimonium qui sint, et quare : VI, 410 *ab*, 415 *a*-418 *b* ; VII, 432 *a*.
5. Consanguinitatis tres lineæ assignantur : VI, 409 *b* ; VII, 431 *b*-432 *a*.
6. — non est in brutis ob defectum cognitionis et alligationis : VI, 412 *a*.
7. — non est quid absolutum, sed relativum : VI, 412 *b*.
8. Matrimonium impeditur secundum legem naturalem in primo gradu, secundum legem

Digitized by Google

scriptam etiam in secundo, secundum legem gratiæ usque ad quartum inclusive : VI, 416 *a*-417 *b*.

Vid. COGNATIO, n. 1-2, CONJUNCTIO, GRADUS, LINEA.

CONSCIENTIA. 1. — quid sit : VII, 236 *b*, 355 *b*; VIII, 113 *a*. Ejus analysis etymologica : VIII, 113 *a*.

2. — est lex intellectus dirigens voluntatem ad bonum : III, 531 *b*, 532 *b*-533 *a*; VII, 355 *b*.

3. — utrum sit actus intellectus, an voluntatis : III, 531 *b*-534 *a*.

4. — an et sub quo respectu errare possit : III, 531 *b*; VII, 355 *b*; VIII, 113 *a*.

5. — per synderesim proponit majorem syllogismi, per rationem subsumit minorem, et per se ipsa concludit : VII, 355 *b*; VIII, 113 *a*.

6. Error conscientiæ, si reperitur in conclusione, oriri regulariter non potest nisi ex assumpta minori : III, 531 *b*-534 *a*, 548 *ab*; VII, 355 *b*; VIII, 113 *a*.

7. Aliud conscientia, aliud timor conscientiæ : VII, 356 *a*; VIII, 113 *b*.

8. Contra conscientiam agere semper peccatum est, non vero contra timorem conscientiæ agere : III, 539 *a*; VII, 552 *b*; VIII, 113 *b*.

9. An teneamur ad omne quod dictat conscientia esse necessarium ad salutem : III, 537 *b*-540 *a*; V, 189 *b*-190 *a*, 192 *b*-193 *a*; VII, 355 *ab*.

10. Conscientiæ errores quales, et unde oriantur : III, 536 *b*-537 *a*, 548 *a*; V, 448 *a*; VI, 381 *a*; VII, 355 *b*, 552 *b*-553 *a*; VIII, 113 *a*, *b*-114 *a*.

11. — tripliciter sumitur, sc. pro ipso conscito, vel pro ipsa potentia conscientiæ, vel usitatius pro habitu cognoscentis : III, 532 *b*, 542 *a*.

12. — se tenet ex parte potentiæ cognoscitivæ practicæ : III, 532 *b*-533 *a*.

13. — quænam dicatur vel munda, vel immunda, mundans vel fœdans animam : III, 533 *a*.

14. — non ideo dicitur bona, quod sit in potentia affectiva, sed quia bonum dictat, et ad bonum inclinat : III, 533 *b*, 543 *a*.

15. — est liber in quo legimus quid agendum : III, 532 *a*.

16. — opponitur legi carnis, et quomodo : III, 533 *b*.

17. — non remordet, sed inducit remorsum in voluntate, et quomodo : *ibid. inferius*.

18. Lætitia et pœna in conscientia non est, nisi velut in disponente : III, 533 *b*-534 *a*.

19. — quomodo sit habitus partim innatus, partim acquisitus : III, 536 *b*-537 *a*, 542 *b*.

20. — est lex intellectus nostri, habens tamen supra se legem divinam : III, 539 *a*.

21. Facere secundum conscientiam non semper est bonum : *ibid. superius*.

22. Conscientiæ dictamen aliquando debet postponi præcepto superioris : III, 539 *b*-540 *a*.

23. Conscientiæ puritas dat animæ quamdam certitudinem moralem quod sit in gratia : IV, 579 *a*.

24. — bona aliquando vocatur spes, quia facit expectare præmium : IV, 591 *b*.

25. Peccatum contra conscientiam quid : VII, 355 *b*. Facere contra conscientiam est peccatum mortale : III, 538 *a*; V, 590 *a*; VII, 356 *a*, 552 *b*; VIII, 132 *b*.

26. Facere præter conscientiam est peccatum veniale : V, 590 *a*.

27. Conscientiæ vermis unde oriatur : VI, 619 *ab*. Quare in damnatis sit æternalis : 619 *b*. An sit in hæreticis, in pœnitentibus, et in illis qui agunt ex conscientia erronea : *ibid.*

28. Conscientiæ remorsus unde oriatur : III, 533 *b*; VI, 619 *b*; VII, 126 *ab*; X, 575 *b*-576 *a*. In tribus præcipue acuitur stimulus conscientiæ : XII, 24 *b*.

29. Conscientiæ remorsus dicitur morbus regius, quare : VIII, 327 *a*.

30. Conscientia bona confortari ante communionem, quid sit : V, 627 *a*; XII, 280 *b*.

31. — bona, et mala quænam : IX, 312 *b*.

32. — est domus Dei, et quomodo fiat spelunca latronum : XI, 541 *b*.

33. — quomodo sit lectus Christi : XIII, 85 *b*, 448 *a*.

34. — est vinea Christi : XIII, 118 *a*, 463 *b*.

35. — est ara Dei : XIII, 139 *b*.

36. — qualiter præparanda ad suscipiendum semen Christi : XIII, 109 *ab*.

37. Conscientiæ hilaritas oritur ex gratia Dei : XIII, 103 *a*, 625 *b*.

38. — pura quam Christo chara et angelis : XIII, 236 *b*, 287 *b*.

39. Conscientiæ examen qualiter faciendum, ut inveniatur indulgentia peccatorum : XII, 23 *b*-25 *a*; XIII, 275 *b*.

40. Conscientiæ rugæ quænam sint : XIII, 287 *b*.

41. — bona est epistola Christi sigillo charitatis signata; mala vero est epistola diaboli sigillo obstinationis signata : XIII, 299 *ab*.

42. Conscientiarum liber ab omnibus in judicio legetur : VIII, 332 *b*; XIII, 335 *a*

43. — secura et munda quæ sit : XII, 151 *a*. Significatur per tabulas lapideas, quare : XIII, 21 *b*-22 *a*.

Digitized by Google

44. Conscientiæ secretum non potest nisi a Deo cognosci : II, 456 *ab*. Non potest non videri ab ipso conscio : 457 *a*.
45. — nostra nos accusabit in judicio : II, 456 *b*.
46. — erronea est duplex : VI, 381 *a*.
47. Curia conscientiæ regitur per legem justitiæ, ejusque sententia est reddere bonum pro bono : IX, 515 *a*.
Vid. ANIMA, n. 188, 189, 233, CONFESSIO, n. 30, CONFUSIO, n. 1, COR, EXAMEN, FLETUS, FORUM, RATIO, SYNDERESIS.

CONSECRANDI potestas in quo differat a potestate absolvendi : V, 544 *b*.

CONSECRATIO. 1. — abbatum et ecclesiarum solis episcopis competit : V, 405 *b*.
2. Consecratio episcopi quid ei tribuat : V, 406 *a*.
3. Consecrationis verba quomodo dicantur verba benedictionis : V, 465 *a*.
4. Consecrationis verba, et forma a Christo instituta expenduntur : XI, 179 *ab*.
5. Consecrationis potestas quomodo fuerit a Christo collata : XI, 180 *a*.
6. — altarium et ecclesiarum expenditur litteraliter et mystice : IX, 240 *b*; XIV, 123 *a*-130 *a*, 133 *a*-136 *a*. *Vid.* ALTARE, n. 7-9, 13, ECCLESIA, EPISCOPUS.

CONSENSUS. 1. — duos actus importat, sc. voluntatis et rationis, ad unum aliquid faciendum, unius ut arbitrantis, alterius ut præoptantis : III, 525 *b*.
2. — est nutus voluntatis spontaneus : VII, 236 *b*, 355 *a*.
3. — respicit liberum arbitrium, quatenus comprehendit voluntatem et rationem, ex quarum consensu, tanquam patris et matris familias, pendet tota ratio agendorum in domo animæ : III, 207 *b*, 525 *b*.
4. — complectitur vim irascibilem, concupiscibilem et rationalem : VII, 272 *b*.
5. Ex consensu pendet dispositio et regimen animæ; ex intentione vero, directio et obligatio : III, 525 *b*.
6. Ex consensu quomodo pendeat omne peccatum : III, 181 *a*, *b*, 183 *a*, *b*, 184 *a*, 185 *b*, 187 *a*, *b*-188 *a*; VII, 272 *b*, 277 *b*, 317 *a*, 355 *a*.
7. — duplex considerandus circa peccatum, sc. in delectatione et opere : VII, 524 *a*, 546 *b*.
8. — quisnam sit formalis, et quis interpretativus : III, 178 *ab*.
9. Progressus consensus in peccatum exponitur : III, 188 *a*-189 *b*. Quomodo sit in inferiori, vel etiam in superiori parte rationis : *ibid.*
10. De consensu in bonum, et in malum, multæ auctoritates Patrum exponuntur : VII, 67 *ab*.
11. Item ex S. Scriptura : VIII, 546 *b*-547 *a*.
12. — necessarius ad matrimonium exponitur : VI, 224 *b*, 230 *a*-233 *a*, 234 *a*-235 *b*, 237 *a*-255 *b*; VII, 328 *a*, 329 *ab*.
13. — est causa cur matrimonium fiat, non cur permaneat : VI, 230 *b*.
14. — de futuro est promissio quæ exprimitur nomine sponsalium, nec dicitur proprie matrimonium : VI, 239 *b*, 241 *a*-242 *b*.
15. — sub aliqua conditione quot modis bene, et male possit esse : VI, 241 *b*-242 *a*, 246 *b*-247 *a*, 238 *b*.
16. — tripliciter exprimitur, sc. ore, opere carnali, et quando pars non reclamat, quamvis reclamare possit : VI, 249 *ab*.
17. De consensu extracto per violentiam aut metum agitur egregie, et quot modis possit esse vis et metus cadens in constantem virum : V, 355 *ab*; VI, 250 *a*-251 *b*.
18. Si alter conjugum non consenserit corde, et postea consentiat, tunc absque novo consensu alterius fit sacramentum, licet tutius sit repetere consensum : VI, 253 *a*.
Vid. MATRIMONIUM.

CONSEQUENS, CONSEQUENTIA. 1. Consequens si est contingens, semper tale erit antecedens : II, 72 *b*, 98 *b*.
2. Consequentis et consequentiæ necessitas qualis sit : II, 71 *a*.
3. Fallacia secundum consequens qualis sit : III, 427 *b*; IV, 170 *b*, 465 *b*-466 *a*. *Vid.* ARGUMENTUM, n. 6, FALLACIA.
4. In consequentibus sese invicem, quod vel ambo causantur a tertio, vel alterum est causa alterius, num sit semper verum : II, 69 *ab*.

CONSERVANDI, et essendi, quod idem est principium, verum est in genere causæ, tum formalis, tum efficientis : III, 495 *b*.

CONSERVANS. Quomodo Deus dicatur conservans res : III, 493 *b*-496 *a*.

CONSERVATIO. 1. — est actus Dei qui importat essentiam Dei ipsius, connotando actu effectum temporalem : II, 115 *b*.
2. — creaturæ est a Deo tanquam ab immediato principio, non tamen est ab ipso tanquam a tota causa : III, 495 *a*, *b*.
3. Causa cur res amplius vel minus conserventur, exponitur : III, 495 *b*.
4. — respicit durationem rerum : *ibid.*
5. — appropriatur Spiritui sancto : XI, 255 *b*.
6. — speciei respicit bonum commune, individui vero particulare : XIV, 405 *b*-406 *a*.
7. — continuatio est, non nova productio : I, 182 *b*.

CONSIDERATIO. 1. — actualis fit per receptio-

Digitized by Google

nem speciei, et per judicium; habitualis vero non requirit judicium, sed tantum posse judicare : IV, 318 *b*.
2. — et cognitio sui in quibus sita sit : VII, 98 *b*-99 *a* ; IX, 338 *ab*.
3. Considerationes omnes sunt a Christo, et ad Christum reducuntur : IX, 117 *a*.

CONSILIARII mali capiunt animas hominum : XIII, 348 *a*.

CONSILIUM. 1. — duo importat, sc. cognitionem rei occultæ, et dispositionem firmam : I, 120 *ab*.
2. — stat in requirendo quid sit melius, et implicat notitiam summi boni : XII, 12 *a*.
3. — dicitur vel a consultando, vel a consiliando; sub uno respectu importat ignorantiam, sub altero scientiam : I, 120 *a*; V, 120 *a*.
4. Quomodo Deus dicatur agere consilio : I, 120 *b*.
5. — sumitur tripliciter, sc. vel pro deliberatione de mediis ad finem conducentibus, vel pro persuasione rerum excellentium ad quas non tenemur, vel pro deliberatione de quibusdam arduis : VIII, 193 *b*-194 *a*. Aliter, vel pro actu consiliandi, vel pro eo ad quod terminatur ille actus, vel pro habitu qui dirigit animam ad eligendum prosequenda, et ad fugiendum vitanda : V, 119 *a*.
6. — et prudentia quoad essentiam sunt unum; differunt tamen accidentaliter, quomodo : VIII, 194 *a*.
7. — in quo differat a scientia : VII, 618 *a*; VIII, 194 *a*.
8. — sumitur vel per indagationem, estque proprium hominum; vel per illustrationem, estque angelorum : VI, 509 *b*-510 *a*.
9. Consilii donum quot actus includat : V, 119 *b*. Est habitus a Deo infusus, ex quo secundum consilium Spiritus sancti movemur ad actiones bonas, dirigimurque ad eas recte operandas : VII, 618 *a*; VIII, 194 *a*. Ejus necessitas et utilitates expenduntur : VII, 618 *a*-619 *a*; XII, 437 *a*. Ejus gradus : 622 *a*-627 *a*.
10. — opponitur præcipitationi : V, 118 *a*; VII, 618 *a*.
11. — includit suasionem et dissuasionem : II, 188 *b*.
12. De electione quæ oritur a dono consilii : V, 119 *ab*.
13. Consilia evangelica reducuntur ad tria vota religiosa : VII, 401 *a*. Quomodo spectent ad donum consilii : VII, 619 *a*; VIII, 199 *b*. Sunt de dictamine naturæ in generali : V, 678 *a*. Sunt adjecta in lege evangelica ad legem Mosaicam : VII, 308 *b*.
14. Consiliorum a proprio sensu, et a Deo provenientium, differentia qualis : VII, 619 *a*-620 *a*.
15. Ex consilio proprio oriuntur divisiones, vanitates et alia mala : 619 *b*.
16. Quænam consilia sint a Deo : 619 *b*-620 *a*.
17. De lumine quod a dono consilii oritur animæ : 621 *a*-622 *b*. De convivio spirituali quod eidem præparatur : 622 *b*-627 *a*.
20. De Deo quædam nomina dicuntur æternaliter, quædam temporaliter, quædam pluraliter, quædam singulariter, quædam proprie, quædam appropriate, quædam positive, quædam privative, quædam translative, quædam collective, quædam relative ad se, quædam respective ad creaturas : VIII, 79 *a*.
21. Dei nomina principalia sunt duo, sc. *Bonum* et *Qui est* ; per hocce significatur Dei esse absolutum in se, per illud notatur esse divinum ut causa : VIII, 79 *b*.
22. Omnia nomina quæ dicuntur de Deo, aut sunt essentialia, aut personalia, aut notionalia ; prima sunt vel substantiva, vel adjectiva : VIII, 78 *b*.
23. Nominare Deum per creaturas stat dupliciter, sc. vel per exteriores et inferiores creaturas, vel per interiores affectus et a superiori, sc. per intellectualem contemplationem : VIII, 79 *a*.
24. In Deo substantia exprimitur per neutrum genus, persona per masculinum, et notio per fœmininum : VIII, 79 *b*.
25. De Deo proprie nihil dicitur ob ejus excellentiam : VIII, 79 *a*. Verius cogitatur quam dicitur, et verius est quam cogitatur, quomodo : I, 376 *a*. De Deo quænam credenda, intelligenda et exprimenda : VII, 380 *ab*.
26. *Deus* bonitatem sonat, *Dominus* potestatem : IX, 190 *a* ; XI, 448 *a* ; XIII, 104 *b*.
27. Dei nomen est mirabile, horribile et terribile : IX, 390 *b*. In Scriptura stat multipliciter : IX, 165 *a*.
28. Licet in Deo sit summa simplicitas, tamen non potest exprimi nisi per compositionem : I, 548 *b*.
29. De Deo verificantur nomina in abstracto, quia talia significant essentiam cum impossibilitate permixtionis oppositorum : IX, 4 *a*.
30. Dei nomen quam magnum : X, 240 *a*. Est summæ magnificentiæ, veritatis et pietatis : X, 81 *ab*. Quomodo sanctificetur : X, 517 *ab*. Dei nomen non in vanum quot modis assumatur : XII, 241 *a* ; in vanum vero, quot etiam modis : 241 *b*-242 *a*. In quanta reverentia illud habuerit S. Franciscus : XIV, 329 *a*.
31. Dei Patris, Filii et Spiritus sancti varia nomina : VII, 233 *b*-234 *a*.
32. Dei nominis character est bona vita, diaboli mala : XIII, 317 *b*.
33. Deum esse adeo esse verum, ut oppositum cogitari non possit, quomodo verificetur : I, 149 *ab* ; IX, 79 *a*, 81 *a* ; XII, 16 *b*.
34. Dei existentiæ cognitio homini innata est, sed non ejus essentiæ seu naturæ, quo sensu : I, 149 *b*. Deum esse est propositio per se nota, quomodo : *ibid.*, *et* VIII, 62 *b* ; XII, 16 *b*.
35. Deum esse non solum nos docent Scripturæ, sed et creaturæ quælibet : VII, 250 *a* ; VIII, 62 *a*. Quo sensu dici possit esse de nihilo : I, 109 *a*. Deum esse dupliciter de aliquo dicitur, sc. vel per essentiam, vel per unionem : IV, 282 *b*.
36. Deos plures esse impossibile et inexcogitabile, per rectam rationem probatur : I, 52 *b*-54 *a*. Dici non possunt plures dii, licet sint plures in Deo personæ, quare : 384 *b*.
37. In Deo non cadit proprie præteritum, nec futurum, et nihil habet de possibilitate, vanitate aut non entitate : I, 146 *b*. Non dicitur de ordine universi, sed supra : IV, 23 *b*.
38. — est sphæra intellectualis, cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam : XII, 18 *a*.
39. — est a quo averti est cadere, in quem

Digitized by Google

converti est surgere, in quo manere est consistere : VIII, 394 *a*.

40. Dei excellentia exponitur : VIII, 77 *a*.

41. — quomodo sit definibilis : I, 407 *ab*. Ipsius essentiæ explicatio spectat maxime ad Testamentum Vetus, bonitatis vero ad Novum : XII, 16 *a*. Essentia, seu esse primarium convenit Deo ex seipso ratione principii originantis, secundum seipsum ratione medii exemplantis, et in se ipso ratione termini quietantis : VII, 380 *a*; IX, 19 *b*; XII, 18 *a*. Ejus essentialia explicantur egregie : XII, 17 *a*-18 *a*. Quænam sint Dei propria, appropriata et communia : VII, 253 *b*-254 *b*; XII, 36 *a*-37 *a*. Divinæ essentiæ competit primitas imprincipiabilis, universalitas illimitabilis, et æquitas inobliquabilis : VII, 254 *b*; IX, 4 *a*; XII, 17 *b*. Sublimitas divini esse consistit in emanationibus et attributis : I, 11 *b*. Essentia divina est actus purus, carens omni compositione : I, 157 *b*, 161 *ab*; II, 154 *b*. Essentiæ divinæ simplicitas explicatur : I, 156 *b*-157 *a*, 158 *b*-162 *a*; II, 183 *a*; VIII, 77 *b*. Simplicior Deus est, quia est in omnibus non multiplicatus, quam si esset in uno solo : I, 159 *b*. Quomodo in Deo numerentur personæ, quamvis non numeretur essentia : I, 341 *a*.

42. Dei perfectiones et attributa expenduntur : VIII, 71 *b*-77 *a*; IX, 550 *b*. Sunt conditiones nobilissimæ divini esse : I, 11 *b*. Ad duodecim capita reducuntur : VII, 250 *a*. Imo reducuntur ad tria, sc. ad æternitatem, sapientiam et beatitudinem, et hæc tria ad unum, quæ sapientia est : VII, 250 *a*, 562 *a*, 566 *b*, 577 *b*; X, 83 *b*, 87 *a*, 88 *a*; XII, 36 *ab*. Ex parte effectuum connotant diversitatem : VI, 526 *b*. Dei unitas continet omnia alia attributa : IV, 547 *b*.

43. — cum sit primum principium, habet in summo proprietates entis, quæ sunt unum, verum et bonum : VII, 234 *b*, 254 *a*. Quomodo sit supra omnem materiam, omne materiatum et omne creatum : IX, 206 *b*. Unitas, veritas et bonitas in Deo explicantur, et quid importent : I, 388 *a*-397 *b*; VII, 254 *a*. Unitas verius competit Deo quam creaturis : I, 389 *b*. Bonitas est fundamentum omnium emanationum ad intra et ad extra : XII, 18 *b*-19 *a*. Veritas, immutabilitas et simplicitas sunt ratio sufficiens distinguendi increatum a creato : I, 143 *a*. Veritas, quatenus dicit indivisionem actus et potentiæ, similitudinem puram, et expressionem luminis non permixti obscuritate, est proprietas divinæ essentiæ : I, 146 *b*. In quonam conveniat cum veritate creaturæ : *ibid.*

44. — est immutabilis respectu formæ, loci et temporis : I, 150 *b*-152 *b*; VIII, 75 *b*-76 *b*; IX, 163 *a*, 265 *a*. Nunquam retractat suam sententiam definitivam : IV, 470 *b*. Immutabilitatem non tollit nova actio Dei respectu creaturarum : I, 152 *ab*. Divinum consilium in se est immutabile, mutabilis tamen est effectus : V, 288 *a*. Invariabilitas et immutabilitas omnimoda solius est Dei : I, 154 *ab*.

45. Dei immensitas in quo consistat : II, 39 *a*-41 *a*; VII, 252 *b*, 381 *a*; VIII, 73 *b*-74 *b*; XII, 17 *b*-18 *a*. Deus est in omnibus rebus, et quidem immediate, et omnia sustinet : II, 39 *a*-41 *a*; IV, 48 *b*. Solus est ubique, sed non localiter : II, 39 *a*-42 *a*, 51 *a*-55 *a*. Quare dicatur esse in cœlo, et non in inferno : IX, 161 *ab*, 189 *a*; XII, 694 *b*. Quomodo dici possit Deus fuisse ubique ab æterno : II, 44 *a*-45 *b*. Quidnam importet præsentia Dei ad res : II, 39 *a*-42 *a*, 45 *b*-48 *b*, 137 *b*. Deus est in rebus omnibus æqualiter, præscindendo ab effectibus; inæqualiter vero, si connotentur effectus : 46 *b*. Deus est præsentialiter, potentialiter et essentialiter in omnibus : II, 47 *b*; VII, 252 *b*, 381 *a*; XII, 17 *b*-18 *a*. Est in rebus vel ut conservans, vel ut immutans : II, 341 *a*. Ubique est per essentiam, præsentiam et potentiam, in sanctis per gratiam, in Virgine fuit per conceptionem, in Christo est per unionem, in Patre per identitatem : IX, 293 *a*. Dei præsentialitas ad res non respondet essentialiter operationi, ratione causalitatis aut vestigii, sed substantiæ : II, 48 *b*. Deus non est præcise in loco per operationem : *ibid.*, *et* 39 *b*-45 *b*. Dicitur esse in rebus vel per modum naturæ, vel per modum gratiæ et gloriæ, vel per modum unionis : I, 353 *a*; II, 47 *b*-48 *a*, 53 *b*; III, 271 *a*-273 *a*; V, 458 *b*; VIII, 74 *a*; XI, 273 *a*. Deus proprie in se non admittit aliquid quod sit materiale vel formale : I, 545 *a*.

46. Deus est in se ut alpha et omega, in mundo ut creator et rector, in angelis ut sapor et decor, in electis ut liberator et adjutor, in reprobis ut terror et horror : II, 38 *a*. Deus unitur rebus creatis non per dependentiam aut concomitantiam, sed per præsentiam tantum : II, 55 *b*-56 *b*. Deus est in loco per præsentiam et indistantiam, sed non localiter, neque est localis, neque mutabilis a loco : II, 41 *a*-42 *a*, 51 *a*-55 *a*. Dicitur esse hic vel illic, sc. demonstrative, non vero discretive : 52 *a*; totus hic vel illic, sed non totaliter : *ibid. inferius*. Non est mutabilis secundum locum : 52 *b*-53 *b*. Nec per se, nec per acci-

Digitized by Google

dens a loco moveri potest : 53 *b*. Separatur a loco secundum independentiam quidem, sed non secundum distantiam : 54 *b*. Quo sensu dicatur esse cum sanctis : I, 353 *b* ; vel sedere in beatis : VII, 381 *a*; vel ambulare in sanctis : II, 52 *b*-53 *a* ; VIII, 58 *a* ; vel habitare in nobis : VII, 234 *a*, 381 *a*. Quomodo dicatur modo sedere vel stare, modo descendere vel transire, modo ambulare : VII, 234 *a*, 381 *a* ; VIII, 57 *b*-58 *a* ; IX, 185 *a*, 187 *a*, 197 *a*, 257 *b*, 314 *a*. Movet se sine motu, id est sine variatione : II, 53 *a*. Quomodo sit et non sit in vacuo, vel spatio imaginario : 53 *b*, 55 *a*. Quomodo dicatur esse extra mundum : 54 *b*-55 *a*. Est extra omnia, non exclusus, et intra omnia, non inclusus : 55 *a*. Quomodo sit intra se, an ut in loco : II, 45 *b*-48 *b*. Quo sensu sit in Deo longitudo, latitudo et profunditas : II, 49 *a* ; VI, 71 *b*.

47. De infinitate, incomprehensibilitate, incircumscriptibilitate, æternitate et immutabilitate Dei agitur : II, 147 *b*-157 *b* ; IV, 301 *a*-302 *b* ; VIII, 71 *b*-76 *b*. Durationis Dei mensura est æternitas : VII, 383 *a*. Quænam infinitas excludatur a Deo : I, 55 *b*. 57 *a* ; II, 14 *b*-15 *b*. In Deo verificantur omnia tempora : XI, 468 *a*. Dicitur mobilis active, sc. quia movet omnia : I, 152 *a*. Quomodo Deo et animæ conveniat immortalitas : III, 9 *b*, 57 *a*. Deus non est in genere quolibet determinato, quamvis ipsi conveniant nomina generum : I, 157 *b*, 165 *a*-166 *b*. Unde est sine quantitate magnus, sine qualitate bonus : I, 370 *a*. Excludit a se omnem compositionem, et quare : I, 157 *ab*, *b*-158 *a*, 160 *a*-162 *a* ; IV, 299 *b*-303 *b*. Per se ipsum distinguitur a quolibet alio, non per aliud, ut evenit in creaturis : I, 165 *b*.

48. — dicitur forma, non ut perfectio materiæ, sed ut dicit pure essentiam et omnimodam actualitatem : II, 527 *a*.

49. — est quidquid habet : I, 158 *b*.

50. — necessario beatus est, et necessario vult esse beatus : I, 121 *b*.

51. In Deo sunt perfectiones omnium creaturarum, vel formaliter, vel exemplariter, vel causaliter : I, 152 *a*, 166 *b*, 175 *b*, 339 *a* ; II, 183 *ab*, 184 *b*. In Deo sunt perfectiones omnes formales simpliciter ; perfectiones vero mixtæ cum imperfectione sunt tantum secundum rationem exemplarem, cognoscitivam et causalem : I, 280 *ab*. In Deo est quantitas virtutis, non molis : I, 293 *a*, 295 *a*, 326 *a*, 328 *a*, 394 *b* ; VIII, 71 *b*. Deus cum sit infinitus, nihil ei potest æquari ; cum sit summe simplex, aliquam naturam tertiam cum aliqua creatura non potest participare : II, 633 *b*-634 *a*.

52. Homo de Deo quinque scire debet, sc. ejus potestatem, veritatem, bonitatem, voluntatem et severitatem : XIII, 265 *ab*.

53. Dei potentia, vel virtus est infinita, estque idem quod substantia, et hoc totum ob ejus summam simplicitatem : II, 40 *a*, 147 *b*-157 *b* ; VII, 255 *a*, 381 *b* : VIII, 81 *b*. Dei virtus ob simplicitatem divinam nunquam a substantia elongatur, ob idque in multis est infinitissima, ut in uno : II, 40 *b*. Ideo Deus non potest operari ubi non est, quia est agens infinitum : II, 41 *a*, 131 *a*, 148 *b*-149 *a* ; IV, 161 *b*. Dei potentia activa est absque passione et imperfectione, absque motu et labore : II, 133 *a*, 625 *ab*. Divina potentia est infinita in se, in virtute, in actu et habitu : II, 148 *b*-149 *a*, 150 *b*-152 *b*. Dei potentia ostenditur infinita in producendo de se ipso, de nihilo, et de alio creato : I, 54 *a*. Quænam potentia in Deo admittenda sit, quænam vero ab eo removenda : II, 128 *b*-129 *a*, 131 *b*-138 *a*, 180 *a*-181 *a* ; III, 383 *a*, 645 *b*-646 *a* ; IV, 282 *a*. An possit in omne in quod potest agens creatum, et quomodo : 132 *b*. Quænam possit facere ex iis quæ non potest agens creatum : II, 133 *a*-138 *a*. Dei potentia dicitur esse in Deo respectu aliquorum, a Deo respectu aliorum ; respectu autem eorum quæ simpliciter important imperfectionem, nec in Deo, nec a Deo : II, 128 *b*-129 *a*, 131 *b*-133 *a*, 180 *ab*. Quare non possit facere malum : II, 330 *a*-332 *b* ; III, 645 *b*-646 *a* ; IV, 269 *a* ; VII, 255 *a* ; VIII, 82 *a*. Non potest facere malum, præcipue si sit malum secundum se ; sed bene potest illud ordinare per pœnam : II, 218 *ab*, 332 *a* ; III, 468 *a*. Potentia infinita est solius Dei : II, 129 *b*. Est ei naturalis : 130 *a*-133 *a*.

54. Dei potentia non egreditur a se, nec pendet a passo, nec indiget perfici actu, cum sit suus actus : II, 131 *ab* ; III, 492 *a*. In Deo idem est esse et posse, essentia et potentia : II, 132 *ab*. Annon nihilominus essentia et potentia aliqualiter differant : I, 129 *a*. Deus potest per se et in se quæ sunt perfectionis et potentiæ ; quæ autem sunt imperfectionis, potest per se, non in se, sed in alio ; quæ vero sunt impotentiæ, nec per se potest, nec in se : II, 132 *b*. Omnipotens et omnisciens est, sed non eodem modo respectu effectuum : 133 *a*, 180 *a*-181 *a*. Quomodo scientia excedat in eo potentiam : 81 *ab*, 83 *ab*, 149 *ab*, 156 *a*, *b*. Deus non potest facere ut quod fuit non fuerit, et quare : 135 *a*, 169 *b*-171 *b*. Quænam impossibilia possit facere, et quænam non : 133 *a*-138 *a*. Non potest facere ut duo contradictoria sint simul vera : V, 522 *b*. Non potest facere propositionem falsam ;

Digitized by Google

sed potest facere illud, quo posito propositio erit falsa : III, 505 *a*. Potest omne, quod posse est potentiæ, non vero quod est impotentiæ, ut peccatum : II, 180 *b*; III, 137 *a*. Dei potentia est respectu tum faciendorum, tum non faciendorum : II, 4 *a*. Potest facere omne quod rationabiliter potest cogitari aut dici : 137 *a*. Non potest facere quod est contra ordinem generalem, bene vero quod est contra ordinem specialem : 137 *b*-138 *a*. In Deo quænam potentia activa recognoscenda respectu creaturarum : II, 138 *a*-141 *b*; V, 509 *a*. Potentia passiva a Deo removenda est : II, 139 *b*. Non posse Deum nisi quod justum est, in quo sensu sit verum : 145 *a*, *b*, 156 *b*. Deum posse per potentiam, sed non per justitiam, punire justum, quomodo sit verum : 145 *ab*. An possit salvare injustum : 146 *b*-147 *a*, 156 *b*-157 *a*. Quomodo possit dispensare in jure naturali : VI, 305 *a*, 306 *a*.

55. — in quo sensu catholico dicatur debitor noster : II, 145 *b*.

56. Dei potentia quali infinitate dicatur infinita : II, 151 *b*-152 *a*, *b*. Deus cum sit infinitus, quomodo a beatis comprehendatur : 152 *b*. Dei potentia non potest producere infinitum actu, quare : I, 54 *a*; II, 153 *a*-156 *a*. Deus potest facere infinitum in potentia, quomodo : II, 154 *ab*. Non potest facere multitudinem infinitam, quare : 154 *b*. Dei potentia est infinita æternitatis duratione, virtutis immensitate, et effectuum generalitate : 155 *a*. Deus reducit ad actum possibile secundum potentiam finitam, non vero possibile a potentia infinita : 155 *b*.

57. De Dei actionibus : I, 130 *a*-135 *b*, 152 *b*, 195 *b*, 259 *a*-261 *b*; II, 40 *b*-41 *a*, 115 *ab*, 131 *b*-133 *a*, 165 *ab*, 177 *b*-188 *b*, 250 *b*-251 *a*; III, 376 *b*-377 *a*, 491 *b*-493 *b*, 498 *b*-500 *b*; VII, 258 *a*-259 *a*.

58. — etsi nihil produceret, nihilo minus esset perfectissimum agens : II, 155 *a*. Non potest reducere ad actum potentiam continui : 155 *b*-156 *a*. Dei potentia quomodo se extendat ad infinita : 156 *b*, 157 *a*. Dei bonitas et sapientia est in eo ratio operandi : 157 *b*. In quo sensu Deus possit facere plura, quam velit : 146 *b*, 157 *b*.

59. Dei Trinitas cum unitate explicatur : XIII, 321 *b*-323 *b*. In Deo paternitas quid importet : I, 371 *b*, 417 *b*, 434 *a*-437 *a*, 455 *a*-456 *a*, 463 *a*-464 *b*, 498 *b*; VII, 253 *b*, 254 *a*. Item primitas : IX, 3 *b*. Deus potentiam suam infinitam manifestat per productionem Verbi : II, 155 *ab*.

60. An melius fuisset facere hominem impeccabilem : II, 160 *a*. An potuerit facere meliorem et perfectiorem, sive Christum, sive beatam Virginem : 160 *b*-161 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 112, 151, 162-164, 202-203, INCARNATIO, MARIA.

61. — quomodo potuerit facere mundum meliorem et perfectiorem : II, 161 *b*-169 *a*. Nunquam complet totaliter potentiam obedientialem creaturæ : 163 *b*. Cum sit agens voluntarium, non producit ex tota sua potentia : 154 *b*-155 *a*, 165 *ab*. *Vid.* AGENS, n. 13. Cum sit summum bonum voluntarium, diffundit se sicut sibi placet : 165 *b*.

62. Deus in creatione rerum manifestavit summam potentiam; in ordinatione rerum ad invicem, summam sapientiam; in ordinatione rerum ad finem, summam bonitatem : II, 166 *b*, 530 *b*-531 *a*. Dei potentia in productione rerum ostenditur, sapientia in gubernatione, clementia in reparatione, et justitia in retributione : VII, 330 *a*-341 *b*. Non potuit facere mundum ab æterno : II, 167 *a*-169 *a*. Deus nullius rei est causa per accidens : I, 214 *b*. An quod semel potest, semper possit : II, 169 *b*, 171 *b*. Dei potentia quomodo sit prior et posterior scientia : 4 *ab*. Deus est causa universalis, et particularis aliqualiter, non omnimode, et quomodo : 10 *b*. Potest absolute facere ut angelus, movendo se, non transeat per medium, licet de potentia ordinaria id non faciat : 58 *ab*.

63. Dei potentia, sapientia et voluntas quomodo sint æquales inter se, et inæquales : II, 4 *ab*, 181 *b*, 187 *a*.

64. — dicitur omnipotens, sed non dicitur omnivolens, quare : II, 132 *a*. Dei potentia respectu generationis an sit in Patre et in aliis personis : I, 127 *a*, 128 *a*, 129 *b*, 130 *a*-132 *b*, 346 *a*, *b*-347 *b*. Potentia in divinis dicit habitudinem et originem : I, 132 *a*. Non posse communicari Filio a Patre potentiam generandi, dicit perfectionem; id vero posse in creaturis, importat cum perfectione imperfectionem : 135 *b*. Potentia generandi, et creandi, in Deo qualiter differant : 135 *b*-136 *b*.

65. Potentia Dei alia est ordinaria, alia absoluta : II, 396 *ab*; VIII, 81 *b*. Deus, producendo res, totam suam potentiam exerit, sed non totaliter : II, 289 *a*.

66. Deum non posse dare majus, quomodo intelligi debeat : IV, 282 *a*. Dei potentia respectu incarnationis expenditur multipliciter : IV, 1 *a*-31 *b*. Deus plus potest facere, quam nos dicere vel cogitare : IV, 8 *a*, 14 *b*. An Deus potuerit redimere hominem aliis modis : 438 *b*-439 *b*. Deus solus potest dimittere peccata : V, 358 *b*. Quænam sint præcepta de quibus Deus non potest dispensare, et quare non possit de iis : VI, 386 *a*. Dei potentia consistit in altitudine et fortitu-

Digitized by Google

dine : IX, 180 *b*. Laudatur in dejectione superborum dæmonum et tyrannorum : X, 241 *a*. Dei potentia, sapientia et misericordia expenduntur : XIII, 104 *b*-105 *b*, 107 *b*-108 *a*. Deus non potest peccare : VII, 271 *a*. De Dei potentia circa miracula afferuntur auctoritates ex Scriptura : VIII, 487 *a*-491 *a*.

67. Dei cognitio potest considerari vel in se, vel in ordine ad creaturas : II, 4 *b*-5 *a*. Si est mere speculativa, dicitur scientia; sapientia autem, si affectionem adjunctam habet : *ibid.* Sapientia sic intellecta vocatur etiam cognitio per approbationem, seu beneplacitum : II, 21 *ab*, 82 *b*, 84 *a*. Si est eorum quæ fiunt in mundo, dicitur visio; si eorum quæ bene fiunt, dicitur approbatio : VII, 234 *b*, 255 *b*, 382 *a*; VIII, 83 *a*. Dei cognitio in ordine ad creaturas, si est eventuum futurorum, est præscientia; si est effectuum in gubernando, est providentia; si est bonorum naturæ, est dispositio; si de bonis gratiæ, est prædestinatio; si de eorum privatione vel abusu, est reprobatio : II, 4 *b*, 6 *a*, 21 *b*, 81 *b*-84 *b*; VII, 234 *b*, 255 *b*, 382 *a*; VIII, 83 *a*. Cognitio rerum in esse naturali, non minus quam rerum in esse possibili, necessaria Deo : I, 446 *b*. Quomodo omnia sint præsentia Deo absque successione, non sic vero in creatura : II, 6 *a*, 87 *b*-89 *b*, 122 *b*-123 *a*. Non ponitur memoria in Deo, quare : *ibid.* In Deo ratio cognoscendi non est ratio causæ, seu productionis virtus : II, 7 *b*, 67 *b*. In Deo ratio cognoscendi est ipsa veritas, cognitum est similitudo veritatis; in nobis autem fit e converso : 7 *b*, 80 *b*, 82 *b*. Qualiter ideæ sint regulæ dirigentes intellectum divinum in cognitione : 8 *b*. Qualem similitudinem importent ideæ in mente Dei : *ibid.* Ideæ in Deo sunt plures ratione connotatorum, et prout important relationem rationis ad res; prout vero sumuntur per id quod sunt, sunt unum et idem cum divina essentia : II, 8 *b*-16 *b*; VII, 256 *b*; VIII, 80 *ab*. Deus quo sensu dici possit, quod cognoscat res creatas aliter ac erant antequam crearentur, et quomodo cognoscat res in proprio genere differenter ab angelo : II, 65 *a*.

68. Dei præscientia quomodo importet quid æternum essentiamque Dei, et connotet respectum temporalem : II, 65 *b*, 79 *b*, 97 *b*-106 *b*, 115 *b*. Dei cognitio simplex, et cognitio beplaciti, quomodo differant ab invicem : 66 *a*. Dei præscientia in quo sensu sit causa rerum, et quomodo non sit talis respectu mali : II, 67 *b*; VIII, 83 *b*-85 *a*. Præscientia Dei non est causata a rebus præscitis, quamvis sint causa illativa præscientiæ, et secundum modum dicendi : II, 69 *ab*, 99 *a*. Dei præscientia est respectu omnis veri, quare : 69 *b*. Non imponit necessitatem rebus, quare : II, 71 *a*, 72 *a*-75 *b*; VIII, 84 *a*-85 *a*. Quænam necessitas insit rebus ex Dei præscientia : II, 71 *a*, 99 *a*, 146 *a*; VIII, 83 *b*. Unde oriatur infallibilitas præscientiæ divinæ : II, 73 *a*-74 *a*, 99 *a*. Res a Deo prævisa potest esse aliter in sensu diviso, sed non in sensu composito : 71 *b*. Præscientia divina potest esse plurium, quam sit : 83 *b*-84 *b*. Præscientia divina ex parte cognitionis importat necessitatem, ex parte vero rei contingentis prævisæ importat contingentiam : II, 73 *a*-74 *a*; IV, 519 *a*-520 *a*. Actus credulitatis, vel prophetationis, vel divinæ assertionis, per hoc quod currunt secundum illustrationem divinæ præscientiæ, sunt infallibiles independenter ab eventu : II, 74 *a*. Divina præscientia respectu contingentium quomodo sit immutabilium rerum, nec tamen necessariarum : 74 *b*. Quomodo cesset præscientia ratione connotati, quando res sunt in actu : 115 *ab*. Dei præscientia comprehendit omne verum, ac proinde etiam mala quæ fiunt in mundo : 203 *a*-205 *a*. Quomodo sit infallibilis etiam de contingentibus volitionibus et actionibus : 98 *b*-99 *a*, 214 *b*.

69. In divina scientia sunt omnia scibilia, in essentia vero sunt divina attributa : II, 78 *a*. Quomodo dicatur Deus scientiarum : XII, 291 *b*; XIII, 105 *a*. Scientia Dei alia est intelligentiæ, alia visionis : II, 4 *b*-5 *a*, 78 *a*; VII, 382 *a*. Omnis scientia in Deo est comprehensiva : IV, 516 *b*. Alia est puræ notitiæ, alia approbationis, sc. cum judicio intellectus; vel beneplaciti, sc. cum actu voluntatis : II, 21 *b*; VII, 382 *a*. An, et qualiter dici possit de Deo, quod incipit scire : II, 115 *b*. Scientia Dei quomodo differat ab ea quæ est in Christo secundum humanam naturam, vel in angelo, vel in homine : II, 80 *b*-81 *a*; IV, 516 *ab*; VIII, 83 *a*. Deus cognoscit aliud non per ipsum aliud, sed per seipsum; creatura vero cognoscit per aliud : II, 78 *ab*, 80 *b*, 81 *b*-83 *b*, 85 *a*-86 *a*. Deus, quia producit res ordinate et voluntarie, debet eas præcognoscere, et hoc per ipsarum existentiam, non in proprio genere, sed in exemplari : II, 6 *b*-16 *b*, 80 *b*-82 *a*; IX, 62 *b*, 86 *a*-88 *b*. Cognoscit notitia simplici omnia tum bona, tum mala; notitia vero approbationis bona et bonos, sed non mala, nec malos : II, 81 *b*-83 *b*; VII, 382 *a*; IX, 420 *b*. Dei cognitio respectu contingentiam est certa, quia non est ab extra, sicut in nobis : II, 83 *a*, 87 *b*, 416 *b*; VII, 256 *b*. Cognoscit

Digitized by Google

mala per rectitudinem suam, non vero per exemplaria ipsorum malorum, cum malum nihil aliud sit quam privatio : I, 120 *a*; II, 21 *a*, 27 *b*-30 *b*, 67 *b*, 68 *a*, 205 *a*; VIII, 83 *b*. Quomodo dicatur non nosse malos : II, 82 *b*. Quo sensu scientia Dei respectu cognitorum possit augeri : 84 *a*. Deus eadem cognitione cognoscit se, et alia a se : 85 *b*, 86 *a*-87 *b*, 122 *ab*. Quomodo cognoscat simul duo contradictoria : II, 89 *b*. Cognoscendo se, cognoscit omnia, quia est omnium causa exemplaris; sed diligendo se non vult aut diligit omnia, quia voluntas est causa actualis : 175 *ab*, 181 *a*. Deus est omnisciens et omnipotens, sed dici non debet omnivolens : 180 *a*. Cognitioni Dei activæ respondet cognosci Deum a seipso passive, quod non est aliud realiter, sed secundum modum tantum : 95 *b*. Deus multa cognoscit quæ sunt in ipso, sed non ex ipso, nec per ipsum : 21 *a*. Quomodo cognoscat per modum complexionis et compositionis : 122 *a*. Dei scire per simplicem apprehensionem, et scire per assensum, quomodo differant : 123 *b*-125 *b*. Quomodo dici possit non cognoscere omnia enuntiabilia : 124 *ab*. Dei cognitio an sit dicenda universalis, an vero particularis : 10 *b*.

Vid. APPROBATIO, n. 1, 2, COGNITIO, n. 28-29, 31, 37-40, 77, CREATURA, n. 18, 31-37, 46, IDEA.

70. Deus scit adversa quæ sustinemus, necessaria quibus indigemus, merita quæ habemus, tempora quæ timemus, stipendia quæ recipiemus : XIII, 265 *b*-266 *a*.

71. Dei sapientia quare dicatur aliquando lux, aliquando speculum, vel exemplar, vel liber vitæ : VII, 255 *a*. Quare dicatur mulier : X, 7 *a*. Quare sit essentialis, et præcedat generationem : I, 448 *b*. Sapientia in divinis quomodo dici possit nata : I, 456 *b*. Dei sapientia, potentia et misericordia exaltantur in deputatione angelorum ad nostram custodiam : II, 507 *ab*.

72. Dei cognitio non connotat effectum in creatura, sicut dilectio : V, 36 *b*. Deus videt omnes notitia generali, bonos in gratia spirituali, malos in ira judiciali, beatos in gloria æternali : XIII, 247 *a*-248 *b*.

73. Dei sapientia et justitia quomodo differant, et quid connotent : VI, 526 *b*-527 *a*. Dei sapientia connotat ordinem, at non effectum in creatura, sicut connotat misericordia : VI, 530 *b*.

74. Dei sapientia quomodo per cognitionem numerorum possit investigari : XII, 9 *a*-10 *b*.

75. Dei sapientia, bonitas et potentia licet in Deo sint unum et idem, tamen interest aliqua distinctio, et quomodo : I, 367 *b*-368 *a*, 369 *a*, 371 *b*. Quomodo differant, et summum bonum constituant : 543 *b*.

76. Magnitudo in Deo, et bonitas significant divinam essentiam per modum quantitatis et qualitatis : I, 157 *ab*.

77. Voluntas in Deo recognoscenda est, tum ob summam Dei potestatem, tum ob summam ejus felicitatem, æquitatem et liberalitatem : II, 178 *ab*; VIII, 85 *b*. Voluntas in Deo est per omnimodam indifferentiam seu indistantiam substantiæ, virtutis, actus et finis : II, 178 *b*. Velle Dei duo importat, sc. actum divinum, et ordinationem effectus ad illum actum; illud æternum est, hoc vero temporale : 78 *b*. Voluntas Dei non est melior si se extendat ad plura, quam si sit ad pauciora, quare : 181 *b*. Quomodo sit causa rerum, modo conjungat effectivum, sc. bonitatem cum fine : 183 *ab*. Est immediata causa rerum, cum sit causa prima, universalissima et actualissima : II, 185 *a*. Voluntas, licet in Deo sit idem cum essentia, tamen distinguitur secundum modum significandi, et quomodo : 183 *a*. Voluntas Dei in causatione rerum quomodo se habeat ad potentiam et sapientiam : 183 *b*-184 *a*. Velle Dei est posse, unde nobilius est ipsi agere per voluntatem, quam per naturam : 184 *a*.

78. Cognita perfecte voluntate Dei, nihil aliud desiderandum est : II, 185 *b*. Deum habens, habet omne bonum : VI, 507 *b*; X, 511 *b*, 559 *a*, 562 *a*. Ubi non est, deficit omne bonum : VII, 649 *a*; XI, 447 *a*, 554 *b*, 557 *a*; XII, 695 *ab*.

79. Voluntas Dei est una in Deo, sed multiplex quoad connotata, ut, v. g., alia est signi, alia beneplaciti : II, 182 *a*-188 *b*; III, 454 *a*; V, 5 *a*; VII, 257 *a*. Item alia est antecedens, seu conditionata; alia consequens, sive absoluta : I, 121 *b*; II, 104 *a*-105 *b*, 117 *b*, 198 *ab*, 210 *b*, 213 *b*, 396 *a*; V, 5 *a*. Signa divinæ voluntatis quomodo sint voluntaria et naturalia : II, 187 *ab*. Voluntatis divinæ signa reducuntur ad quinque : II, 187 *b*-188 *b*; VII, 257 *a*, *b*, 382 *b*. Voluntas beneplaciti in Deo connotat ordinationem rei ad eventum, et omnium ad salutem : II, 188 *b*; VII, 257 *b*. Voluntas Dei respectu mali se habet per modum detestantis; per modum vero approbantis est respectu boni ex malo eliciti : II, 188 *b*, 194 *b*.

80. Deus vult omnes homines salvos fieri voluntate antecedente : II, 197 *b*-198 *b*, 393 *a*. Voluntas, respectu voliti, vel consideratur ut in ratione approbantis, vel ut in ratione producentis; hæcque, si est principium distinctum a natura, dicitur in Deo antece-

Digitized by Google

dens, tanquam præcedens effectum causalitate et duratione; dicitur etiam antecedens in creatura, in quantum per eam de non volente fit volens : I, 122 *b*-123 *a*. Voluntas in Deo, prout est principium producens non distinctum a natura, si ipsa est principium cum communicante natura, sic est processio Spiritus sancti; si vero natura est principium cum communicatione voluntatis, sic est generatio Filii : I, 123 *a*, 188 *b*-189 *a*. Voluntas Dei si consideretur ut ratio volendi, sic procedit Spiritus sanctus; si vero in ordine ad volitum, sic procedunt creaturæ : I, 187 *b*-189 *b*. Prior processus est intrinsecus, posterior extrinsecus, seu per modum artis : 189 *a*. Voluntas Dei antecedens connotat antecedenter ordinationem hominum ad salutem, tum ex parte naturæ datæ, tum gratiæ oblatæ : II, 198 *ab*. Hinc non connotat salutem, sed ordinationem ad salutem : II, 198 *b*; IV, 378 *a*. Voluntas vero consequens connotat salutem ipsam : II, 198 *b*, 393 *a*. Voluntas antecedens non importat velleitatem in Deo, sed tantum ratione connotati : 198 *b*-199 *a*. Quomodo semper impleatur : 198 *b*. Dei voluntas quo sensu dicatur rationalis : 128 *b*, 146 *a*. Deus non vult, nec potest velle malum, nec ratione sui, nec ratione boni ex malo provenientis; sed tantum permittit : 199 *a*-202 *b*. Deus volens aliquod, cui inseparabiliter est annexum malum, quomodo possit velle unum cum displicentia alterius : 200 *b*. Deus quomodo ordinet malum ad bonum : II, 107 *a*-110 *b*, 194 *b*; IV, 437 *ab*; V, 582 *a*. Permissio peccati in Deo respicit præsens tantum, quando homo peccat : II, 215 *a*, *b*. Deus permittit mala, tum ob ordinem universi, tum ob ordinem finis, tum in gloriam electorum, tum in laudem suam : 216 *a*-217 *b*. Non potest præcipere id quod malum est secundum se, bene autem id quod malum est tantum in se : 218 *ab*. Quomodo permittat obdurationem in peccato, et eam ordinet ad pœnam : 107 *a*-110 *b*. Dei voluntas antecedens cassari potest, non vero consequens : 213 *ab*. Dei voluntas consequens importat necessitatem consequentiæ, non vero consequentis; voluntas autem antecedens nullam importat necessitatem : 213 *b*. Voluntas beneplaciti Dei non potest impediri : 213 *b*-214 *a*. Effectus voluntatis Dei, quantumvis necessariæ, est contingens, si Deus velit rem contingenter evenire : 213 *b*. *Vid.* CONTINGENS, n. 1, 4, 6-7, CONTINGENTIA, n, 4.

81. Voluntas Dei non arctat potentiam in possendo, sed arctat in agendo, quia non agit nisi quantum vult : II, 214 *a*. Non potest frustrari divina voluntas a causa secunda, quia semper connotat efficientiam causæ secundæ : *ibid. superius*. Contra voluntatem absolutam signi nihil fieri potest, bene autem contra voluntatem antecedentem seu conditionatam : 215 *ab*. Dei voluntas non tollit libertatem hominis, cum Deus ipse velit ut homo sit liber in actibus suis : 215 *b*. Dei voluntas permittens mala dicitur multipliciter, v. g., si non cohibeat, vel si non puniat temporaliter, vel si non prohibeat, vel si minus bonum indulgeat : 216 *a*. *Vid.* PERMISSIO. Ad duplicem voluntatem, scilicet antecedentem et consequentem, consequitur in Deo duplex dilectio : 104 *b*.

82. Dei libertas, et libertas hominis conveniunt analogice : III, 216 *b*, 219 *b*, 220 *a*. Deus vult libere quod vult, licet possit etiam id velle necessario sine imperfectione : 219 *b*. Deum necessario, simul et consonanter voluntati agere, importat perfectionem : I, 121 *b*. — Nunquam retractat sententiam suam definitivam : IV, 470 *b*.

Vid. ARBITRIUM, n. 16, 29, 42, 44, BONITAS, n. 1-7, CONFORMARI, n. 4-5, CONFORMITAS, n. 3-8.

83. De unitate naturæ divinæ, et trinitate personarum agitur : I, 49 *a*-552 *b*; VII, 232 *b*-234 *a*, 249 *a*-254 *b*, 380 *a*-382 *b*; VIII, 62 *b*-71 *a*; IX, 81 *a*-82 *a*, 83 *a*-86 *a*.

84. Quid addat persona ad essentiam : I, 544 *a*-549 *b*. Quomodo personæ, quamvis identificentur cum essentia, non sint idem inter se : 547 *ab*. Differunt ab invicem re, et ab essentia ratione, seu attributione : 111 *a*. In divinis personis ponuntur hæc duo, pluralitas respectuum, et distinctio modorum essendi ab alio, et non ab alio : IV, 120 *b*.

85. Duplex modus emanandi perfectus, sc. vel per modum naturæ, vel per modum voluntatis; hinc generatio Filii, et processio Spiritus sancti : I, 57 *a*-59 *b*; VII, 250 *a*-251 *a*, 380 *a*; VIII, 66 *a*. Pluralitas personarum probatur ex summa beatitudine, perfectione, simplicitate et primitate : I, 54 *a*-55 *b*. Ex sancta Scriptura habetur octo modis : I, 51 *b*; VIII, 69 *ab*. Probatur etiam ex triplici proprietate existente in creaturis : I, 64 *a*; VIII, 69 *b*. Pluralitas personarum non repugnat simplicitati : I, 55 *b*. Tres personæ tantum sunt admittendæ in divinis, quod probatur ex summa simplicitate, fœcunditate, beatitudine et perfectione, et ex combinatione numeri ternarii : I, 55 *b*-59 *b*, 188 *b*-191 *b*. Multiplicatio numeralis infinita repugnat perfectioni Dei : I, 56 *b*. Quare Deo non competat productio per artem, sed tantum

Digitized by Google

per naturam et voluntatem, et quomodo differant isti modi : 59 *b*.

86. In Patre primitas, seu innascibilitas est fontalis plenitudo omnium emanationum : I, 55 *a*. Quomodo dicatur Antiquus dierum : I, 9 *b*. Divinæ emanationes recte explicantur similitudine fluvii ob perennitatem, extensionem, motum et emundationem : 9 *a*-10 *b*. Divina unitas cum personarum pluralitate explicatur aliqualiter per imaginem et similitudinem Dei existentem in anima rationali : 50 *b*-51 *a*, 76 *b*-88 *b*. Ex triplici habitudine creaturarum potest argui aliqualiter trinitas in unitate divina, sc. ex materia, forma et compositione ; item ex numero, pondere et mensura ; item ex substantia, virtute et operatione ; item ex modo, specie et ordine ; item ex unitate, veritate et bonitate : 63 *b*-64 *b*. Absque habitu tamen fidei non potest certo cognosci, cum nihil perfecte simile possit reperiri in creaturis : 72 *b*.

87. Divinæ relationes explicantur : VIII, 65 *b*, 78 *a*, 81 *ab*.

88. De emanationibus divinis per intellectum et voluntatem agitur : VII, 233 *b*.

89. Deus de Deo quomodo importet duas personas : I, 91 *a*, 114 *a*.

90. De nomine processionis agitur : I, 221 *b*-223 *a*, 224 *b*-225 *a*. Alia est univoca, alia æquivoca : II, 38 *b*. Magis proprie convenit spirationi : I, 224 *b*-225 *a*.

91. De generatione Filii Patre : I, 91 *b*, 93 *a*, *b*, 94 *a*-97 *a*, 105 *b*-107 *a*, 108 *a*, 109 *b*-112 *b*, 129 *ab*, 130 *a*-136 *b*, 175 *b*-180 *b*, 214 *b*-216 *b*, 223 *a*-227 *b* ; VII, 250 *b* ; VIII, 63 *b*-64 *a*. Dupliciter potest significari, sc. ut dicit sive emanationem ipsam, sive modum emanandi superaddita expressione ; priori modo per verbum generandi, posteriori vero per verbum dicendi significatur : I, 517 *b*. Omnis emanatio in divinis vel dicit generationem, vel ad generationem consequitur ; generatio autem dicit primam emanationem, et ob id supponit innascibilitatem et fontalem plenitudinem : 463 *a*-464 *b*. In quo differant generare, facere et concipere : IV, 92 *b*-93 *a* ; V, 565 *a* ; item generare et creare : I, 135 *b*-137 *b*.

92. Deus semel locutus est, id est, genuit Verbum : XI, 530 *b*-531 *a*. Generatio Filii necessario ponenda est in divinis : I, 120 *b*-122 *a*, 175 *b*-177 *a*, 523 *b*. Filius habet perfectam conformitatem, coæternitatem et æqualitatem cum generante : 173 *b*-174 *a*, 221 *a*. Generare est actio personalis, quæ dicit relationem, et importat distinctionem, unde essentiæ proprie non competit : 109 *b*-112 *b*. Filius quomodo generetur de substantia Patris : 112 *b*-114 *a*. Non potest bene dici quod substantia generetur, bene autem persona, quare : 114 *a*-115 *b*. Potest tamen dici quod essentia per generationem communicatur, quia per generationem fit ut sit una in pluribus : 115 *b*-117 *b*. Generatio Filii est per modum naturæ et exemplantis, non vero exemplati, sicut procedunt creaturæ : 123 *b*-125 *b*. Ad illam tamen concurrit voluntas per complacentiam, et quomodo : 122 *b*-123 *a*. Generatio in divinis quomodo differat ab illa quæ est in creatis : 115 *a*, 175 *b*, 176 *b*-177 *a*. Generandi potentia qualiter sit in tribus personis, et propria tantum Patris : 127 *b*-128 *a*, 130 *a*-135 *b*. Potentia in divinis respectu generationis dicit ad aliquid, sc. habitudinem originalis principii ad principiatum : 131 *b*. Potentia generandi est quid essentiale personaliter dictum : 132 *b*. Potentiam generandi non communicat Pater Filio, quia non potest, nec debet : 132 *b*-134 *a*. Posse generare, et posse creare, in Deo quomodo differant : I, 135 *b*-137 *b* ; II, 255 *b*. Generationis divinæ perfectio exponitur : I, 175 *b*-177 *a*. Generatio de sui ratione non dicit initium, nec mutationem, nisi ob imperfectionem, sed tantum productionem similis in natura, seu emanationem ab ente : I, 178 *ab*, 180 *a*. Generatio in divinis facit distinctionem, non rationis tantum, nec realem quoad essentiam, sed realem quantum ad personam : 177 *a*-179 *a*, 418 *b*. Pater communicat Filio totum quod habet præter generationem, et generationis distinctionem : 178 *b*. Æternitas et permanentia generationis divinæ explicatur : 180 *b*-182 *b*. Generatio Verbi divini repræsentatur per multiplicem generationem quæ est in creatis, exclusa imperfectione : I, 221 *a* ; IX, 83 *b*-86 *a*. Generatio dici etiam potest processio, quare : I, 222 *b*. Generatio et spiratio in hoc differunt, quod illa est emanatio per modum perfectæ assimilationis, et ob id respicit unum principium ; hæc vero locum habet per modum connexionis, et ob id respicit duplex principium : 226 *a*-227 *a*. Generare, et esse patrem, quomodo sint idem, et differant : 433 *b*. Generare, de sui ratione, importat emanationem ; et esse patrem, habitudinem : *ibid.* Hinc, secundum rationem intelligendi, generatio est ratio paternitatis in Patre, non e converso : I, 434 *b*-435 *a*. Cum generatio dicat primam emanationem, supponit innascibilitatem : 463 *a*-464 *b*. Per quid proprie constituatur : 435 *a*, *b*, 461 *b*-463 *a*. Generatio activa in

Digitized by Google

Patre non acquiritur per actum, sed inest per actum : I, 435 *a*. Hinc constituitur in esse Patris per paternitatem : 462 *a*. Generatio est ratio dicendi paternitatem in Patre : I, 434 *b*. Pater generat per innascibilitatem, et spirat per improcessibilitatem : 435 *ab*. Innascibilitas, sicut et improcessibilitas, non est pura privatio in Patre, sed est perfecta positio, quomodo : 435 *b*, 459 *b*. Quænam notiones sint in Patre, et qualiter differant a paternitate : I, 457 *a*-464 *b*; VII, 250 *b*.

93. Pater in divinis quomodo referatur ad Filium : I, 422 *a*. Pater non est eo substantia, quo Pater : 441 *ab*, 528 *b*. Alio est Pater, alio Deus, non secundum rem, sed secundum rationem significandi et se habendi : 337 *a*, 533 *a*, 542 *b*-543 *a*. Patrem esse, quomodo sit proprium Patris : 431 *b*. Ejus appropriata sunt unitas, æternitas, omnipotentia, et ratio principiandi : VII, 381 *b*. Pater in quo sensu dici possit principium totius divinitatis : I, 257 *b*, 467 *b*. Item principium sine principio : 467 *b*-468 *a*. Pater potest nominari vel respectu actus substantialis, et sic convenit tribus personis, vel respectu actus personalis, et tunc est proprium primæ personæ : I, 472 *a*; IV, 91 *b*, 225 *b*-226 *a*, 237 *b*-239 *b*. Pater æquivoce dicitur Deus respectu nostri : I, 472 *a*; X, 515 *b*-516 *a*. Pater et Filius important relationem ut exercitam, sc. distinguentem et constituentem : 494 *b*. Quomodo Pater et Filius seipsis referantur : 421 *b*-422 *a*. Auctoritas, prout dicit causalitatem, non est in Patre respectu Filii, sed solum prout dicit processionem : 174 *b*-175 *a*. Pater dici potest auctor generationis et personarum, quare : 220 *a*. Dici potest major Filio, minime vero sapientior, quare : 265 *ab*. Quare non communicet Filio innascibilitatem, sicut communicat improcessibilitatem : 464 *b*. Pater et Ingenitus quomodo differant : 457 *a*-464 *a*. Quare dici non possit sapiens sapientia genita : 171 *b*. Pater includit illum qui est pater, et illud quo est pater; ideo prædicari potest de seipso : 431 *b*. In Deo paternitas non est communicabilis, quia habet innascibilitatem sibi adjunctam : 437 *a*. Persona Patris quomodo abstracta paternitate possit intelligi : 436 *b*. Principium, dictum de Patre, stat pro paternitate et spiratione : 467 *b*-468 *a*. Principium quomodo active dicatur de tribus simul personis, passive vero de Filio et Spiritu sancto tantum : 467 *b*-477 *b*. Principium bene recipitur in divinis, non vero ratio prioris et posterioris proprie : 470 *b*-471 *a*. Pater et Filius an possint dici unum vel idem principium, unus Spirator : 473 *a*-477 *b*. Pater nec generat, nec spirat ut unus et plures, sed ut alio modo se habens ad Filium, et alio ad Spiritum sanctum : 227 *a*. Pater in sacra Scriptura multipliciter sumitur : VIII, 64 *a*. An dici possit genitor hominis : IV, 112 *b*.

94. Deus potest dici filius hominis ob idiomatum communicationem; Filii generatio passiva explicatur : I, 105 *b*-117 *b*, 119 *a*-125 *b*, 127 *a*-137 *b*, 170 *a*-182 *b*; VIII, 64 *b*. Ejus sublimitas : IV, 183 *b*. Filius generatur de substantia Patris, et quomodo : I, 112 *b*-114 *a*; VII, 250 *b*. Quomodo dicatur imago Patris, non vero ad imaginem; splendor gloriæ Patris, figura substantiæ ejus, et portans omnia verbo virtutis suæ : I, 135 *a*; II, 634 *b*-635 *a*; VIII, 56 *b*, 65 *ab*; IX, 432 *b*. Attamen, ut homo, non est imago Patris, sed ad imaginem : IX, 305 *b*. Generare et generari non dicunt actionem et passionem in divinis, sed tantum relationem : IV, 9 *ab*.

95. Exemplar, ut dicit rationem cognoscendi, est quid commune toti Trinitati; sed prout addit rationem emanandi, est proprium Filii : I, 125 *b*.

96. Potentia generandi active et passive, quot modis sumi possit : 127 *b*-128 *a*. Si intelligatur active seu originaliter, est in solo Patre; si passive, id est posse gigni, est in Filio : 129 *b*-130 *a*. Potentia activa generandi non est in Filio, quare : 134 *ab*, 175 *b*-177 *a*. Potentia activa generandi in Deo quomodo differat ab illa quæ est in homine : 135 *b*. Generatio activa Patris, et passiva Filii, est relatio distinguens inter hunc et illum : 116 *b*, 177 *a*-179 *a*.

97. Filius quomodo sit coæternus Patri : I, 179 *a*-180 *b*. Quare ejus generatio potius per præteritum, quam per præsens exprimatur : 173 *ab*. Filius Dei habet esse permanentissimum, in quo idem est nasci et natum esse, et semper genitus est, et semper generatur : 180 *b*-182 *b*.

98. Generatio Filii præcedit spirationem, et ideo ipsius persona habet rationem primitatis : 59 *b*, 214 *a*-216 *b*. Quomodo vis spirativa communicetur Filio a Patre, non vero vis generativa : 135 *a*. An dici possit Dei Filius nihil habere nisi natum : IV, 185 *b*.

99. Filius est Verbum per omnia æquale Patri, et per omnia dicens et exprimens ipsum, sed non omni modo, quia minus præcipue secundum liberalitatem : I, 59 *b*. Pater dat Filio totum quod potest, sed non

Digitized by Google

omni modo quo potest : I, 59 *a*. Hinc ei communicat quidquid habet, sed non personam, sive rationem communicandi : 59 *ab*. Filius etiam dicitur Imago et Verbum, sc. Filius a vi naturæ, Imago per modum expressivum, et Verbum, quia est aliis expressivum : I, 313 *b*, 442 *b*-444 *b*; VII, 233 *b*; IX, 20 *a*. Sed Filius dicitur magis proprie : I, 441 *b*. Quare approprietur Verbo ratio veritatis et exemplaris : 64 *b*. Quare dicatur sapientia genita : 77 *b*. An in divinis sapientia sit quid essentiale, an vero proprium : 441 *ab*. Verbum dicitur genitum, non factum ; sed Christus genitus et factus : IV, 6 *b*. Verbum divinum non nascitur naturali tantum necessitate, sicut evenit nobis : I, 121 *b*. Verbum in nobis est accidens, in Deo est substantia : 190 *b*. Verbum divinum includit notitiam seu cognitionem intelligentis se Patris, conceptionem seu generationem similitudinis, et expressionem imaginis ; sub primo respectu est sapientia genita, sub aliis est Filius, Imago, et Verbum, quod dicit hæc omnia, et superaddit rationem exprimendi et manifestandi : 445 *a*-447 *b*, 450 *ab*. Verbum quam convenienter sit translatum ad divina : 450 *b*. Ubi est cognitio in Patre, necesse est ut sit emanatio sive generatio Verbi : IX, 81 *b*. Verbum divinum dicitur dupliciter, sc. vel mente concipiendo se ipsum, vel exprimendo se exterius per creaturas; primo modo est Verbum increatum, secundo vero Verbum creatum : I, 443 *b*-444 *a*. Dicere, respectu Verbi creati, est essentiale et commune tribus personis ; prout vero dicit respectum æternum, est proprium Patris : 444 *a*. Verbum divinum dicit respectum ad Patrem, connotatque respectum ad creaturam per modum exemplaritatis dispositivæ, et virtutis operativæ, in potentia et in habitu, non in actu : 444 *b*-447 *a*. Verbum divinum, licet importet respectum ad creaturas in potentia, non dicitur tamen Verbum creaturæ, cum formaliter dicat de se respectum solummodo ad dicentem : 447 *a*. Ideo Verbum divinum æternum est, quia impossibile est Deum nescire suum opus : 446 *b*. Sapientia in divinis præcedit expressionem Verbi, et ob id est essentialis tribus personis; in nobis vero similitudo concepta præcedit sapientiam, quia hæc ab illa producitur : 448 *b*. Verbum divinum habet omnipotentiam, sicut et Pater; sed omnipotentiam non dicit ratione sui nominis : *ibid. superius*. Verbum divinum non producitur formaliter ex cognitione creaturarum quoad scientiam visionis, sed tantum simplicis intelligentiæ, quare : 446 *ab*. Verbum divinum est fons sapientiæ, sc. creatæ : 448 *b*. Verbi nomen translatum est ab humanis ad divina tum propter similitudinem, tum ob instructionem nostram : 449 *b*. Verbum divinum ratione originis dicitur Filius, ratione præconceptionis dicitur mundus archetypus, ratione unionis dicitur homo factus : 450 *a*. Verbum unde dicatur Dei virtus et sapientia : 446 *a*. Quomodo per Verbum omnia dicantur facta : 444 *b*. Verbum divinum ducit in cognitionem Patris : IX, 19 *a*. Filii Dei appropriata sunt veritas, species, ratio exemplandi, et sapientia : VII, 234 *ab*, 382 *a*. Item æqualitas : VIII, 81 *ab*. *Vid.* VERBUM INCREATUM.

100. De missione temporali Filii agitur : I, 259 *a*-261 *b*, 269 *b*-271 *b*. Dei Verbum humanandum in Veteri Testamento præsagiebatur figuris, præmonstrabatur exemplis, promittebatur patribus, prædocebatur documentis, et prophetabatur oraculis : IX, 14 *b*. Generatio temporalis Filii, et æterna, quomodo non sint ab eodem principio : I, 232 *b*.

101. De circumincessione divinarum personarum, *vid.* CIRCUMINCESSIO.

102. Spiritus sancti processio æterna expenditur : I, 123 *a*, 185 *a*-197 *b*, 199 *a*-207 *b*, 209 *a*-216 *b*, 219 *a*-229 *b*. Item processio temporalis : 232 *b*-241 *b*, 245 *a*-261 *b*, 264 *a*-271 *b*, 278 *b*-300 *b*, 304 *b*-315 *b*. Processio Spiritus sancti potest considerari in ordine ad personam ad quam est, ad principium a quo est, et ad generationem a qua differt : 184 *b*. Nomen processionis quam vim habeat, et quare magis aptetur Spiritui sancto, quam Filio : 200 *b*-207 *b*, 221 *b*-223 *a*, 235 *a*. Exemplo fluvii explicatur : 9 *b*. Temporalis et æterna quomodo differant : 235 *a*. Quomodo processio differat a generatione : 225 *ab*, 232 *b*. Processio æterna Spiritus sancti est per voluntatem comitante natura : 123 *a*. Ob id assimilat in natura : 188 *b*-189 *a*. Est per modum liberalitatis, charitatis et amoris : 187 *b*-192 *b*.

103. Amor in creaturis nominat habitum et accidens ; in divinis autem substantiam, et cum dicat egressum, dicit hypostasim : I, 191 *a*. Quomodo amor sit proprium Spiritus sancti, et in quo sensu sit communis tribus personis : 193 *b*. Charitas sumpta essentialiter est communis tribus ; notionaliter convenit Patri et Filio propter concordiam in spirando; personaliter, Spiritui sancto : *ibid.*

104. Spiritus sanctus quomodo sit nexus Patris et Filii : I, 194 *a*-195 *b*, 204 *a*.

Digitized by Google

105. Quare Spiritui sancto assignetur hoc nomen *Spiritus*, et quot modis : I, 195 *b*-197 *b*, 447 *a*. Spiritus, prout dicitur a spiritualitate, dicitur absolute, et convenit toti Trinitati ; prout dicitur a spiratione, sic importat affectum et amorem ; et quia est quid relativum, est proprium Spiritus sancti : I, 196 *ab*.

106. Spiritus sancti processio a Patre et Filio exponitur contra Græcos : I, 200 *b*-207 *b*. Spiritus sanctus, si non procederet a Filio, non distingueretur ab eo : 201 *b*. Pater et Filius sunt unum principium spirans, quia eadem voluntas et fœcunditas in utroque : 205 *a*-207 *b*. Non tamen dicendi sunt unus spirator, quare : 476 *b*. In quo sensu dici possit Spiritus sanctus prius a Patre procedere, quam a Filio : 211 *a*-212 *a*. Spiritus sanctus non plenius, seu perfectius, procedit a Patre, quam a Filio : 212 *a*-213 *a*. Filius habet auctoritatem, simul et subauctoritatem respectu spirationis, quomodo : 213 *a*. Quomodo Spiritus sanctus procedat immediate a Patre, mediante tamen Filio : 213 *a*-214 *b*. Processio Spiritus sancti tripliciter præsertim differt a generatione Filii, sc. quia generatio est ab uno, illa autem a duobus; tum quia hæc est emanatio per modum perfectæ assimilationis, illa per modum connexionis ; demum quia generatio respicit secundum, spiratio vero, ut nectens, respicit tertium : 225 *a*-227 *b*. Processio Spiritus sancti quomodo comparetur processioni locali et causali : 222 *b*-223 *a*. Spiritus sanctus in quo sensu dici possit ingenitus : 228 *a*-229 *b*. Dicitur Spiritus in ordine ad vim spirantem, Amor in ordine ad modum emanandi, et Donum in ordine ad nos : 313 *b*. Spiritus sanctus absolute prolatus importat nomen personale : 447 *a*. Spiratio non dicit propriam relationem constituentem Patrem : 462 *a*. Processio quartæ personæ a Spiritu sancto per modum amoris non datur, quare : 191 *a* ; nec per modum artis, sive rationis : 189 *a*. Processio Spiritus sancti, et productio creaturarum qualiter differant : 188 *b*.

107. Processio temporalis, et æterna Spiritus sancti sunt ab uno principio, et una inservit ad manifestationem alterius : 232 *b*. Processio vel est sicut in objectum ad quod protenditur, et sic est processio æterna ; vel sicut in susceptivum in quo recipitur, et sic est temporalis : 235 *a*, 237 *a*, 247 *a*, 249 *a*, 250 *a*, *b*. Processio temporalis includit emanationem æternam personæ, et emanationem temporalem gratiæ : 236 *a*, 237 *a*. Processio temporalis et æterna non geminat subjectum, sed geminatur ipsa : 236 *b*-237 *a*, *ab*. Processio, spiratio et generatio qualiter differant : I, 235 *ab*. Processio dicitur analogice de æterna et de temporali, non vero univoce neque æquivoce : 236 *b*-237 *a*.

108. Est alia processio temporalis minus propria, sc. Spiritus sancti dantis se ipsum animabus quas sanctificat, ita ut videatur procedere a seipso : 246 *a*, 247 *a*. Spiritus sanctus datur in propria persona cum gratia sanctificante : 237 *b*-238 *b*, 258 *b*. Spiritus sanctus a solo Deo potest effective dari, ministerialiter vero a bonis et malis, impetrative autem a bonis tantum : 239 *a*-240 *b*. Spiritus sanctus quotupliciter amet sanctificare animam : 232 *b*. Spiritui sancto quænam virtus approprietur in sanatione et sanctificatione animæ : 233 *a* ; et in extinctione sitis spiritualis : 233 *b*. Spiritus sanctus quoties datus sit a Christo, et quot modis : 233 *ab*.

109. De missione personarum divinarum agitur : I, 246 *b*-247 *a*, *b*-261 *b*, 267 *b*-271 *b*. Patri convenit missio activa, non passiva : I, 251 *a*-252 *b*. An Pater possit mittere seipsum : I, 253 *a*-254 *b*. An missio activa possit esse totius Trinitatis : I, 252 *b*-255 *a*. An Filius vel Spiritus sanctus possit mittere seipsum : *ibid.* An alteruter missus sit ante Incarnationem : 256 *ab*. An missio Spiritus sancti sit secundum dona gratiæ gratis datæ, vel gratum facientis : 257 *b*-259 *a*. An Filius et Spiritus sanctus secundum eadem dona gratiæ mitti dicantur : 259 *a*-260 *a*. An Filius et Spiritus sanctus ad eadem dona gratiæ augmentanda mittantur : 260 *a*-261 *b*.

110. Quare Deus apparuerit aliquando in forma corporali : II, 430 *a*. Id facit ministerio angelorum : 501 *b*. *Vid.* APPARITIO, n. 1-12.

111. Spiritus sanctus quomodo dicatur mitti temporaliter : I, 257 *b*-261 *b*, 267 *b*-271 *b*, 290 *a*, 306 *a*-309 *b*, 311 *a*-315 *b*.

112. Nomina essentiæ et substantiæ in divinis considerantur : I, 378 *b*-384 *a*.

113. Nomina, sc. unus, duo et tres in divinis quomodo importent quid positivum cum privatione : I, 388 *a*-391 *b*. Nomina numeralia in divinis dicuntur secundum relationem, et notiones important : 393 *b*-394 *b*, 396 *a*-397 *b*. Important unitatem et pluralitatem, et quomodo : 395 *a*-396 *a*.

114. Nomina identitatis et alietatis in Deo simul recipiuntur, quia non se habent ad idem : I, 93 *a*.

115. Personæ nomen quam convenienter ad divina translatum sit : I, 375 *a*, 377 *a*-378 *b* ; IV, 229 *a*. Personæ definitio datur, et assignantur ejus tum etymologia, tum natura, et conditiones, quatenus ad divinas personas

Digitized by Google

spectant : I, 401 *a*-412 *b*. Persona, cum sit rationalis naturæ suppositum proprietate distinctum, principalius importat substantiam, secundario relationem : 403 *a*-406 *a*. Personæ incommunicabilitas qualis : 408 *ab*, 409 *a*-411 *a*, 412 *b*. Persona divina de sui ratione excludit compositionem, non vero creata : 407 *b*. Persona, ut sic, an admittat aliquam communitatem abstractam respectu personarum divinarum, atque etiam respectu creatarum : 347 *b*-349 *b*, 394 *b*, 409 *a*-412 *b*, 437 *b*-439 *a*. Personæ divinæ nominantur diversis nominibus dicentibus respectum, et quomodo : 447 *ab*.

116. Habitudo potest esse personæ divinæ ad personam, vel essentiæ ad creaturam; prima est vera relatio, secunda est tantum secundum modum dici, seu intelligendi : I, 131 *b*.

117. In divinis personis necessario debent recognosci proprietates, relationes et notiones, sc. proprietates quæ conveniunt uni soli, relationes quæ dicunt habitudinem unius ad alteram, et notiones, seu principia cognoscendi : I, 426 *a*-427 *b* ; VII, 233 *b* ; VIII, 78 *a*.

118. Qualis differentia statuenda sit inter propria et appropriata : VII, 233 *b*, 234 *a*. Proprietates, relationes et notiones se habent ad invicem, quantum ad numerum, tanquam excedens et excessum : I, 426 *b*-427 *b*. Omnis notio est proprietas vel relatio, et omnis proprietas est relatio, et vice versa : 427 *a*.

119. Qualiter in divinis proprietas et essentia differant : I, 533 *a*.

120. Proprietates sunt quinque, sc. innascibilitas, generatio activa, tum passiva, item spiratio activa, ac denique passiva : I, 426 *b*, 427 *ab* ; VII, 233 *b*, 252 *a*, 380 *b* ; VIII, 78 *a*. Tres modi sunt prædicandi in divinis, sc. essentialis, vel in quid, personalis, sive in quis, et notionalis, sive in quæ, vel quomodo : I, 420 *b* ; VII, 233 *b*, 380 *b*. Inquisitio in divinis fit quinque modis, sc. quis ratione personæ, qui ratione hypostasis, quæ ratione notionis, quod ratione substantiæ, quo ratione essentiæ : VII, 234 *a*, 380 *b*. Proprietates constituunt, et distinguunt personas ad invicem : I, 419 *a*-422 *a*. Proprietates personales in divinis, realiter a se invicem, et a personis aliquo modo differentes debent recognosci : I, 420 *b*. Quomodo differat proprietas a persona : 529 *a*-532 *a* ; item proprietas ab essentia : 533 *a*. Proprietates personales in eadem persona differunt per habitudinem ad alteram a parte rei : I, 419 *b*, 421 *b*. In divinis proprietates personales sunt rationes distinguendi, atque etiam manifestandi distinctionem : 425 *a*. Personales proprietates, ratione *in*, transeunt ad substantiam ; sed, ratione *ad*, manent, et important distinctionem a parte rei, ut, v. g., in Patre innascibilitas et generatio activa, ratione *in*, idem sunt cum substantia divina, et nihilominus, ratione *ad*, manent diversæ a parte rei in persona Patris : 419 *ab*, 421 *b*, 422 *a*-423 *b*, 533 *a*.

121. In divinis numerus distrahit a ratione perfecta muneri, cum sit ibi tantum distinctio hypostasum ; item et ordo a ratione ordinis simpliciter, cum ibi non sit antecessio, sed tantum originis emanatio : I, 348 *b*, 349 *a*.

122. De Patre quomodo dici possit, quod seipso refertur ad Filium : I, 421 *b*-422 *a*. Proprietates personales in divinis sunt relationes, quare : 422 *ab*. Proprietates personales sunt rationes distinguendi petitæ ab origine, et innotescendi petitæ ab habitudine : I, 424 *b*-425 *a* ; VII, 233 *b*. Omne quod relative dicitur, esse aliquid excepto eo quo relative dicitur, non est verum in divinis : I, 425 *b*.

123. Proprietas et persona in divinis qualiter differant : I, 432 *a*-434 *a*.

124. Proprietates divinæ dicunt originem, et habitudinem unius personæ ad alteram ; magis proprie tamen loquendo, generatio dicit originem, et paternitas habitudinem : I, 425 *a*. Pater, abstrahendo ab origine, jam non intelligitur ut Pater, sed tantum ut innascibilis, atque ita manet in unitate hypostasis, sed sine ordine ad aliud : 425 *ab*. Proprietates divinæ, licet sint relativæ, tamen, quia important etiam originem, dant esse absolutum cum respectivo : 425 *a*, *b*.

125. Personæ divinæ, abstractis proprietatibus, non haberent per quid possemus eas intelligere, nisi sub ratione incompleta rei, et universali : I, 425 *b*. (Hinc deducitur, ait Barth. de Barberiis, quod personæ divinæ non constituuntur per absoluta in opinione S. Bonaventuræ, ut falso ei Scotus imponit, l. I, d. 26, q. un., ibi : *Tertia opinio*, et a. 1, q. 3, *ad* 4.)

126. Origo, secundum rationem intelligendi, est prior relatione, et quomodo : I, 425 *a*, *b*, 435 *a*. Origo importat emanationem unius ab alio, sicque vel est activa, vel passiva, et semper importat relationem : I, 431 *b*.

127. Generatio in Patre, et paternitas sunt una notio secundum rem, licet quoad modum significandi sit aliqua differentia : I, 433 *b*. Pater ideo est Pater, quia generat : 434 *a* ; et generat, quia est innascibilis ; et

Digitized by Google

spirat, quia est improcessibilis : 435 *ab*.

128. Innascibilitas in Patre est notio quæ quoad nomen importat privationem, sed quoad rem importat positionem et maximam perfectionem, sc. primitatem, et fœcunditatem fontalem : I, 371 *b*, 417 *b*, 435 *ab*, 455 *ab*, 463 *a*-464 *b*, 498 *b* ; VII, 233 *b*. Ingenitus dicit non esse ab alio, sed id non sufficit ad notionem, quare : I, 220 *b*. (*Id tamen intellige*, ut sumitur vi nominis, *sicut se ipse declarat* : I, 228 *b et* 435 *ab*.) Ingenitus, ut dicit dignitatem et notionem in Patre, importat ista duo : I, 228 *b*, 371 *b*, 417 *b*, 455 *a*-456 *a*, 458 *a*-459 *b*. Ingenitus, Innascibilis et Auctor dicunt eamdem notionem, sed differenti modo, et quomodo : 220 *a*. Innascibilitas, abstracta origine, dicit ens non ab alio, et sic in unitate hypostasis ; sed reducitur ad hypostasim Patris sicut ad principium, ad Filium sicut ad terminum : 425 *ab*. Innascibilitas, seu Ingenitus, quomodo possit intelligi absque Paternitate : 455 *a*-456 *a*. Ingenitus, sicut modo ostensum est de innascibilitate, de ratione sui nominis dicit puram negationem ; sed ut est proprietas Patris æterni, dicit positionem et perfectionem maximam : 435 *ab*, 455 *a*-456 *a*. Ingenitus, seu Innascibilis, quomodo possit esse notio et proprietas Patris, et importare ipsi relationem personalem, cum etiam dici possit de essentia et de Spiritu sancto : 459 *a*, *b*, 461 *a*, 462 *b*. Ingenitus, ut convenit Patri, dicit quod non producitur per generationem, sicque distinguitur a Filio ; item quod per generationem non accipitur, sicque distinguitur ab essentia ; item quod non consequitur ad generationem, sicque distinguitur a Spiritu sancto : 459 *a*. Innascibilitas et paternitas qualiter differant a Patre, et quid utraque importet : 455 *a*-456 *a*, 460 *a*-461 *b*. Innascibilitas privat omnem emanationem passivam ; improcessibilitas vero privat unam solam : 464 *a*. Innascibilitas est notio Patris propria ; improcessibilitas vero non est ratio distincta ab innascibilitate in Patre, nec a spiratione in Filio : *ibid*. Quomodo, si essent duæ personæ innascibiles, forent plures dii : 498 *b*.

129. Innascibilitas non potest communicari a Patre, quamvis improcessibilitas possit, quare : 464 *b*. Improcessibilitas qualis notio sit in Patre et Filio, et qualiter dicat nobilitatem : 464 *ab*. In divinis pura negatio nec distinguit, nec ponit nobilitatem, nec distinguitur : 458 *a*. Innascibile et nascibile non opponuntur relative, sed contrarie, vel contradictorie : 459 *a*, 461 *b*.

130. Relatio solum personalis dat personæ existere : 461 *a*, 462 *b*.

131. Nulla notio dicitur de tribus personis, bene autem commune ad notiones : I, 394 *b*.

132. De prædicatione notionum ad invicem agitur : I, 534 *a*-537 *b*.

133. Qualiter notiones ab invicem differant, et possint prædicari : 534 *a*-535 *b*.

134. Proprietates in divinis qualium accidentium prædicationem suscipiant : I, 533 *b*.

135. Communicabilitas et incommunicabilitas in divinis non sunt oppositæ contradictorie, sed differunt sicut habere proprietatem, et non habere : I, 549 *b*.

136. In divinis recipimus unitatem, non singularitatem, nec solitudinem, quia singularitas excludit communicabilitatem, solitudo pluralitatem ; unitas vero admittit utrumque : I, 387 *b*.

137. Unum quomodo recipiatur in divinis et in Deo, et quo sensu sit principium multitudinis, et an dicat privationem, vel positionem : I, 388 *a*-390 *a*.

138. Appropriata, quantum ad id quod significant a parte rei, sunt communia tribus personis ; unde competunt cuilibet personæ ratione sumpta a parte tantum intellectus nostri, nisi forte etiam ratione ordinis, et originis quam connotant : I, 549 *b*-551 *a* ; XII, 36 *b*. Appropriatio est adinventa ad hoc, ut a communibus deveniatur ad cognitionem propriorum, appropriando communia personis divinis : I, 496 *b*, 550 *a* ; VII, 234 *a*. Appropriatio quid sit : I, 550 *b* ; VII, 234 *a*. Appropriatio attributorum tribus personis per ordinem quadruplex assignatur, sc. 1. unitas, veritas et bonitas ; 2. æternitas, species et usus ; 3. ratio principiandi, exemplandi et finiendi ; 4. potentia, sapientia et voluntas : I, 64 *b*, 503 *a*-504 *b* ; VII, 234 *ab*, 253 *b*-254 *b* ; VIII, 79 *a*, 81 *ab* ; IX, 133 *b* ; XII, 36 *b*-37 *a*. Qualiter in Deo unitas, veritas et bonitas recognoscantur tanquam conditiones entis nobilissimæ et generalissimæ, non contractæ per suppositа : VII, 253 *b*-254 *b* ; VIII, 81 *ab*. Appropriata principalia divinarum personarum sunt potentia, sapientia et voluntas : VII, 234 *ab*, 253 *b* ; IX, 133 *b*. Magnitudo appropriatur Patri, pulchritudo Filio, dispositio Spiritui sancto : IX, 279 *a*.

139. Æternitas appropriatum est Patris, importatque carentiam principii : I, 503 *b* ; VII, 234 *ab* ; VIII, 81 *a*.

Vid. ÆTERNITAS, ÆTERNUM, n. 5, 9, 12, 14, 15, ÆTERNUS.

140. Appropriata Patris explicantur : VII, 381 *b* ; VIII, 81 *a*.

Digitized by Google

141. Quomodo dicatur Pater per Filium omnia facere : IX, 281 *a*.
142. Dicitur Pater omnipotens in Symbolo, ut denotetur in ipso esse voluntatem et potestatem implendi quod promittit : VIII, 298 *a*.
143. Dei actiones quæ connotant effectum in creatura, et simul respectum ad personam, sunt notionales, non essentiales : I, 252 *a*.
144. Principium in divinis quomodo conveniat Patri et Filio, significetque generationem, processionem, vel creationem : IX, 290 *a*. *Vid. supra*, n. 98.
145. De æqualitate divinarum personarum agitur : I, 322 *b*-341 *b*, 345 *a*-350 *b*. Æqualitas et similitudo divinarum personarum, cum sint relativa distinctorum, supponunt diversitatem suppositorum, non vero naturæ : 326 *b*, 494 *b*. Æqualitas trium personarum consistit in hoc, quod earum una est æternitas, una magnitudo, et una potestas : 322 *b*, 326 *b*-328 *b*. Quomodo Spiritus sanctus, cum nec generet nec spiret, tamen sit æqualis Patri et Filio : 328 *ab*. Æqualitas in magnitudine personarum qualiter excludat a Deo totum sive integrale, sive universale, sive materiale : 334 *a*-339 *a*. An admittenda sit in divinis differentia secundum numerum : 339 *b*-341 *b*. Quis ordo, vel quæ prioritas attendatur in divinis : 347 *b*-350 *b*.
146. Imago qualiter ad æqualitatem et similitudinem in divinis pertineat, vel resultet : I, 497 *ab*, 502 *b*. Imago in divinis notionaliter dicitur, quare : 499 *a*-501 *a*. Imago creata qualiter ab increata respectu Dei differat : I, 123 *b*-125 *b*, 500 *b*-501 *a* ; VIII, 65 *a*-66 *a*. Imago dicitur etiam species, et proprie est notio solius Filii, quia ab uno tantum procedit, et quidem per modum naturæ, et quia consimiliter producit Spiritum sanctum : I, 501 *b*-502 *b* ; IV, 224 *a*-225 *b* ; VIII, 65 *ab*. Imago proprie non convenit Spiritui sancto : I, 502 *a*, *b*. Filio Dei qualiter aptetur ratio imaginis, speciei, similitudinis, pulchritudinis, exemplaris et cognitionis : I, 79 *b*, 313 *b*, 441 *b*, 448 *ab*, 503 *a*-504 *b* ; VI, 466 *a*. Dicitur etiam ars et liber vitæ, et quare : VI, 466 *a*.
147. Appropriata Filii Dei explicantur : I, 233 *b* ; VII, 382 *a* ; VIII, 81 *ab*.
148. Missio Filii in carnem quomodo sit a tota Trinitate : I, 252 *b*-255 *b* ; VII, 381 *b*. Quo sensu approprietur Spiritui sancto : I, 247 *b* ; VIII, 151 *b*. Est ad illustrandam animam, sicut Spiritus sancti missio est ad sanctificandam eam : I, 249 *a*. Filius Dei descendit in terram non localiter, sed per influentiam : VIII, 169 *a*. *Vid. supra*, n. 100.
149. Dei Filius qualiter dicatur speculum, et attingens et disponens omnia : X, 56 *a*, 57 *b*-58 *a*.
150. Spiritui sancto appropriantur nomina quæ actum voluntatis exprimunt, ut usus : I, 503 *a*-504 *a*. Unde Spiritus sanctus dicatur amor, concordia unitatis et æqualitatis, nexus, charitas, donum : I, 507 *b*-508 *a* ; VIII, 60 *a*-61 *a*, 81 *ab*. Appropriata Spiritus sancti explicantur : VII, 382 *b* ; VIII, 81 *ab*.
151. Missiones temporales divinarum personarum sunt notiones : I, 252 *a*. Missio convenit, et active, et passive Filio et Spiritui sancto ; sed passiva, quoad subauctoritatem, magis convenit Spiritui sancto ; quoad manifestationem, magis Filio, quare : 247 *b*. Missio Filii et Spiritus sancti, quoad radicem gratiæ, est ab utroque ; quoad habitus cognitivos, est a Filio ; quoad affectivos, a Spiritu sancto ; quoad effectus consequentes, est ab utroque : 259 *b*-260 *a*. Missio temporalis Filii et Spiritus sancti vel est ad usum tantum, estque per dona gratis data ; vel etiam ad fructum, estque per gratiam sanctificantem : 258 *b*. In jam habente gratiam sanctificantem, si hæc augetur simpliciter, non dicitur de novo mitti Spiritus sanctus ; si vero augetur per ipsius usum, et ad collectionem novi usus, ut factum est in Pentecoste, et fit in confirmatione, tunc denuo mittitur Spiritus sanctus : 260 *a*-261 *b*. Actus supernaturales quinam sint a Deo per missionem divinarum personarum : I, 260 *a*.
152. Missio visibilis est apparitio, in qua manifestatur persona divina ut operans, ut inhabitans, ut emanans ; et quomodo id intelligendum : I, 266 *a*-271 *b* ; VII, 252 *b*-253 *b*.
153. De invisibili missione Spiritus sancti agitur : I, 278 *b*-300 *b*, ubi de charitate. Spiritus sancti missio, ut est donum, explicatur : 304 *b*-315 *b*, ubi de donis gratuitis a Spiritu sancto provenientibus.
154. Deus dicitur Dominus universalis, potentissimus, sapientissimus, opulentissimus, indeficiens ; et his modis fuit cum B. Virgine : XIV, 256 *a*-257 *b*.
155. — quomodo distinguatur a creatura : I, 143 *a*. Distinctio omnimoda non potest cadere in Deo, quare : 96 *b*. In divinis quædam vocabula important distinctionem solum, quædam omnimodam unionem, et quædam medio modo : *ibid. inferius*. Distinctio in divinis non potest venire a diversitate ; sed venit ex origine, quæ proprie non est diversitas, sed distinctio et discretio : 159 *b*, 195 *a*, 199 *b*, 341 *a*, 387 *b*, 388 *a*-391 *b*. Omnis distinctio in divinis vel

Digitized by Google

est ut res, vel ut modus, id est, vel in re, vel secundum modum intelligendi : I, 91 *a*, 136 *a*, 147 *b*.

156. In personis qualiter differant ab invicem proprietates existentes in eadem persona : I, 160 *a*. Differunt scilicet a parte rei : *ibid.*

157. In Deo magnitudo et bonitas sunt unum et idem, nec distinguuntur a se invicem nisi per modum significandi : I, 157 *b*. Idem dicendum de quibuslibet attributis divinis : 111 *a*, 160 *a*, 295 *b*, 368 *a*, 421 *ab*, 459 *b*, 549 *b*. Unum numero, et diversum non dividunt sufficienter ens in divinis, datur enim medium : 341 *b*.

158. Qualiter differant in Deo generatio et spiratio : I, 226 *b*-227 *a*; itemque aliæ relationes : 178 *b*-179 *a*.

159. Quomodo possit esse distinctio realis inter personas divinas : I, 177 *a*-179 *a*, 335 *b*-337 *a*, 544 *a*-547 *b*; IV, 119 *b*-120 *a*.

160. Qualis admittenda sit distinctio inter personalitatem et essentiam divinam : I, 135 *b*-136 *b*, 178 *b*, 378 *b*-379 *b*, 421 *b*-422 *a*, 544 *a*-549 *b*.

161. Distinctio numeralis non cadit in Deo absque addito personarum, præter adjectivum *Trinus*, quod excogitatum est ad significandam pluralitatem personarum cum unitate naturæ : I, 333 *ab*, 339 *a*-341 *b*, 388 *a*-390 *a*, 395 *a*-397 *b*. In Deo non recipiuntur solitudo, singularitas, diversitas, multiplicitas, divisio et separatio, quare : 387 *b*, 392 *a*-394 *b*. In Deo admittuntur alietas, pluralitas, discretio et distinctio, quare : 387 *b*. Distinctio rationis in Deo triplex, sc. vel a parte apprehensionis nostræ tantum, vel secundum differentiam attributionis, vel secundum pluralitatem distinctionis quæ est in personis : I, 421 *a*; IV, 119 *b*-120 *a*, 525 *b*.

162. Persona divina refert seipsa ad aliam, ita tamen quod medium per quod refertur non est quid diversum ab ipsa : I, 421 *b*-422 *a*.

163. In divinis alius, et aliud qualem distinctionem importent : I, 170 *b*, 417 *b*.

164. Divinæ naturæ individualitas, et ratio quo, quod et qui explicantur : I, 340 *b*-341 *b*, 379 *b*-381 *a*.

165. Deus habet partim naturam termini communis ob pluralitatem suppositorum, partim discreti ob formam immultiplicabilem : I, 171 *b*-172 *a*.

166. Divina natura eo modo est distinguibilis, quo habet proprietates, et e converso : I, 142 *b*.

167. Spiritus sapientiæ, id est Dei, dicitur multiplex, quatenus est causa multorum : I, 333 *a*.

168. In divinis aliqua dicunt actionem puram, aliqua relationem puram, aliqua utramque, et aliqua actionem et significationem : XI, 330 *a*.

169. De modis prædicandi et loquendi in divinis agitur : I, 77 *a*, 91 *a*-99 *b*, 105 *b*-109 *b*, 114 *a*-117 *b*, 119 *a*, 132 *ab*, 135 *ab*, 170 *b*-171 *a*, 173 *ab*, 186 *ab*, 199 *b*-200 *a*, 206 *b*, 210 *a*, *b*, 253 *a*-254 *b*, 280 *ab*, 304 *b*-306 *a*, 332 *a*, 333 *a*, 334 *a*-341 *b*, 353 *a*-360 *b*, 363 *a*-372 *b*, 381 *b*-385 *b*, 387 *b*-397 *b*, 401 *b*-412 *b*, 417 *a*-427 *b*, 431 *b*-451 *b*, 455 *a*-464 *b*, 467 *a*-477 *b*, 479 *a*-486 *b*, 513 *a*-523 *b*, 527 *b*-537 *b*, 542 *a*, *b*-544 *a*, 547 *b*-551 *a*; II, 115 *ab*; IV, 125 *a*-126 *b*, 127 *a*-138 *b*, 166 *b*-181 *b*, 184 *b*-189 *b*; VII, 380 *b*; VIII, 64 *a*, 78 *b*-79 *b*; IX, 10 *ab*.

170. — habet rationem triformis causæ, sc. originantis, exemplantis et finientis : IX, 105 *a*.

171. Dei causalitas, si consideretur in efficiendo bonum naturæ, dicitur dispositio; si in gubernando seu conservando, providentia; si in tribuendo bonum supra naturam, prædestinatio : II, 4 *b*; VII, 257 *a*, 382 *b*. *Vid. supra*, n. 65. Item potest comparari ad creaturas, vel in ratione principii causantis, vel suppositi sustentantis; primus modus est trium personarum, alter est Verbi divini : IV, 11 *b*. Si respiciat effectum, vel actum, cui insit deformitas, non concurrit ad deformitatem, id est defectum ipsius, sed tantum ad id quod in eo est positivum : II, 133 *a*; III, 489 *b*, 490 *a*-506 *b*.

172. Deo et creaturæ nulla est convenientia univocationis, sed analogica tantum : I, 68 *b*, 166 *a*; II, 6 *b*-8 *b*, 20 *ab*, 86 *a*; III, 216 *b*-217 *a*; IV, 7 *b*-10 *b*, 36 *b*-37 *a*, 169 *a*, 171 *a*, 220 *ab*.

173. Quomodo aliquid sit veritas creaturæ et similitudo Dei, vel e conservo : II, 85 *a*-86 *a*.

174. Deus creando mundum non est mutatus ab otio ad actionem, quare : I, 152 *b*, 479 *b*; II, 247 *b*-248 *a*, 253 *a*-255 *b*. Est agens seipso, cujus actio nihil addit : II, 250 *b*-251 *a*. Solus est suum agere : 431 *a*. Fuit ab æterno causa proxima et immediata rerum quoad habitum et dispositionem, quoad actum vero solum in tempore, quare : I, 152 *b*. Hoc igitur sensu ab æterno nec redemptor fuit, nec creator : IV, 407 *a*. Non incœpit esse Dominus quoad præsidentiam habitualem, bene vero quoad actualem : II, 276 *a*; IX, 218 *a*. Dicitur Dominus quasi dans manus : IX, 334 *a*, 442 *a*, 480 *a*. Deus agendo agit seipso, non media aliqua actione distincta : I, 152 *b*. Est enim suus actus, et nihil plus

Digitized by Google

habet quando agit in aliud, quam quando non : II, 131 *b*. In Deum non cadit causarum quarumcumque habitudo respectu sui, sed solum respectu creaturarum, remota tamen dependentia : I, 338 *b*. Ejusmodi habitudo est tantum rationis ex parte Dei, sed est realis ex parte creaturæ in ordine ad Deum : VI, 526 *b*. Deus respectu creaturarum se habet in ratione efficientis, formalis (sc. exemplaris), et finalis, nunquam vero materialis : I, 124 *b*, 366 *a*; II, 20 *a*, 242 *b*; III, 8 *b*-9 *a*; IV, 597 *b*, 614 *b*; VII, 235 *a*, 383 *b*, 500 *a*; XII, 18 *a*. Sed dici non potest earum forma perfectiva : I, 549 *ab*; III, 9 *b*, 244 *b*; IV, 44 *b*, 117 *a*, 309 *ab*, XI, 255 *a*, *b*, 257 *a*.

175. In principio creavit Deus cœlum et terram, id est, vel ante alia, vel in primo instanti temporis, vel in Filio : II, 238 *a*-239 *a*, 240 *a*-253 *a*; XI, 253 *a*.

176. Creatio mundi facta intra sex dies expenditur ordinate : II, 529 *a*-530 *a*, 622 *b*-623 *a*. Deus fecit mundum intra sex dies, ut per exercitium virtutum imitatores ejus essemus, sc. per sex opera misericordiæ, et per sex conditiones nostrorum operum : XII, 244 *a*.

177. Deus fecit res ad suam gloriam manifestandam et communicandam : II, 265 *b*. Ob id omnia fecit ad nostram utilitatem : II, *ibid.*

178. Dei opera necessario habent quatuor conditiones, sc. sunt laudabilia, ordinabilia ad bonum, acceptabilia, et perfecta vel perfectibilia : II, 331 *a*.

179. Deus non condidit diabolum originaliter cum innata malitia, et istud asserere esset hæreticum : II, 331 *ab*.

180. Quare, cum unum Filium genuerit, non tamen produxerit unum angelum, aut unam creaturam : II, 482 *ab*.

181. — aliquando facit opera supra naturam, aliquando etiam contra naturam : III, 33 *b*-34 *a*.

182. — cum sit optimus, nonnisi optima facit, saltem quantum ad ordinem : III, 137 *a*.

183. — fecit animam bonam bonitate naturæ, bonitate autem moris nec bonam nec malam : III, 573 *b*; IV, 35 *b*. *Vid.* ANIMA, n. 8.

184. — quomodo dicatur requievisse ab universo opere suo in septima die : II, 625 *ab*; VII, 260 *a*; XI, 328 *b*. — quo sensu dicatur nihil producere novum : II, 608 *a*.

185. — creans animam in corpore etiam infecto peccatis, manifestat bonitatis suæ affluentiam : III, 49 *ab*, 394 *ab*.

186. — fecit omnia valde bona bonitate naturæ : III, 573 *b*.

187. Ab uno æterno exemplari indiviso, quod est Deus, tam diversæ manant creaturarum naturæ, et naturarum perfectiones, secundam variam ipsius boni participationem : XIV, 420 *b*.

188. —, respectu effectuum, vel est causa totalis, vel est concausa cum creatura : II, 67 *b*, 185 *b*, 577 *ab*. Hinc dicitur Deus omnia facere vel creando, vel concreando, vel cooperando : III, 488 *b*.

189. —, quoad esse naturæ, maxime distat a creatura; quoad influentiam, maximam habet approximationem : IV, 161 *b*.

190. — est causa immediata omnium effectuum creatorum, ita ut agens creatum nihil possit agere absque influentia Dei; dicitur tamen causa mediata respectu diversitatis virtutis in agendo, et ordinis : II, 131 *b*-133 *a*, 176 *a*, 184 *a*-185 *b*, 577 *ab*; III, 302 *a*, 488 *b*, 490 *a*-493 *b*; VII, 381 *b*-382 *a*.

191. — quare non possit dici causa per accidens respectu cujuscumque effectus realis : I, 214 *b*.

192. Dei concursus ad omnes actiones etiam malas, et ad conservationem rerum expenditur : II, 194 *b*-208 *b*; III, 376 *b*-377 *a*, 393 *a*, 488 *a*-506 *b*; V, 60 *b*; XI, 456 *ab*.

193. — quomodo dicatur conservans res : III, 493 *b*-496 *a*.

194. — non potest facere aliquid, quod in conservari ab ipso non dependeat : 495 *b*.

195. — cooperatur naturæ operanti absque habitu infuso, quia natura agit uniformiter, et juxta se, vel infra se; at voluntas creata, cum sit potentia agens difformiter, indiget habitu infuso ad recte operandum, et quidem supernaturali ad operandum supernaturaliter : I, 284 *b*.

196. Dei voluntas est causa, et bonitas ratio causandi omnes res : I, 33 *ab*; II, 182 *a*-184 *a*.

197. — ordinate res condidit quantum ad tempus, disposuit quantum ad situm, gubernat quantum ad influentiam, narrat quantum ad doctrinæ sufficientiam : VII, 385 *b*.

198. — cum introducit aliquam formam, supplet defectum agentis, vel qualitatum quæ prærequiruntur in susceptibili : IV, 396 *b*.

199. Dei operationes respiciunt vel esse naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ : IV, 547 *b*.

200. — quare unum solem, et unam lunam, non plures fecerit : V, 288 *a*.

201. — cum sit movens omnia sine motu, probatur esse sine principio : IX, 3 *b*.

202. Dei dicere, facere est; et ejus facere non est quid superadditum ad dicere : III, 495 *a*; VII, 502 *b*, 504 *b*; X, 233 *ab*. Dei dicere quomodo connotet effectum, sive actum intrin-

Digitized by Google

secum, sive extrinsecum : II, 543 *b*; X, 558 *b*. Accipitur pro disponere, pro facere, et pro gignere : IX, 289 *a*.

203. Dei actiones quales dicantur temporales, quales vero notionales aut essentiales : I, 250 *b*-251 *a*.

204. Actus divinus qui non reflectitur super essentiam aut personam, transit ad extra, vel actu, vel potentia : II, 96 *a*.

205. Dei perfecta sunt opera quoad esse primum et naturale, at non semper quoad esse secundum, sc. supernaturale et gratuitum : III, 312 *ab*. Quare dicantur mirabilia : IX, 310 *b*-311 *a*.

206. Apparitiones variæ Dei in igne, in fumo, in nube, in columba et aliis modis expenduntur : II, 430 *a*; IV, 7 *ab*; VII, 252 *b*-253 *b*, 381 *a*. Eas facit ministerio angelorum : II, 501 *b*. *Vid.* APPARITIO, n. 4-6.

207. — ut creator, est artifex omnia cognoscens; ut judex, est remunerator cognoscens bonum et malum : II, 82 *a*.

208. Dei imago, similitudo et vestigium quomodo sint in creatura : I, 50 *b*-51 *a*.

209. — quare mittat angelos ad nos, cum possit idem per se : II, 487 *a*-488 *b*.

210. — non operatur respiciendo ad extra : IV, 247 *a*. Non necessario agit ad extra : 425 *b*.

211. Divinæ bonitatis est communicare creaturæ operationes nobiles, prout est apta recipere; et propterea fecit ut homo concurreret ad reparationem suam : IV, 429 *b*.

212. Deus et natura non faciunt per plura, quod fieri potest per pauciora : VI, 545 *a*.

213. An idem sit res esse a Deo auctore, et esse a Deo volente : III, 489 *b*.

214. Quomodo Deus sit finis omnis creaturæ : I, 33 *b*; II, 620 *ab*; III, 312 *b*; VII, 307 *a*, 515 *a*; IX, 550 *b*; X, 302 *a*; XII, 18 *a*, 677 *b*.

215. Dei opera fiunt, vel a solo Deo, vel per ministerium hominis, vel cum Deo : IX, 282 *a*.

216. Deus et creatura non possunt absolute dici unum, quare : I, 504 *b*-505 *b*.

217. Beneficia gratuita Dei enumerantur meditanda : XII, 31 *b*, 99 *b*-101 *b*. Deus in conferendis beneficiis respicit tria, sc. majorem indigentiam, minorem indignitatem, et majorem utilitatem : IV, 38 *b*-39 *a*. Dei misericordia in collatione beneficiorum quanta : VIII, 5 *b*-6 *a*; XIII, 304 *b*-305 *b*, 307 *a*-308 *a*, 318 *ab*, 321 *a*, 340 *a*, 356 *b*-357 *a*, 372 *ab*, 389 *a*. Illorum enumeratio : IX, 334 *a*, 340 *a*, 377 *b*, 398 *a*, 409 *b*; XIII, 89 *b*-90 *a*, 94 *ab*. Sunt accipienda cum cordis humilitate : X, 496 *a*.

Vid. BENEFICIUM, n. 5.

218. Dei opera creantis, redimentis et glorificantis expenduntur : XIII, 318 *ab*.

219. Deus est forma cuncta distinguens, et regula cuncta dirigens : XII, 9 *a*.

220. Maxime manifestatur Dei sapientia, potentia et bonitas in creatione angelorum : II, 260 *a*-264 *b*.

221. Dei providentia est voluntas ratione regulata, qua omnia, quæ in universo fiunt, congruenter et apte fiunt : II, 4 *b*-5 *a*, 119 *b*-120 *a*; VII, 235 *a*, 257 *ab*, 382 *b*; VIII, 491 *a*-494 *b*; IX, 625 *ab*. Juxta Damascenum est cura Dei ad nos : X, 96 *a*. Providentia Dei dat debitum ordinem rebus, debitam remunerationem operibus, et debitam durationem : VII, 330 *a*-343 *b*; IX, 161 *b*, 625 *a*; X, 96 *b*; XIII, 266 *b*. Quomodo sit verum quod magis peccet qui providentiam ponit, et Deum accusat, quam qui eam negat : IX, 625 *ab*. Providentia Dei connotat effectum in gubernando : II, 4 *b*, 115 *b*. Providentia divina supponit cognitionem, seu præscientiam : *ibid. et* 94 *b*, 95 *b*. Quoad gubernationem rerum Deus eodem modo se habet ad omnes, non quantum ad earum productionem : II, 199 *a*. Deus ita administrat res, ut proprios motus eas sinat agere, quantum sua exigit providentia : II, 410 *ab*; III, 393 *a*.

222. — cohibet potentiam dæmonum, ne noceant quantum possent : II, 410 *ab*. Dei providentia expenditur in designatione loci peculiaris pro habitatione dæmonum : II, 378 *b*.

223. — cum disponit aliquid facere, non id facit absolute, sed præsuppositis conditionibus convenientibus : IV, 378 *a*. Providentia Dei expenditur in ordinatione mali ad bonum : II, 107 *a*-110 *b*, 194 *b*, 201 *a*-205 *a*; III, 393 *a*; IV, 437 *a*; V, 582 *a*. Utrum in divina providentia includatur prædefinitio actuum : II, 101 *a* (ubi specialiter agitur de prædestinatione); IV, 378 *a*. Providentia ordinat res universi, et hic ordo appropriatur scientiæ; et eas ordinat ad finem, et hic ordo appropriatur bonitati vel voluntati : II, 97 *a*; VII, 262 *b*.

224. — infima per media ordinat, et reducit ad summa : VI, 49 *b*; VII, 266 *b*.

225. — sicut res produxit secundum altitudinem summæ virtutis, sic eas regit secundum rectitudinem veritatis, et perficit secundum plenitudinem bonitatis : VII, 330 *b*.

226. Dei providentia est mystica scala Jacob : XIII, 224 *b*.

227. Dei providentia in nos respectu temporalium et spiritualium bonorum expenditur : X, 552 *a*-553 *a*, 559 *a*-561 *b*; XIII, 417 *b*. In

Digitized by Google

ea ergo confidendum : x, 561 *b*-564 *a* ; xiii, 582 *b*-583 *a* ; xiv, 15 *a*-16 *a*.
228. Dei providentia quanta in nos appareat ex deputatione angelorum ad nostram custodiam : xiv, 116 *a*-118 *b*.
229. Dei providentia ad omnes extenditur absque acceptione personarum : ii, 79 *a*, 199 *a* ; v, 36 *a*. Non tamen per hoc excluditur ordinata communicatio boni : v, 36 *a*. Divina providentia expenditur in tribulationibus bonorum, et prosperitatibus malorum, et in permissione principum malorum : xi, 497 *ab*. Dei providentia in distinctione et dispositione rerum expenditur : xiv, 121 *ab*.
230. Quomodo sit verum, quod alter alterius loco possit accipere coronam salva infallibilitate divinæ præscientiæ : ii, 102 *b*-103 *a*.
231. Voluntas, qua Deus vult omnes salvos fieri, non est proprie electio ; potest tamen dici prædestinatio inchoata, et per modum dispositionis tantum : ii, 104 *b*, 105 *a*.
232. In Deo, respectu nostri, recognoscenda est voluntas duplex, sc. absoluta, et conditionata : ii, 196 *b*-199 *a*.
233. — prædestinat omnes, quantum est de se, id est voluntate antecedente ; ideo omnibus præparat gratiam et auxilia necessaria : ii, 103 *b*, 104 *b*, 105 *a*, 196 *b*-199 *a*.
234. — prædestinare dicitur, dum proponit dare gratiam, et præparat gloriam : ii, 197 *a*.
Vid. Prædestinatio, Prædestinatus.
235. — dedit semper, in omni statu, auxilia sufficientia ad salutem : iv, 31 *b*, 549 *a*, 552 *a*, 660 *b*.
236. Actus irascibilis non est in Deo, quamvis sit in beatis : i, 155 *a*.
237. — an recte dici possit non denegare gratiam facienti quod in se est : v, 592 *a*, 593 *a*, 595 *b*-596 *a*, 648 *a*, 670 *a* ; vii, 656 *b*.
238. — habet signa iræ, non iram : ii, 177 *a*. Neminem quantum ad affectum odit Deus, sed quantum ad effectum solummodo : ii, 117 *ab*. Quomodo dicatur diligere malos : v, 34 *b*-35 *a*. Qualiter dicatur odisse peccatorem : iii, 454 *a*. *Vid.* Reprobatio.
239. Dei amor in creaturas non est affectus, sed effectus, hicque est vel actu, vel habitu ; unde potest dici Deus amasse ab æterno creaturas, et eas actu amare in tempore : iv, 632 *ab*, 657 *ab* ; v, 31 *a*-42 *b*. Non est aliud quam boni communicatio, quæ si attenditur secundum rationem habitualem, respicit bonitatem Dei, secundum actualem vero respicit voluntatem : i, 44 *a* ; ii, 105 *a*.
240. Hic est prædestinatus, ille est præscitus, id est, hic est a Deo præcognitus ut salvandus per Dei gratiam, ille est a Deo præcognitus ut damnandus ob propriam culpam : ii, 101 *a*. *Vid.* Prædestinatus, Præscitus.
241. Reprobis Deus confert gratiam in tempore, non attendendo futura peccata, sed præsentem idoneitatem ad gratiam recipiendam : iii, 314 *b*. *Vid.* Reprobus.
242. — non facit injuste respectu parvulorum decedentium sine baptismo, quare : iii, 394 *ab*.
243. — non fecit nos ad pœnam quantum ad antecedentem voluntatem : ii, 210 *b*.
244. Dei permissio est voluntas signi, seu signum quod velit non id ipsum quod permittitur, sed id quod elicitur ex illo : ii, 211 *a*.
245. Dei judicia dicuntur dupliciter, sc. uno modo judicativa præcepta quæ erant in lege, altero divina dispositio, et divini consilii definitio, et ista sunt incomprehensibilia, remota revelatione : vi, 526 *b*. Judicia Dei alia sunt quæ reprobos damnant, alia quæ electos justificant, alia quæ justificatos beatificant : ix, 304 *b*. Quare dicantur jucunda, et quomodo timenda sint : ix, 371 *b*, 376 *b*-377 *a*, 416 *a*, 494 *a*, 502 *a*, 511 *b*, 524 *b*, 534 *a*, 535 *b*, 540 *a*, 654 *a* ; x, 9 *b*-10 *a*, 578 *a* ; xiii, 381 *ab*.
246. — quomodo indurare dicatur : ii, 107 *a*-110 *b* ; ix, 271 *a* ; xi, 430 *b*-431 *a*.
247. — solus est causa efficiens gratiæ, licet gratia possit esse ab agente creato, tanquam ministrante, vel excitante, vel impetrante : i, 239 *a*-241 *b* ; iii, 245 *b*-246 *a* ; v, 359 *a*-361 *b*.
248. Solus Deus potest in formam deiformem : i, 240 *b*, 241 *b*.
249. Dei diffusio ad extra est effectus bonitatis ipsius, et actio communis toti Trinitati : i, 328 *ab*.
250. — cum infundit gratiam habitualem animæ, in ipsa inhabitat tanquam in proprio domicilio, et anima habet facultatem fruendi ipso Deo : i, 237 *b*-238 *b*, 246 *b*-247 *a* ; iii, 307 *b*-310 *b* ; iv, 12 *a* ; vii, 253 *a*, 381 *a*. Ejus habitatio quomodo differat ab apparitione, descensione et missione : vii, 234 *a*.
251. — cum confert gratiam animæ, eam acceptat in sponsam, in filiam et in templum : iii, 309 *a*.
252. An Deus posset creaturam facere quæ esset ei grata absque munere gratiæ : iii, 310 *a*, 312 *b*.
253. — quare ante gratiam dederit legem : xi, 265 *a*.
254. — non acceptat hominem propter bona opera, nec aliquod meritum ; sed necesse est ut in homine præcedat gratia : iii,

Digitized by Google

310 *b*-313 *a*. Hinc in gratiæ collatione relucet proprie misericordia Dei, justitia vero nonnisi largissime sumpta : VI, 635 *b*. Deus cum acceptat aliquem in amicum, confert ei gratiam sanctificantem, nec quisquam fieri potest vere et proprie amicus Dei sine gratia : III, 293 *a*, 315 *a*.

255. — semper præsto est, et promptus ad dandam gratiam : III, 312 *b*; V, 660 *b*; XIII, 308 *a*, 315 *b*. Hinc dicitur sol emittens radios ad corda peccatorum : XIII, 261 *ab*, 262 *b*-263 *a*.

256. Quomodo Deus sit amor : VIII, 439 *a*.

257. — quomodo faciat cooperari malum ad bonum hominis : II, 195 *a*; IV, 439 *ab*. Probabilius est Deum majora bona contulisse homini lapso, quam contulisset permanenti in statu innocentiæ : III, 321 *a*.

258. — non concurrit gratia excitante ad opera indifferentia, nec ad mala, sed tantum ad bona : III, 493 *b*.

259. — in quo sensu det gratiam sine mensura : IV, 276 *b*-277 *a*.

260. — quare maluerit nobis dare gloriam per impletionem mandatorum, quam sine ejusmodi conditione : V, 160 *b*.

261. — tribuit gratiam necessariam ad observantiam mandatorum : 160 *a*.

262. Qualis ordo servetur a Deo in vocando ad pœnitentiam, et conferendo gratiam : III, 295 *b*; V, 564 *b*-565 *b*, 665 *a*-667 *b*; VII, 299 *b*-300 *a*.

263. — quare uni peccatori majora beneficia tribuat quam alteri, non est nobis quærendum : VII, 258 *ab*.

264. — est vita animæ nostræ, et quomodo : V, 657 *ab*; IX, 372 *b*-373 *a*; XI, 332 *a*.

265. — vocat peccatores ad pœnitentiam, conversos ad opera justitiæ, et perfectos ad majorem perfectionem : XIII, 115 *ab*. Vocat ad se, sc. clausos ad ostium luminis, ægrotos ad medicum salutis, naufragos ad portum quietis : IX, 303 *b*; X, 208 *a*, 614 *b*; XI, 260 *b*. Tripliciter venatur animas : XIII, 348 *b*. Vocat omnes : IX, 303 *b*; XIII, 483 *a*, 539 *a*; et quidem absque acceptione personarum : II, 196 *b*-199 *a*; IV, 660 *b*. Vocat instanter, gratis et generaliter : 331 *b*-332 *b*.

266. — etiam trahens peccatores ad pœnitentiam, non aufert illis libertatem : V, 661 *b*. Diversimode trahit homines : XI, 351 *ab*; XIII, 315 *b*, 316 *a*, 399 *ab*, 416 *a*. Quam soleter venetur animas : XIII, 348 *b*, 480 *ab*. *Vid.* CHRISTUS, n. 750.

267. Deus qui fecit te sine te, quomodo intelligendum sit quod non justificabit te sine te : V, 565 *a*, 660 *a*, *b*-661 *b*; VII, 299 *b*-300 *a*.

268. — potest justificare absque gratia, quamvis justificatio non sit nisi per gratiam : V, 660 *a*. In justificatione impii plus dat gratiæ, et amplius confert bonum, quam sit necessarium : *ibid.*

269. — solus potest liberare a culpa : XI, 563 *ab*. Per misericordiam remittit offensam, dando gratiam; sed satisfactionem exigit de ipso damno, quod intulit sibi peccator : VI, 13 *ab*.

270. — qualem ordinem servet in justificatione peccatoris : VII, 299 *a*; IX, 175 *b*-176 *a*.

271. — triplici modo loquitur nobis, sc. vel per aliquem sonum auribus nostris allatum, vel per aliquod signum in imaginatione formatum, vel per aliquod inspirationis verbum instillatum mentibus : II, 497 *ab*, 500 *ab*. Primis duobus modis loqui solet ministerio angelorum, tertio vero non loquitur nisi per semetipsum : 500 *b*. Hinc dicitur nobis loqui per angelum multipliciter : II, 499 *a*. Alloquitur nobis, vel arguendo et comminando, vel docendo, vel suadendo, vel promittendo, vel consolando dulciter, vel susurrando familiariter : VIII, 411 *b*-412 *a*. Loquitur nobis per inspirationem, exemplum et flagella : IX, 244 *a*. Effectus allocutionis Dei quales : IX, 333 *a*, 394 *b*, 416 *a*. Dei allocutiones multiplices et inspirationes expenduntur, et qualiter a falsis discernantur : VIII, 412 *ab*, 415 *a*-417 *a*; IX, 260 *b*, 274 *a*, 281 *ab*. Quando nos alloquitur, quot modis audiatur : II, 499 *a*-501 *b*; VIII, 412 *ab*, 413 *b*, 414 *b*; IX, 158 *b*, 374 *a*, *b*, 385 *a*. Dei inspirationes admittendæ, et quantum periculum in earum negligentia : X, 581 *b*-582 *a*. Deus trahit animam inspirationibus, revelationibus, blanditiis, admonitionibus, minis et adversitatibus : XI, 351 *ab*, 428 *ab*; XIII, 314 *a*-316 *a*, 399 *ab*.

272. Respectus Dei in bonos et malos in hac vita, et altera, per gratiam et pœnam expenditur : XIII, 247 *b*-248 *b*.

273. Dei est maxima gloria justificare impium : I, 240 *a*.

274. — solus potest immittere cogitationes animæ; diabolus vero tantummodo suggerere : II, 452 *b*-454 *a*. Deus infundit revelationes potius in somnis, quam in vigiliis, quare : III, 232 *b*.

275. — non tenetur tribuere præmium operibus nostris ratione dati et accepti : III, 280 *b*.

276. Deum expellere, est gratiam ejus perdere : III, 484 *b*. Quomodo Deus expellatur ab anima : *ibid.*

277. Dei incarnatio opus fuit gratiæ et mise-

Digitized by Google

ricordiæ divinæ : IV, 19 *b*-26 *b*. Deus humanatus dici potest : 167 *ab*; homo vero deificatus nonnisi improprie : *ibid.* Deus humanatus dicitur esse circulus, quomodo : IX, 169 *a*. Quot modis intelligi possit, vel affirmare liceat de Deo, quod factus sit homo : 172 *a*-174 *a*; et de homine, quod factus sit Deus : 474 *b*-475 *b*. Ad nos descendit, ut nos ad ipsum ascenderemus : IX, 259 *b*.

278. Quomodo dici possit de Deo quod necessario redemit hominem : IV, 425 *ab*.

279. Deum diligentibus, in quo sensu omnia cooperentur in bonum : V, 11 *b*.

280. — est velut mare, ad quod redeunt flumina actionum gratiarum, ut iterum fluant : IX, 590 *b*.

281. — solus beatificat : IX, 580 *a*. Est totale objectum animam quietans : XIII, 330 *a*-331 *b*.

282. Dei visitatio multiplex expenditur : X, 253 *b*-254 *a*. Dei venire ad animam idem est, ac eam justificare, glorificare, et in ea habitare : XI, 583 *b*-584 *a*.

283. Dei gratiæ efficacitas in conversione peccatoris quanta : XI, 91 *a*; sed illam aufert a negligentibus : 90 *a*.

284. — cum sit lux vera, quosnam illuminet, et per quid : XI, 532 *b*-533 *a*, 561 *b*-562 *a*; XII, 11 *b*. — solus est lux vera, quæ intelligit, et cætera intelligere facit : II, 493 *b*-494 *a*, 536 *b*-537 *a*.

285. — dormientem in peccato excitat gratiæ infusione, clamore doctrinæ, illustratione interiori, et impulsu castigationis : XI, 570 *b*-571 *b*. Excitat hominem ad bonum per gratiam, doctrinam et pœnam : XIII, 11 *b*-12 *b*.

286. Dei benedictio consistit in collatione gratiæ et gloriæ : XIII, 322 *b*-333 *a*.

287. Dei gratia illuminat et inflammat ut ignis : XIII, 585 *ab*. Ad eam possidendam et conservandam, vult Deus in nobis cor mundum, humile, latum per charitatem, et clausum per taciturnitatem : XIV, 102 *a*-103 *a*.

288. Deus effective non annihilat gratiam; sed gratia deficit in seipsa, anima avertente se a Deo : III, 615 *a*. Defectus gratiæ non habet causam efficientem, sed deficientem : II, 394 *a*.

289. — quomodo elevet animam per gratiam, non localiter, sed per deiformitatem : VII, 296 *b*-297 *a*. Quomodo nos convivificet per gratiam : IV, 478 *a*.

290. Dei dona naturalia improprie dicuntur gratia gratis data, quare : II, 412 *b*-413 *a*. *Vid.* GRATIA.

291. Deus est sanctus in creatione, sanctus in redemptione, sanctus in glorificatione : XIII, 318 *ab*.

292. Dei misericordia large sumpta dicitur divinæ bonitatis affluentia; communiter sumpta, est in supererogatione bonorum supra merita; proprie vero est in sublevatione malorum : VI, 534 *a*. *Vid.* DARE, n. 8.

293. Justitia Dei large sumpta est condecentia divinæ bonitatis; communiter, est liberalitas in retributione bonorum secundum merita; stricte, est severitas in punitione malorum : VI, 534 *a*.

294. Dei misericordia et justitia relucent in omni opere Dei respectu nostri, nec possibile est eas ab invicem separari : III, 394 *ab*; VI, 533 *b*-534 *b*. Misericordia et justitia, prout dicunt effluxum compassionis, affectus et debiti, non sunt in Deo; prout vero dicunt effluxum perfectionum, sunt in Deo : VI, 533 *a*.

295. — dicitur justissimus non propter excessum in summo, sed propter accessum ad medium : VI, 533 *b*, 536 *b*.

296. Dei misericordia et veritas, seu bonitas et justitia cum reluceant in omnibus operibus Dei, tamen bonitas communicatur rebus, non justitia, quare : I, 33 *ab*; V, 659 *b*-660 *a*; VI, 13 *b*-14 *a*, 533 *a*.

297. Dei misericordia non dicitur eo quod faciat secundum merita, sed supra : VI, 534 *b*.

298. Dei misericordia quomodo reluceat simul cum justitia in opere pœnitentiali : III, 632 *b*; V, 390 *b*; VI, 535 *a*.

299. In primo adventu Christi reluxit præcipue misericordia, et in ultimo magis relucebit justitia : VI, 530 *b*, 535 *ab*. Idem de utraque, tam pro hac vita, quam pro altera dicendum : VI, 56 *b*, 491 *a*, 534 *b*-535 *b*. Misericordia superexaltat judicium in præsenti, in futuro autem erit e converso : 491 *a*.

300. — non potest facere opus quod non habeat modum, speciem et ordinem, quæ tria respondent unitati ejus, veritati et bonitati : VI, 536 *a*. Ideo non potest relinquere impunitam culpam : III, 475 *a*-477 *a*; VI, 536 *ab*. Potest delere omnem pœnam subsequentem, sed non concomitantem, quæ inseparabilis est a culpa : VI, 536 *b*.

301. — cum sit æque misericors et justus, tamen dicitur proprium ejus misereri, quia est de suo bonus, de nostro vero justus : II, 240 *b*-241 *a*; X, 83 *b*. Quomodo misericordius vel justius agat cum uno, quam cum alio : VI, 530 *a*-532 *a*. Misericordia et justitia in Deo sunt æquales, non vero quoad effectus : 526 *b*. Deus pronior est ad miserendum, quam ad puniendum : I, 297 *b*; III, 407 *b*; V, 332 *b*, 390 *a*; VI, 560 *a*. Para-

Digitized by Google

tus est accipere pœnitentiam omnium in hac vita : v, 575 *b*.

302. — perfectus medicus animæ, perfectum largitur antidotum : v, 582 *a*, 611 *a*; vi, 468 *a*; vii, 311 *ab*; ix, 12 *a*, 262 *a*, 263 *a*, 303 *b*, 313 *a*, 315 *a*; xiii, 89 *a*, 279 *b*.

303. — non potest esse simul amicus et inimicus : v, 591 *b*.

304. — non delectatur in pœnis nostris, nisi quatenus sunt aptæ curandis infirmitatibus nostris : v, 611 *a*. Cum punit, id facit amore justitiæ, non vindictæ, nisi in quantum vindicta ipsa est effectus justitiæ : vi, 491 *a*.

305. Dei misericordia non considerat in pœnitente meritum, sed indigentiam et miseriam; unde remittit in confessione omnibus partem æqualem, id est proportionalem tormentorum : vi, 14 *b*.

306. — in judicio condemnabit filios suos reprobos, ut ostendat eos falso gestasse characterem; infideles autem jam judicati sunt : vi, 539 *b*-540 *a*.

307. Divina misericordia contra fomitem concupiscentiæ dat scintillam conscientiæ, et contra dæmones dat bonum angelum, gratiam et Spiritum sanctum : ii, 384 *a*.

308. — misericordiam suam summe manifestavit in missione Filii, justitiam vero in punitione angelorum : ii, 395 *a*-396 *b*.

309. Dei bonitas et sapientia maxime manifestantur in incarnatione Verbi : iv, 37 *ab*.

32. Probabile est diaboli virtutem tolli circa tentationum objecta, in quibus semel victus fuerit : II, 379 *b*; VIII, 102 *b*.
33. — quare velit coli ut Deus : VII, 265 *a*.
34. Dæmones habent naturalia integerrima quantum ad substantiam, non vero quoad habilitatem ad operationem determinatam : II, 386 *b*; IV, 635 *a*.
35. Dæmonum cognitio vel est innata, vel acquisita; hæcque, si est de rebus quæ subsunt rationi, habetur per experientiam; si supra, per revelationem : II, 408 *b*-409 *a*, 415 *b*-418 *a*; VIII, 102 *a*.
36. Qualiter fiat aliquando dæmonibus et malis hominibus revelatio veritatum excedentium propriam naturam : II, 409 *a*.
37. Deus aliquando impedit dæmonibus cognitionem rerum, quas alias cognoscerent naturaliter : II, 410 *ab*.
38. Dæmonum judicium speculativum etsi quoad substantiam sit integrum, est tamen per culpam obnubilatum; judicium vero practicum, quod respicit operationes, est omnino subversum : II, 411 *b*-412 *a*.
39. Falluntur etiam in multis ob suam præsumptuositatem : II, 412 *b*-413 *a*.
40. Cor diabolicum legitur immutatum, ingravatum, induratum, quomodo : IX, 409 *a*.
41. Dæmones habent phantasiam protervam, et concupiscentiam amentem, quomodo : II, 412 *a*; IX, 409 *a*.
42. Dæmones quomodo cognoscant naturalia et futura : VIII, 102 *a*; et qualia illa sint : II, 415 *b*-418 *a*.
43. De divinatione per dæmones facta agitur : *ibid.*
44. Dicere quod dæmones per seipsos futura contingentia præsciant certitudinaliter, est actus infidelitatis : II, 417 *a*.
45. Dæmones quomodo immittant somnia, et quid eis credendum : II, 417 *b*.
46. Dæmones prædicant aliquando vera ab eis cognita, vel sensus acrimonia, vel multa experientia, vel dolosa cautela, vel aliena doctrina : II, 417 *a*; VII, 387 *a*.
47. Dæmones habent habitum memoriæ, et quoad hoc est indelebilis; quoad actum vero aliquorum obliti sunt, et obliviscuntur : II, 414 *b*.
48. Species existentes in angelica memoria sunt indelebiles, quare : II, 414 *a*.
49. Quomodo intelligere dæmonum cadat sub tempore, et sub quali tempore : II, 415 *a*.
50. Cum judicium diaboli practicum sit perversum, appetit etiam quod est impossibile : II, 399 *b*.
51. Dæmones habent cognitionem Dei unius et trini ex cognitione habita in prima sui cognitione, sed minus perfectam propter suarum mentium obcæcationem : IV, 505 *a*.
52. Dæmones non habent fidem informem, prout est habitus virtuosus, infusus et voluntarius, sed quamdam credulitatem, per experimenta acquisitam, et necessitate quadam extortam : IV, 503 *a*-505 *a*; X, 87 *b*; XIV, 50 *b*.
53. Confitebantur ex timore, non ex reverentia Christum; nec corde, sed ore tantum; neque ex certitudine, sed ex conjecturatione : X, 325 *a*, 433 *a*.
54. Dæmones non habent spem, imo potius desperationem, sicut omnes damnati : IV, 566 *b*.
55. Qualis spes recognosci possit in dæmonibus respectu judicii : IV, 567 *a*.
56. Qualis differentia ponenda sit inter fidem informem malorum christianorum, hæreticorum et dæmonum : IV, 504 *a*-505 *a*.

Digitized by Google

57. Qualiter dæmones possint cognoscere cogitationes et intima cordis : I, 172 *b*-173 *a*; II, 455 *a*-457 *b*; IX, 670 *ab*.
58. Diaboli voluntas non potest rectificari, quare et quo sensu : II, 393 *b*-396 *a*; V, 579 *a*, 580 *a*.
59. Dæmones similes sunt in pœnitentia hominibus malis post mortem : II, 384 *a*; VIII, 101 *b*.
60. Dæmones in malo quomodo habeant continuationem malæ voluntatis quoad deformitatem, pronitatem, et actum peccandi : II, 398 *a*; VII, 387 *a*; VIII, 101 *b*-102 *a*.
61. Diaboli voluntas nunquam requiescit, sed semper actu peccat, modo superbia, modo invidia : II, 398 *a*; III, 95 *a*.
62. — habet semper voluntatem, sed non semper potestatem nocendi, nisi quando a Deo permittitur : X, 321 *b*.
63. — timet Deum, sed timor ille superatur et deturpatur voluntate mala : II, 398 *b*.
64. — quomodo semper insurgat per superbiam ad obtinendum quod potest, nempe dominium hominum, maxime sanctorum : II, 399 *ab*.
65. In angelis malis et damnatis inordinatus motus in Deum conversus est in pœnam : II, 402 *a*.
66. Dæmones quomodo demereantur continue : II, 385 *b*.
67. De libertate diaboli agitur : II, 392 *a*, 403 *a*-408 *a*.
68. Obstinatio in dæmonibus non tollit absolute usum libertatis, licet tollat ordinationem ad debitum finem : II, 404 *a*-406 *a*.
69. Potestas peccandi in dæmonibus, licet non sit libertas, tamen non est sine libertate : II, 405 *b*.
70. Obstinatio dæmonum minuit libertatem quoad subjectionem servitutis, non vero coactionis : II, 406 *a*.
71. Obstinatio dæmonum unde præcise oriatur : II, 404 *b*-406 *a*; V, 580 *a*.
72. — non amisit totaliter synderesim : VIII, 113 *a*.
73. — non potest satisfacere Deo, quia non habet mediatorem : V, 590 *b*.
74. — non peccavit in primo instanti suæ creationis, sed intervenit breve tempus : II, 332 *b*-335 *a*; VII, 264 *b*, 387 *a*; VIII, 101 *b*-102 *a*.
75. — ad quodnam cœlum voluerit ascendere : II, 290 *b*-291 *a*.
76. In diabolo superbia fuit motivum primum tentandi hominem, invidia vero motivum consequens et proximum : III, 95 *a*.
77. — quantum delectetur peccato : VIII, 249 *b*. Ejus cibus est peccatum : XIII, 139 *a*.
78. — in suis actibus semper peccat, sed non semper demeretur, nisi in vi administrativa respectu hominum : II, 398 *a*-402 *b*.
79. Diaboli peccatum quomodo cæteris gravius sit causalitate : III, 400 *b*.
80. — nos undique impugnat, decuit ergo dari nobis custodem angelum auxiliantem : II, 507 *a*.
81. — quando tentaverit primum hominem, et locutus ei fuerit ore serpentis : III, 91 *ab*. Quomodo illum in paradiso vicerit : 91 *a*-108 *b*; VII, 272 *b*-273 *b*.
82. — assumpsit figuram serpentis, ut per id significaretur calliditas nocendi spiritualiter : III, 92 *a*. Aliæ etiam rationes afferuntur : 95 *b*-97 *b*.
83. Diaboli tentamenta respectu nostri quam varia et multiplicia : III, 92 *a*-93 *b*.
84. — tentat vel ut leo, vel ut draco, sc. vel opprimendo, vel insidiando, etc. : III, 93 *b*; IV, 413 *a*.
85. — tentat hominem, ut efficiatur similis animali bruto per peccatum : III, 99 *a*.
86. — per mulieres illaqueat homines : III, 98 *b*-99 *a*.
87. Diaboli tentationes quando maneant separatæ a tentationibus carnis, et quando sint simul junctæ : III, 101 *b*-104 *a*. Quomodo se invicem excedant in gravitate et periculo : 104 *a*-106 *a*.
88. — ante adventum Christi possidebat genus humanum, licet injuste, sed homo juste detinebatur, quare : IV, 406 *a*, 422 *a*.
89. — qualiter dicatur dux, princeps, rex et caput malorum, et pater : I, 418 *a*; IV, 406 *a*; IX, 160 *b*; X, 433 *b*-434 *a*; XI, 383 *b*, 427 *b*, 454 *b*; XIII, 417 *a*.
90. —, ante passionem Christi, duplicem manum habebat, sc. attractivam et impellentem; utraque ipsi virtute passionis Christi ablata est : IV, 413 *a*; XIII, 10 *a*, 214 *ab*, 215 *b*-216 *a*.
91. — nunc non tot obsidet, quot obsederat ante passionem Christi : IV, 413 *b*.
92. — non potest in homines qui humiliter et devote se subjiciunt sacramentis et sacramentalibus; at in eos, qui ea contemnunt, exercet vires suas : IV, 413 *b*-414 *a*.
93. In fine mundi vires sumet diabolica potestas, quare : IV, 413 *b*.
94. — est medius inter Deum et hominem, non uniens, ut Christus, sed separans : IV, 419 *ab*.
95. Angeli mali malos vexant, et bonos juxta ordinationem Dei, sed præcipue malos, quare : VI, 66 *a*.
96. — assistit animæ exeunti e corpore, ut ei insidietur; et post separationem, si est in

Digitized by Google

peccato mortali, deducit eam in infernum : VI, 64 *a*; XIII, 145 *b*, 156 *a*, 253 *ab*, 312 *b*, 382 *a*-383 *a*.
97.— se transfigurat in angelum lucis, ut adoretur : IV, 210 *b*-212 *b*; VI, 258 *a*.
98. Quale peccatum sit adoratio exhibita diabolo : IV, 211 *b*.
99. — tunc perfecte vincitur, quando non solum resistitur ei, sed et assequimur oppositum illius, ad quod nos pertrahere nitebatur : III, 162 *b*-163 *a*, 290 *b*; VII, 654 *b*.
100. — quali argumento, seu syllogismo usus sit ad decipiendam Evam : IX, 23 *a*.
101. — decipit sub specie boni : *ibid.*, *et* XII, 370 *a*.
102. Diaboli multiplex tentatio adversus homines exponitur : III, 91 *a*-99 *b*; IX, 566 *ab*; X, 73 *b*; XII, 365 *b*-368 *b*; XIII, 255 *a*.
103. Diaboli versutia in tentando detegitur : IX, 285 *ab*; XI, 185 *b*; XIII, 514 *b*-515 *a*.
104. Diaboli malitia, et cor quam perversum : IX, 409 *a*; X, 320 *b*.
105. — immittit cogitationem triplicem in cor hominis, sc. deliciosam, malitiosam et ambitiosam : IX, 470 *a*.
106. Animæ hostis crudelis diabolus : X, 74 *b*; XII, 94 *b*. Diaboli crudelitas in hominem quanta : X, 433 *b*-434 *a*; XI, 454 *b*; XIII, 165 *a*, 177 *a*, 185 *b*-186 *a*.
107. — quomodo ad se trahat suos : XI, 428 *b*-429 *a*.
108. — quomodo princeps mundi dicatur : XI, 427 *b*-428 *a*, 598 *b*; XIII, 223 *b*, 431 *ab*. — princeps fraudulentissimus, inquietissimus, crudelissimus et injustissimus : XIII, 254 *b*-255 *b*.
109. Diabolicæ tentationis effectus describitur : XIII, 61 *b*-62 *a*.
110. — tradit animam suggestionibus, illudit, flagellat, conspuit in faciem ejus : XIII, 133 *b*-134 *b*.
111. — utitur trina tentatione, qua tentavit Christum, ut homines sæculares, et spirituales, et nobiles decipiat : XII, 149 *a*-150 *a*, *b*, 153 *ab*.
112. Diabolus ut vincatur, quænam requirantur : VIII, 102 *b*; XIII, 147 *b*-148 *b*, 156 *a*, *b*-157 *a*, 172 *b*-173 *a*, 195 *b*, 235 *b*-236 *a*, 273 *a*, 387 *b*-388 *a*, 413 *a*, 440 *b*, 449 *a*-452 *a*; XIV, 42 *a*, 46 *b*-47 *a*, 276 *ab*.
113. Diabolo resistere, et eum vincere, qualiter differant : III, 292 *b*; VII, 654 *b*.
114. — qualiter ejiciatur de corde et anima : XIII, 152 *ab*, 166 *a*.
115. — facit hominem cæcum et mutum : XIII, 165 *a*.
116. — decipit promittendo, sed non solvit : XIII, 163 *b*.
117. Diaboli malitia in decipiendo qualis : XIII, 214 *a*.
118. Leones infernales, sc. diaboli, quomodo puniant persecutores Danielis, id est Christi : XIII, 217 *b*.
119. — figuratus in Balaam, et anima peccatrix in illius asina : XIII, 190.
120. — figuratus per Satan affligentem Job in rebus, in amicis et in corpore, persequitur populum Dei : *ibid.*
121. — figuratus per Assyrios, persequitur animam : XIII, 278 *b*-279 *a*.
122. — decipit homines promittendo modo voluptates et divitias, modo longam vitam, modo pœnitentiam finalem : XIII, 254 *b*.
123. Diaboli doctrina qualis : XIII, 259 *b*.
124. — est mercator iniquus, emens animas et omnia pretiosa nostra, et ad hoc pulsat continue januam cordis nostri : XIII, 278 *b*-279 *a*.
125. — quænam stipendia det sibi servientibus, et exercitui suo : XIII, 280 *a*.
126. — quam minima det, ut ipsum adores : XIII, 298 *a*. Dat exigua, et multa exigit : 272 *a*.
127. — devorator animarum, pastor perversus, fur merita furans, mactans in culpa, et perdens in gehenna : 313 *a* (*ubi legitur* macerent, *pro* mactent.)
128. — venator et piscator : *ibid.*, *et* 316 *b*, 399 *b*.
129. — est homo persequens animam in morte, et Ecclesiam Dei : 313 *b*.
130. Dæmones sunt aucupes, venatores et latrones studentes perdere hominem in insidiis : *ibid. et* 347 *a*, 407 *a*; IX, 266 *a*.
131. — trahit hominem de bono ad malum ore et cauda serpentina, tum de malo ad malum, ac denique de mundo in infernum : XIII, 316 *b*, 399 *b*.
132. Diaboli hamus, rete et sagena quænam sint : *ibid.*
133. — amicus fraudulentus, qui pro vino propinat venenum, cibatque suos pane vitiorum : 362 *a*, 378 *a*.
134. — gravius tentat homines pœnitentes, quam peccatores : 361 *b*.
135. — obsidet animam in mundo multiplici tentatione, in extremo coangustat corporis infirmitate, judicis severitate et dæmonis crudelitate, et prosternit in inferno : 382 *a*-383 *a*.
136. Dæmones sunt apes malignantes, obsidentes animam : 382 *b*.
137. — armatus astutiis est et nequitiis contra nos : 387 *b*.
138. — qualiter oculos eruat homini, liget pedes, manus, collum et linguam, et tra-

Digitized by Google

hat ad patibulum inferni : 397 *b*-399 *a*.
139. — quos et quomodo trahat ad se : 399 *b*, 416 *ab*.
140. — quomodo dicatur traxisse tertiam partem stellarum cœli : 416 *a*, 447 *a*.
141. — est coquus coquens in inferno peccatores : XIII, 401 *b*.
142. Dæmones sunt latrones spoliantes hominem gratuitis virtutibus, vulnerantes eum in naturalibus, et debilitantes in viribus potentiarum : 153 *a*, 228 *b*, 407 *a*.
143. — pater crudelis peccatorum ostenditur : 417 *a*.
144. — quomodo funibus peccatorum liget hominem in lecto concupiscentiæ : 447 *b*-448 *a*, 450 *b*.
145. Diabolo adhæret peccator ejus voluntatem faciendo, et vivendo luxuriose exemplo filii prodigi : 450 *a*.
146. Electi quinam Dei sint, quinam vero diaboli : 458 *b*.
147. Sub diabolo incurvatur anima peccando : 478 *b*.
148. — comparatur aquilæ, vel etiam leænæ, quare et quomodo : 491 *a*.
149. Diaboli servorum infelicitas qualis : XIII, 416 *ab*, 504 *b*.
150. Signa servientium diabolo : VIII, 339 *a* ; XIII, 60 *ab*, 61 *a*, 292 *b*.
151. Diabolo desponsatur anima peccatrix : XIII, 86 *b*-87 *a*.
152. Diaboli varia tentamenta expenduntur, quæ per bonos angelos repelluntur : XII, 331 *b* ; XIII, 604 *b*.
153. — et peccator qualiter conveniant : XIV, 50 *b*-51 *a*.
154. — utitur suis sequacibus ad decipiendas animas : XII, 94 *b* ; XIII, 316 *b*.
155. — est hostis inermis, qui solum suggestionibus, non vi potest impugnare : XII, 331 *b*.
156. Quam sit debilis ejus potestas tentandi nos absque nostro concursu : II, 379 *a*.
157. — qualiter accendat prunas vitiorum : XIII, 85 *a*.
158. Dæmones latrones, quomodo tendant nobis laqueos ante et retro, a dextris et a sinistris : XIII, 482 *b*.
159. — quomodo teneat peccatorem clausum et captivum, Christus vero ei exhibeat clavem se liberandi : XIII, 279 *b*.
160. — nititur impedire hominem in meditatione divinæ legis occupatum, non vero in aliis subtilitatibus : XII, 232 *b*.
161. — multipliciter nocet, et decipit homines : VIII, 102 *b*-103 *a* ; XII, 94 *b*.
162. — tentationes ingerit proportionatas naturæ hominis : XII, 94 *b*.
163. — qualiter tentet contemplativos et devotos, maxime circa judicandum alios : XII, 681 *b*.
164. — quomodo sit homicida, fur et adulter : XIII, 313 *a*.
165. — semper vigilat ad nostrum malum : XII, 388 *b*.
166. Dæmonis potestas, seu virtus naturalis quomodo superet cæteras super terram : II, 379 *a*.
167. Dæmonis potestas in fine dilatabitur, et quomodo : *ibid.*
168. Dæmonum potestas circa opera supra naturam, et circa productionem rerum naturalium expenditur : II, 409 *ab*, 418 *a*-427 *b*.
169. Dæmones quomodo possint inducere formas naturales et artificiales : II, 421 *a*-424 *b*.
170. Dæmones vere eduxerunt serpentes per magos Pharaonis, quomodo : 423 *b*-424 *a*.
171. Dæmones incubi et succubi : II, 442 *b* ; VI, 487 *b*-488 *a*.
172. De potestate dæmonis circa formationem et assumptionem corporum, circa opera vegetativæ et sensitivæ virtutis agitur : II, 431 *b*-446 *a*.
173. Dæmones non possunt illabi animæ, et quare : II, 448 *a*-449 *b* ; XIII, 164 *a*.
174. Dæmones quomodo possint habitare in corporibus nostris, et vexare nos : II, 446 *b*-447 *b*.
175. Dæmones quot modis possint illudere sensus nostros : 449 *b*-452 *b*.
176. Dæmones quomodo et quando possint immittere cogitationes malas mentibus nostris : II, 452 *b*-454 *a* ; IX, 470 *a*.
177. — quomodo possit incendere igni concupiscentiæ animas nostras : II, 454 *a*-455 *a*.
178. — non potest nos cogere ad peccatum : 455 *a*.
179. — non potest abdita cordis nostri cognoscere : 455 *a*-457 *b*.
180. — non potest facere vera miracula, licet mirabilia reliqua operetur : II, 410 *b*-427 *b* ; VII, 387 *ab* ; XIII, 2 *b*.
181. Quatuor modi assignantur discernendi an miracula sint a diabolo : II, 424 *a*-425 *a* ; III, 33 *b*-34 *a* ; VII, 387 *ab*.
182. Diaboli impotentia in tentando detegitur : XII, 332 *a*.
183. — nihil potest nocumenti inferre, nec etiam bestiis, nisi permissus : X, 434 *b*.
184. Diaboli potestati traduntur bestialiter viventes : X, 168 *b*, 435 *a*.
185. — constituitur super aliquem quatuor modis : IX, 288 *a*.

Digitized by Google

186. Diabolo data est major potestas in serpentes, quam in cætera animantia; item in actus venereos, quare : VI, 332 *a*.
187. Angelorum malorum locus est aer caliginosus, non locus subterraneus, et hoc ad exercitium hominum; licet aliqui ad infernum descendant etiam ad torquendas animas : II, 378 *b*, 382 *b*-384 *a*; VIII, 101 *a*.
188. Diaboli sunt in secunda aeris regione, unde commovent frequenter ventos et tempestates : II, 378 *b*.
189. Diaboli locus proprius est infernus, sed differtur ad nostrum exercitium : II, 383 *b*; VIII, 101 *a*.
190. Dæmones frequenter circa nos volitant, sicut muscæ, quia eorum locus est aer : II, 383 *b*.
191. Dæmones aliquando exeunt ex inferno, quia habent operationem aliquam ad nos exercendos : VI, 513 *b*.
192. — diversimode habitat in quatuor generibus malorum : IX, 263 *b*.
193. — quomodo habitet in animabus : VI, 68 *b*.
194. Diaboli locus est homo immundus : X, 432 *b*.
195. — quomodo possideat in pace peccatorem : X, 532 *ab*; XIII, 208 *a*.
196. Diaboli domus est anima peccatoris : X, 431 *a*; XIII, 278 *a*, 291 *a*.
197. Diaboli sunt porci in immunditiis peccatorum habitantes : XI, 13 *a*.
198. Diaboli tabernaculum est luxuriosus : XIII, 95 *b*.
199. Diaboli sedes est anima iniqui : XIII, 309 *a*.
200. — quomodo intret in cor peccatoris : XIII, 164 *a*.
201. Dæmonibus probabiliter differtur pœna ignis materialis usque ad diem judicii, quare : II, 384 *a*-385 *b*.
202. Dæmonum et damnatorum pœnæ enumerantur : VI, 601 *b*-609 *b*, 617 *b*-620 *b*.
203. Dæmones secum probabiliter ferunt pœnam infernalem : II, 384 *a*-385 *b*.
204. Dæmones patiuntur, licet non habeant sensum materialem : II, 445 *b*.
205. Dæmones torquentur flammis vitiorum et iræ : II, 385 *a*.
206. — fuit punitus a Deo ob persuasionem factam Evæ : III, 73 *b*.
207. Dæmones et damnati patiuntur ab extrinseco per influentiam ignis, secundum ordinem justitiæ : VI, 591 *a*.
208. Diabolo debetur major pœna nunc, quam quando cecidit : II, 399 *b*.
209. Dæmones semper infernum suum secum portant : VIII, 102 *a*.
210. Dæmonum perditio duplex, sc. in principio mundi, et in fine : X, 320 *b*.
211. Quomodo Evæ loqueretur dæmon per os serpentis : III, 91 *ab*.
212. Dæmones quomodo loquantur, et exerceant alia opera animæ sensitivæ : II, 443 *a*-446 *a*; VIII, 99 *b*-100 *b*.
213. — quo sensu, licet valde improprie, dicit possit filius Dei : I, 418 *a*.
214. Diaboli servi sunt peccatores : I, 418 *a*; IX, 350 *a*.
215. Qualis hæreditas contingat peccatoribus in desponsatione eorum cum filiabus diaboli : XIII, 164 *b*.
216. — finaliter factus est ad exercitium et promotionem bonorum : II, 329 *a*, 426 *b*.
217. Dæmonum consilium, auxilium aut ministerium non potest rogari absque gravissimo peccato, quare : II, 425 *a*-427 *b*.
218. Dæmonum invocatio, ferre signa vel characteres diaboli, maximum peccatum : *ibid.*, *et* XII, 236 *a*.
219. Dæmonum obsequium suscipiens etiam in iis quæ non sunt contra fidem et mores, etiam non credendo, nec aliquem eis honorem impendendo, peccat graviter peccato inobedientiæ : II, 426 *b*.
220. Dæmonum obsequium in inveniendis rebus perditis, est peccatum contra prohibitionem justam, quomodo : II, 427 *ab*; VII, 387 *a*.
221. Dæmones quomodo accusaturi sint in judicio peccatorem de abditis cordis : II, 456 *b*.
222. Diaboli character est peccatum : *ibid. inferius*. Quomodo imprimat characterem : V, 381 *a*.
223. Dæmones fuerunt de variis ordinibus secundum quid, non simpliciter, cum ad perfectionem ordinis requiratur natura et gratia : II, 475 *b*-476 *a*.
224. Dæmones non proprie mittuntur a Deo, sed tantum permittuntur : 486 *a*.
225.— curat adorari ut Deus, quare : IX, 57 *b*.
226. — an possit adorari sine peccato : IV, 210 *b*-212 *b*; VI, 258 *a*.
227. Dæmones et damnati an sint diligendi ex charitate : IV, 634 *ab*.
228. An sint proximi nostri : 634 *b*.
229. — potest expelli sine infusione gratiæ; non sic culpa, quare : V, 367 *b*.
230. Dæmonum vermis et synderesis qualis : VI, 620 *a*.
231. Dæmones probabilius non erunt tortores post judicium, licet opposita sententia sit quoque probabilis : VI, 540 *b*.
232. Dæmones judicabuntur cum cæteris : 544 *b*.

Digitized by Google

233. Quomodo diabolus dicatur jam judicatus : VI, 544 *b*.
234.— quomodo præsideat divitiis : IX, 294 *b*.
235. Dæmones quomodo castra Dei sint : IX, 307 *a*.
236. Diaboli perversitas expenditur : IX, 409 *a*.
237. — quomodo vocetur senex rex et fatuus : IX, 621 *a*.
238. — vexat et opprimit suos in luto luxuriæ, in lateribus avaritiæ, et in paleis superbiæ, exemplo Ægyptiorum : X, 74 *b*.
239. — maledictus maledictione culpæ et pœnæ : X, 98 *a*.
240. — per idololatriam fit idolo præsidens, sicque magnificatur in idolo : 98 *b*.
241. Diabolo serviens quisque quomodo subjiciatur tributis : 144 *b*.
242. — quomodo omnia regna mundi ostenderit Christo : 305 *ab*.
243. — tentando Christum, auctoritates Scripturæ truncat, et ad suam partem detrahit : 308 *a*.
244. Diaboli sectatores quærunt divitias, honores et delicias : 326 *a*.
245. — ore Christum fatetur, corde odit : 325 *a*.
246. Diaboli arma quænam sint : 531 *b*.
247. Diaboli est dispergere, Christi vero congregare : X, 532 *a*.
248. — expellitur spiritualiter abstinentia et orationis instantia : 532 *b*.
249. Dæmonibus qualiter peccator adhæreat : XI, 12 *b*.
250. Diaboli servitus quam infelix : X, 144 *b*; XI, 12 *b*-13 *b*, 32 *b*, 454 *b*.
251. Diaboli parochiani quinam sint : XI, 42 *b*.
252. — lupus crudelis, dispergens oves : XI, 399 *b*.
253. — quare dicatur immundus spiritus : X, 320 *a*.
254. — quare, viso Christo, exclamaverit : 320 *b*.
255. — quare dicatur homicida ab initio : XI, 383 *b*.
256. Dæmones valde timent Christianos : X, 435 *b*.
257. Dæmones quantum timeant Christi adventum, et Eucharistiam : XIII, 29 *a*, 35 *a*.
258. — quomodo dicatur hypocrita : XIII, 35 *b*-36 *a*.
259. Diabolus et mundus vincuntur in virtute sancti nominis Jesu : XIII, 68 *b*.
260. — detestatur super omnia unitatem : XIII, 72 *ab*.
261. Diabolo acriores dolores infligimus per confessionem : 76 *a*.
262. — quomodo dicatur primus et novissimus : 121 *a*.
263. Dæmones sunt bestiæ saltus : XIII, 135 *a*.
264. — significatur per piscem, qui invasurus mox erat juniorem Tobiam : 156 *a*.
265. Peccatores quinam sint pejores dæmone : 164 *a*.
266. Quinam sint velut ciconiæ diaboli, ferentes ranas in ore : 169 *ab*.
267. Diaboli asinus et equus est peccator, portans gravissimum onus : 190 *a*, 255 *a*.
268.— vilis carbonarius : 237 *b*. — leo crudelis : 242 *b*.
269. Diaboli osculum est securitas in peccato : 254 *b*.
270. Dæmones sunt bestiæ crudeles, quibus traduntur peccatores : 273 *a*.
271. — draco, et quibus alis eum effugere possimus : 281 *ab*. *Vid. sup.*, n. 6.
272. Dæmones ejicere est peccata expellere : 290 *b*-291 *a*.
273. Diaboli oculi quinam sint : 297 *b*.
274. — datur esca in peccato permanentibus : 308 *b*-309 *a*.
275. Dæmonum mysterium sunt, qui alios trahunt ad iniquitatem : 317 *a*.
276. Benedictio diaboli duplex, una adulationis, alia fortunæ : 322 *b*. Qualem gratiam offerat : XIV, 244 *b*.
277. — faber crudelis in damnatos : 334 *b*.
278. — est frater peccatorum : 358 *ab*.
279. — adoravit Eucharistiam, dum a sacerdote portabatur ad infirmum : XII, 236 *ab*.
280. Animas in purgatorio non puniunt dæmones : VIII, 230 *b*.
281. — alius aliud vitium sectatur : VIII, 102 *b*.
282. De dæmonibus multa ex sanctis Patribus : VII, 63 *a*-64 *b*.
283. — omnia perverse agit, et quare Deus id permittat : VII, 265 *a*.
284. — inducitur in animam per triplicem libidinem : IX, 145 *b*.
285. — imprimit libenter quod in se habet, sc. furorem, concupiscentiam et phantasiam protervam : IX, 146 *a*.
286. — falsus medicus : IX, 313 *a*.
287. — quam timeat nomen B. Virginis Mariæ : XIV, 241 *a*.
288. — in quibusdam sculpit figuram leonis, in aliis draconis, vel canis, vel talpæ, vel asini, vel lupi, vel ursi, quomodo : VIII, 339 *a*; X, 80 *b*; XII, 378 *a*; XIII, 85 *b*.
289. Diaboli aqua sunt voluptates carnales, quibus anima ipsi dedicatur : XIV, 126 *a*.
290. — carpentarius in ædificatione civitatis mundi : XIV, 130 *b*.
291. — habet septem filias, sc. septem vitia capitalia, inter quæ luxuria datur in conjugem omnibus, cætera diversis : VIII, 280 *a*.

Digitized by Google

292. — Dei inimicus, qui superseminavit zizania : XIII, 110 *a*, 111 *a*, 113 *b*.
Vid. ABIRE, n. 1, ANGELUS, *passim*, ANIMA, n. 76, AQUILA, n. 7, AQUILO, n. 2-3, BEATITUDO, n. 21, CHRISTUS, n. 444, 469, 478, 520, 537, 632, 750, 756, 788, 867, CIBUS, n. 11, CIVITAS, n. 2, CONSOLATIO, n. 5, COR, n. 30, 48-49, 51, CURIA, n. 1, DIVES, n. 2, HOMO, etc.
DIALYTON, seu asyntheton, quæ figura sit : IX, 234 *a*.
DIACONATUS. 1. — est ordo sacer a Christo institutus, cujus officium est immediate assistere sacerdoti celebranti : VI, 167 *b*, 175 *b*, 183 *b*; VII, 427 *a*; VIII, 226 *a*; IX, 141 *a*, *b*, 142 *b*, 143 *b*.
2. Quandonam imprimatur character in diaconatu : VI, 167 *b*, 168 *b*-170 *a*.
DIACONISSÆ. 1. Diaconissarum, quæ constituebantur in primitiva Ecclesia, officium quale fuerit : VI, 199 *b*-200 *a*.
2. Erant absque ordinibus sacris : *ibid.*
DIACONUS. 1. — interpretatur minister : VI, 183 *b*.
2. Diaconi in primitiva Ecclesia sanguinem Christi dispensabant : VI, 167 *b*; IX, 141 *a*.
3. Diaconi quare levitæ dicantur : VI, 167 *b*.
4. — præbens thuribulum sacerdoti quomodo significet Christum et angelum : VIII, 269 *a*.
5. — legens Evangelium, quare faciat crucem in libro, in fronte et in pectore : IX, 570 *b*.
6. — quare offerat post Evangelium librum apertum sacerdoti, et clausum canonicis in choro : IX, 226 *a*, 299 *a*.
7. Diaconorum ordo respondet Dominationibus : IX, 141 *b*.
8. — matrimonium contrahens punitur ut bigmus : VI, 226 *ab*.
DIADEMA quare dicatur Christus : IX, 278 *b*.
DIALECTICA. 1. — seu logica Christi, habet syllogismum constructivum et reparativum, quomodo : IX, 23 *a*.
2. — diaboli quænam sit : *ibid.*
3. — a sacra Scriptura habuit initium, et habet in ea complementum : IX, 8 *b*, 11 *a*.
4. — sub quali respectu sit actus rationis : VII, 500 *a*.
5. — quomodo descendat a Patre luminum : VII, 503 *a*.
6. — quomodo inserviat ad cognoscendam lucem æternæ veritatis : IX, 53 *b*.
DIANA. 1. — dicitur stella Veneris, quare : XIV, 5 *a*. — dicitur etiam stella matutina : *ibid.*
2. Dianæ, seu Veneris stellæ proprietates : VIII, 92 *a*.
3. Dianæ templum Ephesinum quo fine combustum sit : XIII, 513 *a*.
DIAPHANEITAS requiritur ad abstractionem speciei, sicut et ad diffusionem lucis : III, 175 *a*.
DIAPSALMA qualis figura sit : IX, 162 *b*.
DICERE. 1. — est vel ad se, vel ad alterum; in divinis primo modo est Verbum ab æterno generatum, secundo est verbum expressum per creaturas in tempore : I, 443 *b*-444 *a*.
2. — an sit idem in angelo, ac cogitare : II, 498 *a*.
3. — in divinis est actus notionalis : I, 444 *a*, *b*.
4. — et intelligere, in Deo qualiter differant : I, 444 *ab*, 521 *b*-522 *a*.
5. — et intelligere in nobis sic se habent, ut non intelligamus nisi per verbum; et ideo se habent ut effectus subordinati, et ut rationes quo et quod : I, 444 *b*.
6. — in divinis tripliciter sumitur, sc. vel est idem ac intelligere, vel idem ac generare, vel idem ac creare : I, 443 *b*.
7. — qualem reflexionem importet supra dicentem ac supra dictum : 444 *b*.
8. — est cogitando intueri, et intuendo concipere, ut in Patre æterno et in nobis; in Filio autem et Spiritu sancto est intuitus sine conceptu prolis : 444 *ab*.
9. In divinis Pater dicit se Verbo, id est, dicendo generat Verbum : 517 *b*.
10. — Dei aliquando importat productionem alicujus effectus ad exterius; aliquando actum quasi exterius, sed relatum ad interius; aliquando actum intrinsecum et absolutum, quo quælibet persona intelligit se et alia : II, 543 *b*-544 *b*; IX, 289 *a*.
11. — est duplex, sc. vel ore proferre, vel asserere : IV, 267 *b*.
12. Dicendi modus est triplex, sc. univocus, analogus et æquivocus : I, 236 *b*.
13. — Dei ad hominem quid sit : X, 558 *b*.
DICI. 1. — diversimode est, sc. vel secundum modum per se, vel per accidens, vel secundum modum intelligendi : I, 370 *b*-371 *a*.
2. In Deo secundum modum essendi omnia dicuntur uno modo, sc. per se; secundum vero modum intelligendi quædam dicuntur per modum substantiæ, quædam per modum qualitatis, et quædam secundum diversum modum se habendi : I, 371 *a*.
3. De Deo quot modis aliqua dicantur secundum substantiam, et secundum relationem : I, 404 *b*-405 *a*.
4. Dici ex tempore, est quod vel temporale est, vel dicit respectum ad temporale : 482 *a*.
5. Dici per accidens stat tripliciter, prout opponitur vel ad substantiam, vel ad per se, vel ad necessarium : 483 *b*.
6. Benedictio secundum dici, et secundum esse, quæ sit : XIII, 322 *b*.

Digitized by Google

Vid. Æquivocatio, Analogum, Relatio, Univocum.

DICTAMEN naturæ. 1. — quid sit : III, 536 *b*; VII, 353 *b*.

2. — quomodo sit in generali, vel etiam in speciali : V, 678 *a*; VII, 353 *b*.

3. — est rectitudo indita a Deo in creatura rationali ad recte judicandum et recte volendum, estque duplex adjutorium datum a Deo : III, 536 *b*-537 *a*; VII, 269 *a*.

DICTIO. 1. — geminata in sancta Scriptura aliquando sumitur interposite, aliquando significat universalitatem, aliquando multitudinem : IX, 168 *a*.

2. — geminata non interposita significat vel confirmationem, vel velocitatem, vel amorem, vel iram : *ibid.*

3. Dictionis subtractio quandoque fit in Scriptura, quandoque appositio, et quid importet : IX, 177 *b*.

4. — exclusiva, et exceptiva, quid operetur in propositione : I, 353 *b*, 355 *ab*.

Vid. Exceptiva, Exclusiva, Fallacia.

DIDRACHMA mystice est passio quam Christus obtulit pro nobis : IX, 290 *a*.

DIES. 1. — quid importet, et in quo differant dies, mane et vespera : II, 359 *b*.

2. — distinguitur per revolutionem solis ab oriente ad orientem per occidentem : II, 586 *b*; IX, 434 *b*.

3. Dierum distinctio fit per motum solis, crescunt vel decrescunt, secundum quod per illum motum acceditur ad solstitium æstivale, vel ad hyemale : II, 586 *b*; VII, 261 *b*.

4. — computatur dupliciter in Scriptura, sc. vel copulando diem præcedentem nocti sequenti, vel copulando noctem præcedentem diei sequenti a vespera ad vesperam, et quare : II, 542 *ab*.

5. — a Græcis computatur a mane ad mane, ab Hebræis a vespera ad vesperam, ab astronomis a meridie ad meridiem, ab Ecclesia a media nocte ad mediam noctem; et quare ista diversitas servetur : II, 542 *a*.

6. — naturalis duo importat, sc. claritatem aeris, et successionem temporis : II, 550 *b*.

7. — perfectus quomodo fuerit in prima creatione lucis : *ibid.*

8. — dicitur bonus vel malus, secundum quod est mensura bonæ vel malæ operationis : II, 608 *b*. Diem benedicere, quid sit : *ibid.*

9. — hebdomadæ quare diverse denominentur, sc. Dominica a nostra lege, Sabbatum a lege Judæorum, et quinque reliqui dies more gentilium, substitutis tamen appellationibus et numeris feriarum : II, 609 *a*.

10. Dierum distinctio in creatione mundi expenditur : II, 527 *b*-531 *a*, 545 *a*-562 *b*.

11. — secunda quare non fuerit laudata a Deo : II, 565 *b*.

12. — et nox quomodo immediate dividant tempus : 537 *a*.

13. — an fuerit triduo ante productionem solis : 545 *a*-548 *a*.

14. — Domini est — judicii et mortis : IX, 166 *b*. Quare dicatur modo occultus, modo manifestus : *ibid.*

15. — Christi, seu illuminatio triplex, sc. intellectus, affectus et gloriæ : XI, 388 *b*, 409 *a*.

16. — mystice significat Christum, angelos, justos, vitam præsentem, æternam, tempus gratiæ, legem, fidem, cognitionem, Novum Testamentum, et certitudinem : IX, 178 *a*, 276 *b*-277 *a*.

17. — sabbati stat pro tempore, pro septimana, et pro solemnitate Judæorum : IX, 184 *a*.

18. — prima quare dicatur Dominica, vel etiam Solis : II, 609 *a*; IX, 184 *a*.

19. Ex diebus creationis quinam habuerint vesperam, et quinam non : IX, 269 *a*.

20. — ruinæ, angustiæ et vindictæ quinam sint : IX, 425 *b*-426 *a*.

21. Per diem significatur in Scriptura omnis motus substratus, et universum tempus fundatum : IX, 435 *a*.

22. — naturæ spectat ad motum circularem, fortunæ ad motum sæcularem, et gratiæ ad motum salutarem : *ibid. immediate post.*

23. — judicii dicitur — agnitionis, quare : X, 26 *b*.

24. — Parasceves erat dies Veneris, et interpretatur præparatio : XI, 219 *b*.

25. — Christi, quem desideravit Abraham, qualis, quam clarus, quam pulcher, et quotuplex fuerit : XI, 387 *b*-388 *a*.

26. — materialis sicut est latio solis super terram, sic dies spiritualis affert illuminationem intellectus per fidem, et affectus per charitatem : XI, 409 *a* (*ubi potius legendum* inflammatio affectus.)

27. — festus alius est satanicus, alius humanus, alius angelicus, alius cœlicus, et quid sint : XI, 557 *b*-558 *a*.

28. — mystici tres in quibus debemus de somno surgere, sc. gratiæ, iræ et gloriæ : XIII, 11 *b*-12 *a*.— aliter triplex, sc. incipientium, proficientium et perfectorum : XIII, 39 *a*.

29. Sol intellectualis, currens in hemisphærio nostræ intelligentiæ, facit diem spiritualem : IX, 81 *a*.

30. — sex creationis mystice trahuntur ad sex visiones scientiales : IX, 48 *a*; item ad sex ætates corporis mystici Christi : 101 *ab*; et ad sex ætates hominis : VII, 243 *ab*.

Digitized by Google

31. — spiritualis animæ quomodo acquiratur per septem dona Spiritus sancti, sc. timoris : VII, 598 *b*-599 *b*; pietatis : 603 *b*-605 *b*; scientiæ : 608 *b*-609 *b*; fortitudinis : 614 *b*-616 *a*; consilii : 621 *a*-622 *b*; intellectus : 632 *a*-635 *b*; sapientiæ : 639 *a*-640 *a*.
32. — in mente frequenter fit, cum nox est in corpore : VII, 599 *a*.
33. — festi quomodo colendi : XII, 454 *b*-455 *a*.
34. — sabbati dicatus est Mariæ, quia in Maria sola remansit fides tempore sepulturæ Christi : XII, 612 *b*.
35. —, mane et vespere in angelis important cognitionem meridianam, matutinam et vespertinam : II, 359 *b*. *Vid.* ANGELUS, n. 169-171.
36. Dierum longitudo quare aliis concedatur, aliis negetur : IX, 640 *ab*. Vera dierum longitudo sita est in bonorum operum multitudine : 640 *a*.
37. — significat aliquando Deum Patrem, aliquando Filium, aliquando Spiritum sanctum : IX, 298 *a*.
Vid. ANIMA, n. 403, CHRISTUS, n. 654, 749, 759, DEUS, n. 176, 623, DOMINICA, GLORIA, LUX, SABBATUM.

DIFFERENS. 1. Ex pluribus differentibus formaliter, seu in actu, non potest fieri unum per essentiam : VI, 170 *b*.
2. Posse creare et generare, posse creari et generari, nihil differens realiter dicunt in Deo quoad principale significatum, bene autem quoad connotatum : I, 135 *b*-137 *b*.
3. Abstractum quodnam sit differens a parte rei, a re a qua abstrahitur : I, 439 *a*.

DIFFERENTIA. 1. — in creaturis est triplex : prima est substantiæ, virtutis et operationis, sive substantiæ, et accidentis; secunda est suppositi, et essentiæ; tertia est entis, et esse : prima est in omni subjecto, secunda in omni individuo, tertia in omni creato et concreato : I, 161 *ab*.
2. — et multiplicitas sunt unum et idem, et ob id in Deum non cadit, nec compositio : I, 161 *a*, *b*.
3. Ubi est differentia, ibi est compositio : I, 158 *a*, 161 *b*.
4. In omnem creaturam cadit aliqua differentia : I, 161 *b*.
5. Habens varietatem formarum, et generis, speciei et differentiæ, habet et multiplicitatem intrinsecam : I, 157 *a*, 179 *a*.
6. Differentiæ seipsis differunt, non per aliud, alias esset abire in infinitum; in ipsis ergo est status : I, 226 *ab*. Innotescunt tamen per alias consequentes : 339 *a*.
7. Differentiæ primæ et summæ sunt inter incausatum, et causatum, inter ens actu, et ens in potentia : I, 339 *a*.
8. Differentiæ primæ primi generis sunt corporeum et incorporeum : II, 263 *b*, 314 *a*.
9. Differentiæ aliquæ important perfectionem, aliæ mixtæ sunt cum imperfectione : VI, 565 *b*.
10. Differentiæ primæ spiritualium et corporalium sunt simplicitas et compositio : II, 314 *a*.
11. Differentiæ rerum accipiuntur secundum comparationem quam habent ad invicem, non in ordine ad Deum : II, 270 *b*.
12. — debet esse prior eo, cujus est differentia : II, 271 *b*.
13. Differentiæ essentialis cognitio fere semper habetur a posteriori : II, 272 *b*.
14. Differentia non prædicatur de se in abstractione : I, 529 *a*.
15. — eadem constituit, ac distinguit : III, 40 *a*.
16. — essentialis dat esse rei, quomodo : IV, 149 *ab*.
17. — aliqua potest dari ita adhærens generi, ut ipsa sublata tollatur genus : IV, 612 *a*.
18. Differentiæ dicunt aptitudinem, non actum : V, 510 *b*.
19. — notat vel alietatem suppositorum, vel naturarum, vel statuum : I, 491 *ab*.
20. Differentiæ aliæ sunt perfectivæ simpliciter, aliæ perfectivæ cum diminutione : VI, 565 *b*.
21. Differentiæ ad genus reducuntur, ut privationes ad suos habitus : IX, 51 *a*.
22. — addita vel est complens, vel distrahens : V, 99 *ab*.
23. Differentiæ essentiales sunt constitutivæ eorum quorum sunt differentiæ, ac proinde ex eisdem principiis manant, ex quibus manant ipsa constitutiva; nec alternantur circa individuum ejusdem speciei : III, 575 *a*.
24. — essentialis aliquid addit supra illud quod dividit : *ibid. immediate post*.
25. Differentiæ oppositæ dividunt genus : III, 52 *ab*.
26. Quæ habent alias et alias differentias essentiales, necesse est ipsa ab invicem differre : V, 66 *b*.
27. Differentiæ essentiales rem diversificant et numero et specie : VI, 456 *b*.
28. — fundata in absolutis facit compositionem, non vero illa quæ fundatur in relativis : I, 421 *ab*.
29. Differentiæ individualis, et specificæ discrimen : I, 407 *ab*.

DIFFERRE. 1. In divinis an et quomodo Pater differat a Filio : I, 93 *b*, 170 *b*-171 *a*.

Digitized by Google

2. Esse Deum, et esse Patrem, differunt secundum rationem intelligendi ; illud enim est absolutum, istud relativum : I, 136 *a*, 533 *a*.
3. Quantitas molis essentialiter differt ab ipso quanto, non vero quantitas virtutis : I, 293 *a*.
4. — re potest esse vel secundum essentiam, vel secundum personam : I, 341 *b*.
5. Quæ differunt re, differunt vel numero, vel specie, vel genere : I, 339 *b* ; II, 318 *a*.
6. Quæcumque differunt numero, numerant omnia quæ sunt in ipsis ex parte principii formalis : I, 341 *a*.
7. Quæ differunt numero, sunt separabilia saltem imaginatione et intellectu : *ibid.*
8. Differre ratione aliquid dicitur vel a parte nostræ apprehensionis, vel secundum differentiam attributionis, vel secundum pluralitatem distinctionis : hæc tertia est maxima trium, prima est minima : 421 *a*.
9. — secundum relationem est differre secundum modum se habendi : III, 165 *a*.

DIFFICILE. Virtus circa difficile versatur : III, 329 *b* ; XIV, 426 *b*.

DIFFICULTAS in opere ex duobus capitibus provenire potest, sc. vel ex genere operis, vel ex defectu seu inordinatione operantis ; prima est essentialis virtuti, secunda est per accidens : III, 329 *b* ; IX, 592 *b*-593 *a* ; XIV, 427 *a*. Provenire etiam potest ex tertio capite, sc. ex circumstantiis extrinsecus annexis : XIV, 427 *ab*.

DIFFIDENTIA. 1. — sui qualiter habenda : IX, 324 *a*.
2. — Dei quæ mala pariat : IX, 411 *a*. *Vid.* DESPERATIO, n. 4.

DIFFUSIO Dei ad intra et ad extra exponitur : I, 188 *b* ; II, 259 *a* ; IX, 83 *ab*.

DIGITUS. 1. Digitorum singulorum nomina : IX, 124 *a*.
2. Numerorum supputatio per varias digitorum positiones exponitur : IX, 124 *ab*.
3. — Dei dicitur vel tertia persona in Trinitate, vel divinæ potentiæ virtus vel fortitudo, vel dona Spiritus sancti, vel discretio : IX, 571 *b* ; XI, 374 *a* ; XIII, 179 *a*.
4. Digiti tres sunt tres personæ Trinitatis : IX, 571 *b* ; XIII, 318 *b*.

DIGNITAS. 1. — sacerdotalis qualis : V, 9 *a*.
2. — conditionis humanæ exponitur tum ex creatione, tum ex redemptione, tum ex qualitate animæ : XII, 40 *a*-42 *a*, 58 *b*, 87 *b*-89 *a*, 100 *b*.
3. Dignitatis honorisque alieni concupiscentia qualiter prohibeatur in Decalogo : V, 228 *ab*.
4. Dignitates et prælaturæ in Ecclesia qualiter institutæ, et qualiter appetendæ vel fugiendæ : VII, 209 *b*-210 *a*.
5. Ecclesiasticæ dignitates sunt fructus magnificentiæ Dei : X, 136 *b*-137 *b*.

DIGNITATES, alias maximæ, sunt propositiones universales, per se notæ et ab omnibus acceptatæ : I, 150 *b*.

DIGNUM et indignum non habent medium, sed bene digne et indigne respectu receptionis sacramentorum : V, 448 *a*.

DII. 1. — important plures deos quoad naturam : I, 383 *b*.
2. Hæc tamen vox non est significativa : I, 97 *b*-98 *b*.
3. — dicuntur idola nuncupative tantum : X, 99 *b*.
4. Diis alienis servire quid sit : XI, 360 *b*.
5. Deorum nomine veniunt in sacra Scriptura non solum boni, sed etiam aliquando mali, et quomodo : XIII, 177 *a*, 225 *b*.
6. — quomodo homines appellentur : XI, 404 *b*.

Vid. CYBELE, DIVITIÆ, n. 5, HOMO.

DIJUDICARE quid sit, et quas conditiones requirat, et quomodo possimus abstrahere per id a sensilibus et creatis ad divina : VII, 138 *b*-139 *a* ; XII, 8 *a*.

DILATARE. Dilatat Deus diverse pœnitentes, proficientes et pervenientes : IX, 361 *b*.

DILATATIO est cordis motus, quo movetur ab interiori ad exterius, seu ab inferiori ad superius, sc. a centro ad circumferentiam : IX, 361 *b*.

DILATIO. 1. — pœnitentiæ quam periculosa : VII, 142 *ab*.
2. — restitutionis est fructus inordinati amoris habendi, et de se peccatum mortale : VII, 364 *b*, 541 *b*.

DILECTIO. 1. — in eo differt ab amore et charitate, quod dicit amoris adhæsionem cum electione, amor vero non importat hujusmodi electionem, et charitas superaddit ad hæc magnam appretiationem : I, 185 *ab* ; VIII, 439 *a*-441 *b*. Est amor cum delectatione, complacentia et quietatione : I, 278 *b*-279 *a*.
2. — est affectio rationalium et intellectualium : VII, 238 *b*.
3. — quo sensu sit amor boni : V, 32 *b*.
4. — respicit similitudinem : IV, 627 *ab*.
5. — quædam est quæ oritur ex consideratione bonitatis, quædam quæ est principium bonitatis : II, 105 *a*.
6. — in divinis accipitur essentialiter, notionaliter et personaliter : I, 186 *ab*, 193 *ab*.
7. — Dei ad homines et angelos se habet ut excedens et excessum : V, 37 *b*.
8. — Dei ad creaturas est generalis quantum ad effectus naturæ, sed specialis quantum ad effectus gratiæ : V, 34 *a*.

Digitized by Google

9. — qua Deus diligit creaturas una est cum ea qua diligit se; sed ad Deum relata est fruitio, ad creaturas relata est usus : v, 33 *a*.
10. Dilectionis motus in Deum et in proximum quomodo sit unus, simul et diversus : iv, 612 *b*-625 *b*.
11. De dilectione proximi agitur : *ibid.*, *et* viii, 186 *a*-187 *b*, 536 *a*-538 *a*; ix, 463 *b*; xi, 586 *b*-588 *b*; xii, 387 *b*-388 *a*, 508 *ab*; xiv, 25 *a*-27 *b*.
12. Ad commendandam dilectionem, voluit Deus ut omnes nasceremur ex uno patre, redimeremur eodem sanguine Christi, et eadem mercede præmiaremur : x, 504 *b*.
13. In mandato dilectionis proximi includitur dilectio sui, atque etiam Dei : iv, 598 *a*.
14. Dilectio sui includitur in dilectione Dei : iv, 627 *b*.
15. — ipsa quomodo diligenda ex charitate : i, 278 *b*.
16. — Dei quænam sit naturalis, quænam gratuita et meritoria : ii, 343 *b*-344 *a*. Multiplex proponitur : xii, 508 *b*.
17. — Dei ex quanam cognitione proveniat : ii, 343 *b*.
18. Dilectionis proximi gradus qui sint : xii, 390 *ab*. — Dilectionis gradus vel est ratione boni optati, vel affectus intensi, vel affectus impensi : ii, 345 *ab*.
19. — inimicorum præcipiebatur implicite in lege veteri, nunc autem explicite præcipitur : iv, 557 *a*.
20. Ejus conditiones, et præcepti gravitas : x, 374 *a*.
21. — fruitionis est alicujus propter se, usus vero est propter aliud : i, 40 *b*-44 *b*; iv, 653 *ab*.
22. Dilectionis objectum est bonum in actu, vel in causa : v, 32 *b*.
23. — proximi quomodo dicatur impletio legis : iv, 48 *b*; xi, 587 *a*, 588 *a*. Quomodo exequenda : x, 504 *ab*.
24. — quomodo dirigat alios affectus animæ : v, 48 *b*-49 *a*.
25. — proximi formaliter non ponitur inter virtutes cardinales, sed eas adjuvat ad regulandum affectum nostrum circa proximum : v, 57 *b*.
26. — alia reflexiva, estque sui; alia connexiva, estque proximi; alia charitativa, estque Dei : ix, 83 *b*.
27. Dilectionis tres sunt species, nempe compassio, sc. naturæ; ultio, sc. culpæ; et devotio, sc. gratiæ : ix, 309 *a*.
28. — est actus inclytus voluntate rationali genitus, charitate vestitus, justitia nutritus, perseverantia custoditus : ix, 345 *a*.
29. — nascitur ex legis impletione : ix, 18 *a*.
30. — ostendi solet in dando, in cibando, in visitando, et in manifestando secreta : xiii, 309 *b*.
31. Fraterna dilectio naturam bonam ostendit, legem divinam complet, Jesu Christo assimilat, ab inferno liberat, et gloriam supernaturalem procurat : xiv, 25 *a*-27 *b*.
32. — qualis sine merito : ii, 341 *b*-345 *b*.
33. — alia est culpabilis, alia naturalis, alia fraterna, alia amicabilis, alia sacramentalis, seu conjugalis, alia supernaturalis : ix, 441 *a*; xi, 442 *a*.
34. — in quantum affectus inducit remissionem culpæ, et in quantum effectus remissionem pœnæ : x, 416 *a*.
35. — Dei quomodo cadat sub præcepto, et quomodo non : x, 504 *a*.
36. — quomodo sit maximum bonum : xi, 588 *a*.
37. — auro comparatur : xiii, 74 *b*, 75 *a*.
38. — quomodo sit fortior morte : xiv, 47 *b*.
39. Dilectionis in Deum et proximum necessitas expenditur, et probatur, traditurque modus : xiii, 437 *b*-445 *a*.
40. Dilectionis signa sunt detestatio peccati, repulsio inimicorum invisibilium, operatio mandatorum, provisio subditorum, renuntiatio terrenorum, et tolerantia adversitatum : viii, 185 *a*; xiii, 440 *b*-441 *b*.
41. Probatio dilectionis est exhibitio operis : xiii, 44 *ab*, 182 *a*, 578 *b*; xiv, 25 *b*.
42. Dilectio spiritualis non compatitur secum mixturam amoris carnalium : xii, 388 *ab*. Spiritualis dilectio mixta amore carnali est vinum mixtum aqua : 388 *b*.
43. Indicia carnalis amoris quæ sint : 389 *a*-390 *a*.
44. Affectus dilectionis datus est homini ut diligeret Deum super omnia, et se et proximum propter Deum : xii, 544 *a*.
45. Ad bonorum operum multiplicationem dilectio augetur : vii, 640 *a*.
46. — intrat illuc, ubi scientia stat foris : viii, 439 *a*.
47. — proximi quomodo servetur : xii, 174 *b*.
48. Dilectionis et odii certamen proponitur : vii, 79 *b*.
49. — quare dicatur mandatum mandatorum, cæterorum fundamentum, ornamentum et complementum : ix, 441 *a*.
50. Signum amoris in Deum est conformatio voluntatis propriæ voluntati divinæ : xiii, 578 *b*-579 *a*, 592 *ab*.

Vid. Amor *et* Charitas, *passim*, Diligere.

DILIGENDUS. Maria Virgo quomodo diligenda ex charitate ob conformitatem naturæ : iv, 628 *b*.

Digitized by Google

DILIGENTIA. 1. — in quo consistat respectu operum nostrorum : XII, 474 *ab*.
2. — contra negligentiam quomodo exercenda : XIV, 644 *b*.
3. — sæcularium arguit negligentiam religiosorum : VII, 42 *b*.

DILIGERE. 1. — importat actum connectendi sive concordandi, et spirandi : I, 517 *b*. — aliquid est vel affectu, vel effectu ; hinc multi se oderunt, sc. effectu, licet affectu se diligant : IV, 628 *a*.
2. — ex charitate est ordinare in summum bonum ; hinc proprie quatuor tantum diligenda sunt ex charitate, sc. Deus, anima nostra, proximus, et corpus nostrum : I, 37 *a* ; IV, 628 *b*-643 *b* ; VII, 307 *a* ; VIII, 185 *b*-186 *a*.
3. Diligentibus legem Dei tribuitur misericordia divina, sapientia et corona : IX, 530 *b*.
4. Modus diligendi Deum requirit ut in eum referantur omnes cogitationes, affectiones et operationes : X, 503 *b*.
5. Melius est diligere, quam diligi, ob multiplicem rationem : VIII, 186 *b*.
6. Pater et Filius diligunt se Spiritu sancto, sc. notionaliter, non vero essentialiter : I, 517 *a*-520 *a* ; VIII, 66 *b*.
7. Pater diligit seipso, sc. amore essentiali ; etiam Spiritu sancto, sed amore notionali : I, 520 *a*.
8. Quomodo ab æterno Deus dilexerit creaturas : I, 515 *b*-518 *a*.
9. Omne animal diligit sibi simile, sc. secundum speciem : VI, 414 *b*.

DILIGI. 1. Diligitur aliquid vel amore concupiscentiæ, vel propter se, vel propter aliud : II, 343 *a*.
2. Quotupliciter sine peccato alter altero magis diligi possit : VIII, 186 *a*.

DILUCULUM multiplex justorum et malorum : IX, 507 *b*.

DILUVIUM. Quare Deus mundum purgaverit per diluvium aquæ, et in fine mundi per elementum ignis purgaturus sit : VII, 335 *b*.

DIMENSIO. 1. Dimensionem habere aliquid potest dupliciter, sc. vel ex se, vel ratione ejus in quo est : II, 559 *b*.
2. — est prima passio loci : II, 41 *a*.
3. — luminis qualis : II, 559 *b*.
Vid. EXTENSIO, LOCUS, QUANTITAS.

DIMENSIVE. 1. — esse alicubi, quid sit : V, 459 *b*, 460 *a*.
2. Esse definitive, est superius ad esse circumscriptive ; esse dimensive, est æquari toti loco : V, 460 *a*.
3. Quod habet dimensionem, est dimensive in loco, modo tamen sit ut in loco locatum : V, 460 *b*. *Vid.* LOCUS.

DIMICARE ; *vid.* PUGNA.

DIMITTE nobis peccata nostra. 1. — qualem vim in obtinenda remissione peccatorum habeat, et an possit absque peccato dici ab eo qui habet odium in proximum : IV, 667 *a*, 675 *b*.
2. An B. Virgo potuerit dicere hanc precem : IV, 69 *b*.

DIMITTERE offensas quomodo cadat sub præcepto, modusque traditur : XI, 52 *ab*.

DIOCLETIANUS electus fuit Romanorum imperator per artem divinationis : IX, 58 *a*.

DIŒCESIS ; *vid.* EPISCOPUS, PAROCHUS.

DIOGENIS virtutes et honorum contemptus : XIII, 496 *b*-497 *a*, 544 *b*.

DIONYSII Tyranni exemplum : XIII, 564 *b*.

DIONYSII (S.) Areopagitæ testimonium de obscuratione solis in hora mortis Christi : XI, 215 *b*.

DIORYX quomodo interpretetur : I, 10 *a* (*ubi lege notam e*) ; X, 69 *a* ; XI, 215 *a*, *et* XIII, 14 *b* (*ubi datur vera ejus interpretatio, sc.* aquæductus).

DIPONDIUS est genus monetæ æquivalens duobus obolis : X, 552 *a*.

DISCALCEATIONIS pedum multiplex ratio assignatur : XIV, 494 *a*-495 *a*, 622 *a*-626 *b*.

DISCALCEATORUM pauperum sublimitas expenditur : XIII, 291 *b*.
Vid. CHRISTIANUS, n. 16, CHRISTUS, n. 316, 317.

DISCERE. 1. — habet homo maxime visu et auditu : IX, 593 *a*.
2. Quomodo discatur in schola Christi : XIII, 180 *b*-181 *a*. *Vid.* SCHOLA.
3. Discitur maxime experimento, exemplo, et documento intimo : IX, 410 *ab*.
17. — et Spiritus sanctus cur magis nominentur nominibus dicentibus respectum ad creaturas, quam Pater, et cur magis proprie nobis dari dicantur : I, 447 *ab*.
18. — et Spiritus sanctus an plenius post incarnationem dati sint : I, 256 *ab*.
19. — dicitur Filius, quia est ex vi naturæ; Imago, quia est per modum expressionis; Verbum, quia est aliis expressivum : I, 313 *b*, 441 *b*, 448 *b*, 502 *b*; VII, 233 *b*.
20. Causa exemplaris appropriatur Filio : I, 123 *b*-125 *b*. Quomodo procedat per modum exemplantis : *ibid. et* XI, 253 *a*.
21. Quomodo sit verum, quod solus Filius suscepit humanam naturam : IV, 119 *b*.
22. Quare dici non possit quod Filius Dei est prædestinatus, et tamen aliquo sensu dici possit quod prædestinatus est esse Filius Dei, vel quod homo est prædestinatus esse Filius Dei : IV, 175 *b*-181 *b*.
23. Num sola persona Filii sit incarnata : IV, 26 *b*-29 *a*.
24. Quare dicere liceat Filium Dei mortuum : IV, 453 *b*.
25. Filii Pater, et hujusmodi locutiones relativorum quales : I, 396 *a*.
26. — secundum divinitatem, triplicem modum habet essendi, sc. in omnibus per

Digitized by Google

essentiam, in justis per gratiam, et in Christo per unionem : v, 458 *b*.
27. — vere assumpsit naturam humanam totam existentem, sc. corpus et animam unitam, propter quod fieri potest idiomatum communicatio : iv, 128 *a* ; vii, 291 *b*. *Vid.* Assumere, 3-6, Assumptio, n. 2-9.
28. Quædam dicuntur de Filio Dei propter essentiam, quædam propter unionem : i, 264 *b*.
29. Pater, ut auctor, dici potest major Filio, nec tamen proprie dici potest Filius minor : i, 265 *b*, 470 *b*.
30. Filius naturalis importat imitationem per omnimodam assimilationem ; per imitationem vero expressam, quisquis factus est ad imaginem Dei, tenet rationem filii et facturæ ; et quidem filii Dei adoptione, si sit in gratia ; si autem in peccato, jam improprie filius Dei, proprie fit filius diaboli : i, 418 *a*.

Vid. Christus *per totum*, Deus, n. 31, 85, 91-100, 104, 106, 109, 122, *etc.*, Verbum.

FIMBRIA in Scriptura significat finem, vel minimum mandatum Evangelii, vel humanitatem Christi, vel virtutem : ix, 214 *a*.

FINGERE licet nomina ad explicationem rei, caute tamen, quando propria deficiunt : i, 418 *b*. *Vid.* Fictio.

FINIS. 1. — dicitur tripliciter, sc. vel terminus alicujus rei, vel perfectio, vel id propter quod unumquodque finitur : viii, 72 *a*.
2. — sonat vel finem loci, vel finem temporis, vel finem consummationis, et iste multiplex ; vel causam finalem : ix, 162 *ab*.
3. — idem est, ac propter quod : i, 33 *b*.
4. — est illud quo fruendum, id est ut objecto, non ut dispositivo : iii, 516 *b*.
5. — et causa efficiens sunt duo correlativa, sicut materia et forma constitutiva : i, 338 *b*.
6. — duplex est quatenus est causa, sc. propriissime, et est finis ultimus ; vel minus proprie, et est finis sub fine : i, 33 *b* ; ii, 620 *a* ; iii, 518 *b* ; iv, 631 *b*.
7. — dicitur dupliciter, quatenus significat vel complementum, vel terminum : ii, 151 *b*-152 *a*. (*Alio tamen in loco, sc.* v, 394, *S. Doctor idem per terminum, ac complementum videtur intelligere.*)
8. — principalis creaturæ est solus Deus : i, 471 *a* ; ii, 620 *a* ; iii, 309 *b*.
9. Omne bonum aut est finis, aut ad finem : i, 37 *b* ; iii, 430 *b*, 516 *ab*.
10. — de sui ratione dicit excessum bonitatis respectu ejus quod est ad finem, vel quod idem est, melior est his quæ sunt ad finem, quomodo : i, 470 *b*, 471 *a* ; ii, 267 *b* ; iii, 514 *a*, 515 *b*.
11. In Deo non cadit ratio finis respectu personarum divinarum, sed tantum respectu creaturarum : *ibid.*
12. — quomodo imponat necessitatem ad ea, quæ ad finem sunt : ii, 292 *b* ; iii, 56 *a* ; xiii, 510 *b*-511 *a*.
13. Cujus finis bonus, ipsum quoque bonum, quomodo intelligendum : i, 38 *a* ; iii, 513 *a*, 515 *a*.
14. Voluntas finis potest esse aut sicut objecti, aut sicut finis : iii, 512 *ab*.
15. — alius quo, sc. creaturæ ; alius in quo, sc. Deus : iii, 516 *b*.
16. An, et quando, eodem vel diverso motu, voluntas feratur in finem, et in ea quæ sunt ad finem : iii, 512 *ab*.
17. Quænam requirantur ad hoc, ut bonitas finis det bonitatem actui : iii, 512 *a*-515 *a*.
18. — alius operis, alius operantis : iii, 514 *b*-515 *a* ; xi, 259 *b*.
19. Beatitudo vera est finis bonæ voluntatis, falsa vero malæ : iii, 514 *a*.
20. Quomodo sit verum quod nemo malum operatur intendens ad malum : iii, 514 *b*.
21. Licet finis omnium bonarum voluntatum sit æqualiter bonus, non æqualiter ad eum omnes voluntates approximant, sed in hoc est diversitas graduum : iii, 515 *a*.
22. Charitas increata est finis in quo quiescit voluntas ; charitas creata consummata est finis quo in increata perfecte quiescit, estque beatorum ; charitas inchoata est finis quo in increata quiescit, ut nunc : iii, 516 *ab*.
23. — naturæ operantis est perfectio totalis formæ : iii, 515 *b*.
24. Quomodo charitas simul et Christus dici possint finis legis, seu præcepti : iii, 516 *b*.
25. Quomodo charitas possit esse simul finis nostrarum operationum, et causa efficiens, et formalis (id est exemplaris) : iii, 517 *ab*.
26. Voluntas bona unum tantum finem principalem potest habere, licet sæpe habeat plures fines, modo non oppositos, sed ut fines sub fine : iii, 518 *b*-519 *a*.
27. Mercenarius, bonus vel malus, quos fines sibi præfigat, et quomodo : iii, 519 *ab*.
28. Fines concupiscibilis, irascibilis et rationalis potentiæ quomodo possint esse boni, vel mali : iii, 519 *b*-520 *a*.
29. Voluntates bonæ, licet diversa media seu fines proximos eligant, eumdem omnes sibi constituunt finem principalem ; malæ vero diversos fines etiam principales : iii, 520 *b*-521 *a*.
30. Intentio finis quædam est in omni agente, sive agat necessario, sive ex quadam impetuositate, nec omnino necessaria, nec om-

Digitized by Google

nino libera, sive agat libere : III, 522 *b*-523 *b* ; XIII, 510 *b*. *Vid.* INTENTIO.
31. Finis est prior in intentione, et posterior in executione : XIII, 520 *b*.
32. Unitas finis non excludit multitudinem eorum quæ sunt ad finem : V, 169 *b*.
33. — rei duplex, sc. vel idem ac complementum, vel idem ac utilitas; et sic duplex intentio : V, 394 *b*.
34. Proprie Deus est finis solius creaturæ rationalis; cæterarum vero creaturarum finis est bonum intra terminos naturæ : II, 266 *a*; III, 312 *b* (*ubi, loco præposit.* infra, *lege* intra).
35. Finem habere absque principio est impossibile : II, 115 *a*.
36. — creationis rerum primarius est gloria Dei; secundarius vero, utilitas nostra : II, 265 *b*, 620 *a*-621 *a*.
37. Finem esse principalem, maximæ est dignitatis, non vero esse finem sub fine : II, 621 *a*.
38. Quomodo aliquid possit habere simul plures fines oppositos : VI, 9 *b*. Item plures fines minus principales : V, 248 *a*.
39. Plures fines sibi statuere tripliciter quisque potest : III, 518 *b*.
40. A qualitate finis dependet omnis laus tam dictorum, quam factorum : IX, 578 *b*; XIV, 8 *b*.
41. Cujus finis bonus, et ipsum bonum : I, 38 *a*. Verum est in operibus rationis, quæ ordinantur in finem : VI, 264 *b*.
42. — omnis scientiæ est bonum, seu beatitudo aliqua : XI, 244 *a*; vana tamen, et plena miseriis, si non fundetur in veritate Scripturarum : IX, 8 *b*-9 *a*.
43. — Novi et Veteris Testamenti Christus est : IX, 14 *a*.
44. — ingressus religionis jugiter habendus est in memoria : XII, 496 *b*.
45. Quæ sunt consimilis dispositionis, ordinantur ad consimilem finem : XIV, 50 *b*.
46. Omnis res aut est finis, aut ad finem deducens, aut ad finem tendens sive perveniens : I, 31 *b*.
47. — unus unius rei quo sensu esse debeat : V, 248 *a*; VI, 133 *a*.
48. Plures fines quare non dicamus, sicut plures articulos dicimus : III, 511 *b*.
49. — magis est eligendus, quam ea quæ sunt ad finem : I, 470 *b*; IV, 652 *b*.
50. — hominis in via est perfecte quærere veritatem : X, 45 *a*.

Vid. BEATITUDO, n. 3, 45, BONUM, n. 10, 39, 50, 86, CAUSA, n. 21, 31, 72, 75, 77, 78, 81, DEUS, n. 214, HOMO, MALUM, OPUS.

FINITUM. 1. — et infinitum non possunt univoce convenire : IV, 37 *a*.
2. — et infinitum quomodo possint esse species quantitatis : II, 152 *a*. *Vid.* QUANTITAS.
3. — potest in infinitum excedere aliud finitum, et quomodo : IV, 282 *b*, 314 *a*, 654 *b*.
4. Duo finita quandonam non possint se invicem nisi finite excedere : IV, 282 *b*.
5. Quibusnam in casibus possit, vel non, finito bono cuipiam aliud majus appeti : IV, 283.
6. — nullum potest replere capacitatem animæ : XIV, 78 *a*.
7. Finiti ad infinitum nulla est commensuratio : *ibid.*
8. — additum infinito nihil auget : II, 244 *b*.
9. — est omne quod habet statum, et quod exceditur ab altero : II, 148 *a*.
10. — omne est terminatum, et omne terminatum est mensuratum, et tale est modificatum : IV, 621 *a*.

Vid. INFINITUM.

FIRMAMENTUM. 1. — duobus modis in S. Scriptura sumitur, sc. stricte pro octava sphæra, in qua positæ sunt stellæ, et large pro natura quinti corporis, quæ divisit aquas ab aquis : II, 586 *a*.
2. Firmamenti natura, motus, influxus et proprietates expenduntur : II, 569 *a*-571 *b* ; VII, 489 *a*, *b*, 490 *a*, *b*, 491 *a*, 492 *a*, *b*, 493 *a*.
3. — non est naturæ ignis, sed ad ignem habet analogiam : II, 570 *ab*.
4. — cum non sit naturaliter calidum, quomodo calefaciat : II, 571 *ab*.
5. In firmamento continentur septem orbes planetarum : II, 588 *b*, 593 *b*; VII, 385 *a*.
6. — movetur motu proprio centum annis : II, 593 *b*.

Vid. AQUA, n. 4-5, CHRISTUS, n. 685, COELUM, n. 27, 35, ECCLESIA, n. 137, FIDES, n. 188, HOMO, MARIA.

FLAGELLUM. 1. — quodlibet immittitur a Deo, aut ad utilitatem flagellati, aut ad gloriam flagellantis : V, 587 *ab*.
2. Flagellorum utilitates tam in communi, quam in speciali, enumerantur : *ibid.*
3. Flagella in corpus et in animam pro hac et alia vita expenduntur : V, 587 *a*.
4. Flagellorum causa communiter accepta est culpa originalis; proprie sunt peccata actualia : V, 588 *a*.
5. Flagella a Deo immissa ordinantur ad gloriam, voluntate antecedente, non vero semper consequente : V, 588 *ab*.
6. Flagella a Deo immissa quomodo dicantur benigna et dulcia : IX, 113 *a*.
7. Flagella sunt funiculi trahentes ad Deum : XIII, 316 *a*.

Vid. ANIMADVERSIO, TRIBULATIO.

FLAGITIUM ; *vid.* SCELUS.

Digitized by Google

FLAMINIS baptismus ; *vid.* Baptismus, n. 28, 33, 35, 38, 42, 44, 147.
FLAMMA vitiorum quomodo incendat conscientiam : XIII, 85 *a*.
FLEGMATICI qui sint, vel cholerici, vel melancholici, per aspectum faciei medici judicant : XIII, 542 *b*.
FLENDUM. 1. — esse in hoc vita infantes ex ejulatu, quem statim nati emittunt, docent : VII, 19 *a*.
2. Homo invitatur ad flendum exemplo Christi : XIII, 379 *b*-380 *b*.
3. — pro culpa, pro gratia, pro miseria, et pro gloria : XIII, 379 *b*-380 *b*.
FLERE. Antiquitus in nativitate hominum flebant homines ob miserias vitæ humanæ : XIII, 570 *b*.
FLETUS. 1. —, planctus, risus et saltus in quo differant : IX, 609 *a*.
2. — alius compunctionis, alius compassionis, alius devotionis ; primus est collyrium, secundus unguentum, tertius balneum animæ : VIII, 318 *ab* ; XI, 124 *b*.
3. — alius pro incolatu præsentis miseriæ, alius pro appetitu felicitatis æternæ : XI, 124 *b*.
4. Ad fletum quædam incitamenta proponuntur, atque etiam impedimenta ipsius : VIII, 318 *b*-319 *a* ; XIII, 380 *b*-382 *a*.
5. Fletus emolumenta sex mirabilia exponuntur : VIII, 319 *ab*.
6. — pœnitentiæ suadetur multis rationibus : X, 369 *a*.
7. — pœnitentiæ promeretur risum spiritualem : *ibid.*
8. Christus nos excitat ad fletum suo exemplo : XI, 124 *ab*, 413 *b* ; XIII, 379 *b*.
9. — et lacrymæ quomodo irrigent paradisum conscientiæ, et exeant in quatuor flumina : XI, 124 *b*.
10. — qualis futurus sit in inferno, sc. per dolorem et gemitum : X, 596 *a*.
Vid. Calamitas, Christus, n. 363, Jerusalem, Lacrymæ.
FLORIDUS. 1. — idem quod Nazarenus, estque Christus : XI, 601 *a*.
2. — lectus Mariæ Virginis expenditur : XIV, 268 *b*.
3. Florida anima floribus virtutum : XIII, 63 *b*, 84 *b*.
FLOS. 1. Floris natura et proprietates aptantur Christo Salvatori : XI, 601 *a* ; XIV, 270 *a*.
2. Flores virginitatis, fœcunditatis, honestatis, immortalitatis, et folia virtutum B. Virginis expenduntur : XIV, 268 *a*-270 *a*.
3. Florum B. Virginis fructus sunt fœcunditas, humilitas, divinitas, et beata voluptas : XIV, 270 *a*.
4. Flores variorum colorum aptantur diversis sanctis Ecclesiæ : VIII, 437 *a*.
5. — egressus de virga est Christus Jesus : IX, 189 *b*.
6. —, florere, efflorere et reflorere multa, mystice significant : *ibid.*
7. — mysticus multiplex : *ibid.*, *et* XIII, 40 *ab*.
Vid. Christus, n. 684, 784, Fidelis, n. 3, Justus, Maria.
FLUMEN. 1. — in Scriptura multiplex exponitur : IX, 269 *ab* ; XI, 560 *ab* ; XIII, 252 *b*-253 *a*.
2. Quatuor flumina paradisi sunt quatuor virtutes cardinales : IX, 68 *b*.
3. Flumina exeunt a mari, et ad mare reverruntur, quomodo : IX, 592 *ab* ; et quo mystico sensu : IX, 91 *b* ; XIII, 583 *b*.
4. Flumina aquæ vivæ fluentes de ventre quænam : XI, 560 *ab*.
5. — est Christus, qui dividitur in quatuor, sc. in lacrymas, sudorem, sanguinem et aquam, per quæ irrigavit totum mundum : XIII, 47 *a*.
6. Litteralis sensus, allegoricus, tropologicus et anagogicus sunt quatuor flumina derivantia a Scripturis, et ad ipsas redeuntia : IX, 91 *b*.
7. — figurat mundum, quem alii aliter pertranseunt : IX, 234 *ab*.
Vid. Baptismus, n. 28, 30, 35, 41, etc., Christus, n. 658, 671, 727, 763, 781.
FLUVIUS. 1. — dicitur quasi perennis fluxus : I, 9 *a*.
2. — habet quatuor proprietates, sc. perennitatem, spatiositatem, circulationem et emundationem : I, 9 *ab* ; et figurat personarum divinarum emanationem, rerum mundanarum productionem, Filii Dei incarnationem, et sacramentorum dispensationem : 9 *a*-10 *b*.
3. Fluviorum quatuor exeuntium de paradiso significatio mystica exponitur : I, 11 *a*-14 *a*.
4. — aquæ vivæ procedens de sede Dei est sacra Scriptura, de qua sub hac metaphora proponuntur mirabilia : IX, 1 *a*-9 *a*.
5. — mundanarum scientiarum quam turbidus, quam tepidus et turgidus : IX, 6 *b*.
6. Fluvii infernales quatuor, et figurant pyromantiam, aeromantiam, hydromantiam et geomantiam : IX, 8 *a*.
Vid. Maria.
FŒCUNDITAS. 1. — S. Scripturæ respectu variorum sensuum, quam sit ampla super sensum scientiarum humanarum : IX, 89 *a*.
2. — in divinis est solum ratione primitatis, et ob id est solum in Patre et Filio : I, 206 *a*, 207 *a*.
FŒDERIS arcui comparatur S. Franciscus : XIV, 293 *b*. *Vid. Arcus*, n. 4.

Digitized by Google

FŒMINA. 1. — in quo sensu possit dici mas occasionatus : III, 87 *a*; IV, 269 *b*; VI, 474 *a*.
2. Fœminæ generatio non est præter naturam, nec contra naturam, sed secundum naturam; non tamen primo intenta a natura, cum hæc semper perfectius intendat generare : III, 87 *ab*. Quomodo intendatur a natura : VI, 474 *a*.
3. Causæ traduntur physicæ cur fœminæ majori numero sæpe generentur, quam masculi : III, 86 *a*-87 *a*.
4. In statu innocentiæ æqualis fuisset numerus virorum et fœminarum, quare : III, 85 *b*.
5. — exceditur a viro in dignitate, in virtute agendi, et in præsidentia : IV, 270 *ab*.
6. — creata est ut sit in adjutorium viri, non ut famula, nec ut domina, sed ut socia; et ob id formata non de pedibus, vel de capite, sed de latere; et quomodo vir sit ejus caput : III, 650 *ab*.
7. — in suo sexu resurget in judicio, quare : VI, 488 *a*.
8. De fœminis bonis et malis auctoritates sanctorum Patrum : VII, 20 *a*-21 *a*, 151 *b*-152 *b*.
Vid. FAMILIARITAS, n. 2, MULIER.
FŒNERATORUM mala : VII, 62 *b*.
FŒNUM. 1. — in S. Scriptura significat peccata venialia : VI, 89 *a*; et caducitatem, hominisque fragilitatem : XIII, 176 *a*.
2. — adhuc multiplicem habet significationem : IX, 203 *b*; XI, 342 *b*.
Vid. OPUS.
FŒTUS. Occidens fœtum non animatum non est homicida, sed maleficus, licet quantum ad intentionem perversam judicandus sit homicida : VI, 270 *b*-271 *a*.
Vid. GENERATIO, PARTUS.
FOMENTUM peccatorum differt ab initio, radice et capite, quomodo : VII, 279 *a*.
FOMES. 1. — concupiscentiæ, quid sit : III, 374 *b*-375 *a*. Est vitiositas præter naturam : 545 *b*.
2. — potest minui, nunquam tolli, nisi in B. Virgine : III, 375 *a*. Potest tamen, absolute loquendo, tolli salva natura, cum sit præter naturam : 545 *b*.
3. — quare non tollatur per baptismum : V, 332 *b*-333 *a*.
4. — non formaliter opponitur gratiæ : III, 375 *a*. Opponitur tamen gratiæ gratis datæ : 545 *b*. Hinc fomes non est culpa, sed pœna culpæ : 374 *b*-375 *a*.
5. — nobis est relictus tanquam materia exercitii ad virtutem : IV, 56 *ab*.
6. — ablatus fuit totaliter in B. Maria Virgine : *ibid.* *et* 70 *b*-71 *b*.
7. — impellit ad peccandum venialiter, et ponit difficultatem ad bonum : III, 71 *b*.
8. Fomitis mortificatio qualiter fiat : *ibid.*
Vid. CONCUPISCENTIA, n. 1-23 (sed præcipue 13), 27, 29, MARIA.
FONS. 1. — est puteus ubi perenniter emanat aqua de terra : VIII, 273 *a*; XI, 312 *b*.
2. Fontes bonitatis, sapientiæ et misericordiæ divinæ, et vitæ æternæ, quasnam aquas emittant : XI, 543 *b*.
3. — baptismi, et doctrinæ fidei proponitur : XI, 565 *a*.
4. Fontes quatuor a quatuor vulneribus Christi, sc. misericordiæ, sapientiæ, gratiæ et charitatis : IX, 568 *b*.
5. — parvus crescens in fluvium est charitas, seu consolatio Spiritus sancti : XIII, 252 *b*. — 6. Vel est B. Virgo parva per humilitatem, quæ crevit veluti in fluvium, in lucem et solem : I, 10 *b*; XIV, 182 *a*. — 7. Vel est sacræ Scripturæ doctrina : IX, 7 *b*, 90 *a*. — 8. Vel est cor eleemosynam dantis : IX, 273 *a*.
9. — est apud Garamantes, in quo faces accensæ extinguuntur, et extinctæ accenduntur : VI, 494 *b*.
Vid. CHRISTUS, n. 658, 671, 727, DEUS, n. 594, MARIA.
FORAMINA quinque in chirotheca carnis Christi sunt quinque vulnera : XIII, 9 *b*.
FORMA. 1. — alia est constitutiva, seu perfectio materiæ, alia exemplaris, quæ habet ordinem ad exemplatum : I, 338 *b*; II, 9 *b*, 527 *a*; IV, 117 *a*.
2. — exemplaris duplex, sc. vel interior, vel exterior : IV, 247 *a*.
3. — alia quæ dicitur talis per privationem materiæ, alia quæ perficit materiam : I, 549 *b*; II, 527 *a*; IV, 117 *a*; V, 247 *a*; IX, 87 *a*.
4. — triplex in universum reperitur, sc. una quæ est perfectio rei, altera quæ est exemplaris, ultima quæ est aliqua similitudo exterius repræsentans : V, 247 *a*.
5. — substantialis est triplicis generis, sc. una quæ perficit, et extenditur, et dependet; secunda quæ perficit et dependet, sed non extenditur; tertia quæ perficit totum, nec dependet, neque extenditur : I, 164 *a*.
6. — quoad esse duplex, sc. una quæ educitur de materia, altera quæ ab extra exit : V, 637 *a*.
7. — alia partis, alia totius, hæcque vel per prædicationem, vel per constitutionem partium : III, 37 *a*; IV, 46 *b*.
8. — alia est constitutiva, alia directiva : V, 146 *b*.
9. — quæ dat esse, dat et esse distinctum, et unitatem : I, 389 *a*.
10. — alia est universalis, et multiplicabilis in plura; alia particularis, quæ individuatur

Digitized by Google

per conjunctionem formæ universalis cum materia : I, 335 *b*-337 *a*; III, 36 *b*-38 *b*.
11. — communis et communicabilis non communicatur nisi per propagationem, vel aggregationem partium : I, 116 *b*, 336 *b*.
12. — proprie non est in Deo, sc. nec totius, nec universalis, nec constitutiva : I, 151 *b*, 334 *a*-341 *b*. Dicitur tamen habere formam, quomodo, et in quo sensu : I, 106 *ab*, 366 *a*, 549 *ab*; II, 527 *a*; IV, 117 *a*; V, 247 *a* (sc. sumendo formam pro natura vel essentia).
13. — consistit in simplici et invariabili : I, 153 *a*. Quomodo id sit verum : I, 293 *a*; II, 309 *a*; III, 11 *b*, 12 *ab*.
14. Formarum varietas, ut generis, speciei et differentiæ, causat, id est, indicat multiplicitatem intrinsecam : I, 157 *a*.
15. Individuum non addit aliquam formam super universalem, sed tantum materiam : III, 36 *a*-38 *b*. — 16. Hinc forma cum materia est principium individuationis : I, 336 *b*.
17. — quomodo referatur ad materiam, et materia ad formam : I, 421 *b*.
18. — dicit respectum realem ad materiam, et e converso : I, 338 *b*; IV, 117 *a*. Respectus ille est quid consequens, dicit enim componibilitatem cum quo, non ex quo : I, 159 *b*.
19. — dicitur quo est : I, 340 *b*.
20. — dicitur etiam species imaginaria, per quam intelligimus : I, 366 *a*; II, 242 *b*.
21. — universalis, seu communis, quomodo dicatur generari, seu produci in singulari : I, 115 *a*.
22. Formam quamlibet simplicem esse, quomodo verificetur : III, 11 *b*.
23. — simplex non potest esse subjectum accidentium : I, 157 *a*; II, 310 *b*, 312 *b*; IX, 51 *b*; nec potest esse hoc aliquid, et quid per se completum : II, 418 *b*; III, 11 *b*.
24. — per sui essentiam dat esse rei, cui unitur essentialiter : I, 162 *b*.
25. — simplex est tota in toto, et tota in singulis partibus : I, 163 *b*.
26. Formam omnem quæ principium vitæ est, in genere substantiæ esse, num sit usquequaque verum : III, 246 *b*, 248 *a*.
27. — quæ est in partibus et in toto, non denominat simul totum et partes, nisi sit forma extensa, et dependens in operari : I, 164 *ab*.
28. Formæ substantiales cadunt sub potestate agentis creati, exceptis illis quæ sunt deiformes : I, 241 *a*.
29. Formæ non reflectuntur supra se, nisi sint simplices, et in substantia simplici fundatæ : I, 286 *b*.
30. Formæ universales sunt de se invariabiles, idemque dicendum de singularibus; aut si varientur, id fit ratione subjecti in quo sunt : I, 293 *a*.
31. Formæ intenduntur per accessum et recessum, et per impermixtionem cum contrariis, et quomodo id intelligendum : I, 294 *b*; II, 555 *b*. *Vid.* INTENSIO.
32. — tollitur, aut saltem minuitur, per dispositionem ad oppositum in termino, quando et quomodo : I, 298 *a*.
33. — substantialis et completiva quomodo dicatur essentia, species et natura : I, 497 *b*.
34. Formæ latitant in materia, concreatæ a Deo in materia prima quoad essentiam, sed quoad esse, vel existere, educuntur ab agente : II, 240 *b*, 419 *b*-420 *b*, 421 *b*, 529 *b*, 612 *ab*; VI, 457 *b*-458 *a*.
35. Formæ omnes an a Creatore inducantur, vel aliquæ etiam ab agente creato induci possint : II, 418 *a*-421 *a*.
36. Formæ materiæ primæ inexistentes quæ : II, 533 *b*.
37. Agens per intellectum agit per ideas; agens vero per naturam agit per formas, quæ sunt veræ naturæ in singularibus : II, 242 *b*.
38. — et materia sunt duo principia rerum intrinseca et substantialia : II, 239 *a*.
39. Aliud forma naturalis, aliud artificialis : II, 422 *b*.
40. Agens naturale, in productione formæ, nullam quidditatem enti confert, sed tantum novam ei dat dispositionem : II, 420 *a*.
41. Proprie loquendo, forma non generatur, sed compositum : II, 420 *b*.
42. Formæ naturales non fiunt ex nihilo, sed ex aliquo, et in quo sensu : II, 421 *a*.
43. — cum corrumpitur, in nihilum prorsus non deducitur : VI, 458 *a*.
44. Formæ sunt in potentia materiæ, non solum in qua, et a qua, sed etiam ex qua : II, 420 *a*.
45. Unde fiat ut, per quamlibet divisionem animalis imperfecti, statim educatur nova forma : II, 614 *a*.
46. Formæ sunt in materia ut in potentia, et ex illa educi non possunt nisi ab agente milis naturæ : II, 420 *b*.
47. — informando materiam qualis operetur successive, qualis instantanee : V, 637 *a*.
48. Formæ elementares sunt primæ, quæ dant esse perfectum materiæ primæ : II, 552 *a*.
49. — est principium agendi : II, 552 *a*. Quomodo agat in creaturis : 597 *a*.
50. Formæ duplex est actus, sc. vel per modum informantis, vel per modum efficientis : III, 253 *b*; V, 660 *b*. Per primum semper est in actu, non vero per secundum,

Digitized by Google

qui tamen natura primum præcedit : *ibid.*
51. Forma substantialis in creaturis quomodo agat : II, 553 *b*.
52. — substantialis quomodo dicatur essentia, natura et species secundum diversas habitudines : I, 497 *b*; II, 527 *a*. — ultima est completiva cæterarum, sc. illarum quæ disponunt ad ipsam : II, 556 *a*, 596 *a*.
53. Quomodo a forma dependeat effectus in esse et in conservari : III, 495 *b*.
54. Formæ omnes sunt simplices, quæ sunt puræ formæ; quæ vero sunt hoc aliquid, admittunt compositionem substantialem : III, 11 *b*.
55. — per quid uniatur materiæ : II, 46 *a*.
56. — corporeitatis datur in corporibus, habens appetitum ad animam suscipiendam : III, 12 *b*.
57. Formæ plures substantiales reperiuntur in animantibus, sc. formæ mixtionis et complexionis, quæ sunt corporeæ, et forma vel sensitiva, vel rationalis : III, 20 *b*. Ordo productionis earum exponitur : *ibid.*, *et* II, 263 *b*-264 *a*; III, 36 *a*-38 *b*.
58. Forma in composito substantiali est duplex, sc. forma partis, et forma totius; et quænam illæ sint : III, 37 *a*.
59. — universalis quomodo communicetur : I, 116 *b*.
60. Formæ universales an totum dicant, et quomodo particularisentur : III, 36 *a*-38 *a*.
61. — seminalis an sit universalis : III, 34 *b*-39 *a*.
62. — componens cum materia animam rationalem quietat materiam corporis, ita ut corpus nullam aliam formam appetat : III, 56 *b*.
63. — quæ habet propriam operationem, separabilis est a materia : III, 58 *b*.
64. — quomodo cadat in divinis : I, 549 *b*.
65. Deus nullius potest esse forma perfectiva, sive constitutiva : IV, 44 *b*; sed potest esse forma exemplaris : 309 *a*.
66. — ultimo completiva quomodo, et in quo sensu dicatur nobilior forma communi : II, 555 *b*-556 *a*, 596 *a*.
67. — quomodo proportionari debeat cum materia, et in quibus casibus id intelligendum : II, 615 *b*.
68. Quomodo nobiliori formæ nobilior materia aptanda sit : IV, 263 *a*; XIV, 48 *b*.
69. — quanto nobilior, tanto simplicior, quomodo verificetur : III, 12 *a*.
70. — quælibet dans vivere primum, est substantia, non vero quæ dat bene vivere : III, 248 *a*.
71. — specifica accipitur ex eo quod est in se nobilissimum : IV, 47 *a*.
72. Quomodo sit verum, quod sit ejusdem formam inducere, cujus est materiam præparare : VI, 143 *a*
73. — primo generata, deinde corrupta, et postea iterum producta, quomodo eadem numero esse possit : VI, 456 *a*, 458 *a*.
74. — totius sequitur compositum naturale : IV, 462 *a*.
75. Formæ formam non esse, quomodo intelligendum : V, 147 *a*.
76. Formarum alia est cœlestis, alia meteorologica, alia mineralis, alia germinum natatilium, volatilium, gressibilium, alia hominis : IX, 114 *a*.
77. — naturalis dat esse naturale, et connaturalis connaturale, ambæ simul esse vitale : IX, 463 *b*.
78. Si duæ sint species immediate dividentes genus, una non potest esse forma alterius quantum ad esse primum, bene autem quoad esse secundum : V, 147 *a*.
79. Formæ convenit esse hic et nunc ratione materiæ : V, 519 *b*.
80. Perfectior est forma compositi, quam aliqua pars : VI, 451 *a*.
81. Propria forma non est nata fieri nisi in propria materia : VI, 456 *a*, 479 *a*.
82. Non omnis distinctio est a forma, nisi de perfecta distinctione agatur : I, 339 *a*.

Vid. ANGELUS, n. 84, 114, ANIMA, n. 17, 25, 26, 29, 31, 35-37, 63-64, 66, 67, 69, 84-85, 97, 109, 116, 118, 127, ANIMAL, n. 15, 21, CORPUS, n. 25-26, 30, 49, DEUS, n. 44, 48, 219, 248, EXEMPLAR, n. 1, EXTENSIO, n. 3, MATERIA, MUTATIO, NATURA, SEMINARIUM.

FORMA eucharistica. 1. Mutatio formæ in Eucharistia non potest fieri absque gravi peccato : V, 426 *b*.
2. Verba formæ eucharisticæ non solum sunt indicativa, sed et operativa instantanee : V, 427 *a*.
3. Forma consecrationis expenditur : V, 426 *b*-431 *b*.

Vid. EUCHARISTIA, n. 126-134.

FORMA, seu dispositio. 1. — et materia S. Scripturæ expenduntur : IX, 6 *a*, 9 *a*, 35 *b*-39 *b*.
2. — et methodus traditur orationis : XII, 458 *b*.

Vid. DEUS, n. 551.

FORMALE. Quando aliquid constat ex materiali et formali, alterutro deficiente, totum deficit : VI, 232 *a*.

FORMALITER, adverbium, additum verbo, habet rationem aliquando causæ, aliquando effectus : I, 518 *b*, 520 *a*.

FORMATIO. 1. — corporis humani, animalium et insensibilium quid exigat : II, 436 *a*-437 *b*.

Digitized by Google

2. — corporis humani, etc., an possit fieri ab angelis : *ibid.*
Vid. ANIMAL, n. 9-15, 17-21, CORPUS, n. 17, 30-32, 63.
FORMATIVA virtus quam mirabilis : III, 340 *a*-344 *a*.
FORMICÆ. 1. — natura et proprietates proponuntur : VIII, 300 *b*.
2. — prudentia proprie est sagacitas ex instinctu naturali, differens a prudentia humana : VIII, 107 *a*.
3. — prudentia in decem consistit, quæ aptantur viro prudenti : VIII, 300 *b* ; XIII, 258 *b* ; XIV, 88 *a*.
4. Quare mittatur homo ad formicam, sc. ut discat sapientiam : XIII, 258 *b*.
FORNICANS vir in occulto, an possit dimittere uxorem in aperto fornicantem : VI, 337 *ab*.
FORNICARIUS. 1. Fornicarii notorii quinam dicantur : V, 548 *b*.
2. Qualis pœnitentia a sacris canonibus olim imposita fuerit fornicariis : VI, 72 *b*.
3. Quare contrahens cum fornicaria, et corrupta ab alio, fiat irregularis et bigamus : minime vero fornicarius ipse : VI, 204 *b*.
4. In quonam casu conjux non possit reddere debitum alteri conjugi fornicario : VI, 289 *b*-290 *b*.
5. Fornicariæ cum ex mandato Ecclesiæ debitum redditur, num alteri præjudicetur, aut peccatum aliquod incurratur : VI, 348 *b*.
FORNICATIO. 1. — quid sit, et unde proveniat : VII, 366 *a*, 373 *b*, 549 *b* : XII, 251 *a*.
2. — dicitur tripliciter, sc. proprie, quæ est inter solutos; communiter, quæ est idololatria, et communissime, quæ est omnis concupiscentia inordinata, ob quam derelinquitur Deus : VI, 393 *b* ; IX, 246 *b* ; X, 99 *a*.
3. — qualis inducat causam legitimam divortii : VI, 393 *b*.
4. De divortio ob fornicationem agitur : VI, 339 *a*-346 *b*, 348 *b*.
5. Fornicationis actus caute rememorandi sunt etiam in discussione peccatorum : V, 625 *ab*.
6. — corporalis est species spiritualis fornicationis : IX, 246 *b*.
7. — an inducat affinitatis impedimentum usque ad quartum gradum, sicut matrimonium legitimum, in dubio relinquit S. Doctor : VI, 424 *a*.
8. — differt specie ab aliis actibus carnalibus, et quomodo : VI, 422 *b*-423 *a*.
9. — proprie dicta importat seminum commixtionem : VI, 425 *b*.
10. — quare non inducat irregularitatem : VI, 425 *b*.
11. — improprie dicta committitur in omni immersione libidinis, etiamsi actus sit de se licitus : VI, 442 *b*.
12. Quomodo ex actu transeunte fornicationis remaneat vinculum : VI, 425 *b*.
13. — non est peccatum in Spiritum sanctum, quare : III, 623 *a*.
FORNICATOR. 1. Quomodo sit verum, quod fornicator in corpus suum peccat : VI, 277 *a*.
2. — et meretrix quomodo dicantur unum corpus effici : I, 506 *b*-507 *a*.
FORSITAN in S. Scriptura qualem significationem admittat : XI, 376 *a*.
FORTE aliquando importat dubitationem, aliquando eventum : III, 120 *b*.
FORTIS. 1. — quis vere dicatur : V, 45 *a*.
2. — non est qui solummodo sustinet mala, sed qui sustinens gaudet : XIV, 98 *a*.
FORTITUDO. 1. — quid sit : IV, 45 *a*, 334 *b* ; V, 45 *a*, 120 *b*-123 *a* ; VII, 238 *ab*, 301 *a*, 411 *b*, 587 *b* ; VIII, 187 *b*, 188 *a*, 189 *b*-190 *a*, 302 *a*-303 *a* ; IX, 24 *b*-25 *a*, 64 *a*, 174 *a*, 279 *a*, 328 *b*-329 *b*.
2. — est duplex, sc. alia quæ est virtus cardinalis, alia quæ est donum; et qualiter differant : V, 59 *b*-60 *a* ; VII, 613 *b*-614 *a*.
3. Fortitudinis donum quid sit : VII, 302 *a*, *b*, 588 *b*, 613 *b*-617 *b*.
4. Fortitudinis virtus quomodo distinguatur a cæteris virtutibus cardinalibus : V, 56 *a*-57 *a*.
5. Fortitudinis virtutis laudes, et mirabiles effectus : VII, 103 *ab*, 411 *b*-412 *a*, 614 *b*-617 *b* ; VIII, 189 *b*-190 *b*, 302 *a*-303 *a*, 577 *a*-578 *b* ; IX, 25 *a*.
6. — habet pro objecto arduum, et quomodo : V, 120 *b*-123 *a*.
7. — crucifigit hominem spiritualiter : V, 122 *a* ; et dirigit ad ea quæ sunt perfectionis : 122 *b*.
8. — facit contemnere mundum : XIV, 46 *ab* ; fortem reddit hominem contra mundum, fortiorem contra diabolum, fortissimum contra seipsum : 46 *a*-47 *b*.
9. — habet multos ramos, sc. patientiam, munificentiam, perseverantiam, fiduciam, etc. : V, 560 *a* ; VII, 616 *a*-617 *b*.
10. Fortitudinis donum an principaliter versetur circa passiones tolerandas : V, 120 *b*-123 *a*. — 11. Quale convivium spirituale præparet animæ : VII, 616 *a*.
11. Fortitudinis adversus malum exempla ex S. Scriptura : VIII, 590 *ab*.
12. De fortitudine mulierum S. Scriptura quid referat : VIII, 634 *b*-635 *a*.
13. De virtute fortitudinis auctoritates sanctorum Patrum : VII, 103 *ab*.
14. — Christi in perferenda passione pro nobis expenditur : IV, 2 *b*.
15. — politica, purgatoria, purgati animi, et

Digitized by Google

exemplaris quænam sint : VII, 614 *b*, 615 *b*-616 *a* ; IX, 24 *b*-25 *a*, 64 *b*.
16. Fortitudinis varii gradus proponuntur : VII, 615 *b*-616 *a* ; XII, 192 *b*.
17. — est contra timorem, et audaciam vitiosam : IX, 55 *b*-56 *a*.
18. — est propria Christianorum : XIII, 519 *ab*.
19. — ut est virtus politica, et ut est Dei donum, expenditur : VII, 614 *b* ; XIII, 313 *b*-314 *b*, 519 *ab*.
20. — facit diem spiritualem, habentem mane, meridiem et vesperam : VII, 614 *b*-615 *b*.
21. Fortitudini opposita vitia sunt pusillanimitas, ignavia, mœstitia et temeritas : IX, 56 *a*.
22. — qualiter includat mansuetudinem : *ibid. inferius*.
23. — præstat magnanimitatem, constantiam, fiduciam, securitatem, magnificentiam, tolerantiam, firmitatem : IX, 65 *a*.
24. Fortitudinis exemplum in Pompeio Romano : XIII, 510 *a*.

FORTITUDO, id est firmitas. 1. Deus fortitudo nostra in infirmitatibus : XIII, 528 *b*.
2. — Dei maxime ostensa in Christi passione : I, 13 *b*.
3. — quomodo infirmitas in Christo dici possit : IV, 186 *ab*.

FORTUITUS. 1. Fortuitorum causa est per accidens, sed in quo sensu id accipiendum sit : III, 502 *b*.
2. Differentia quænam inter fortuitos casus, et miraculosos eventus : III, 503 *a*.
Vid. CASUS, n. 1-5.

FORTUNA. 1. — et casus quid sint : IX, 659 *ab*.
2. —, fortuitum et casus includunt in causa operante defectum intentionis et præcognitionis, et sub hoc respectu non sunt a Deo : III, 502 *ab*.
3. — et fortuita non dantur respectu Dei : II, 175 *b*-176 *a* ; III, 502 *ab* ; IX, 659 *ab*.
4. Fortunæ rota quam volubilis : XIII, 595 *b*.
5. Error fortunæ num consensum irritet, vel matrimonium impediat : VI, 258 *b*.
Vid. FELICITAS, n. 7.

FORUM. 1. — est duplex, sc. cordis vel conscientiæ, et Ecclesiæ : V, 221 *a*. Primum est occultum, estque divinæ justitiæ, secundum manifestum : 593 *b*. Primum est pœnitentiale, secundum judiciale : V, 706 *ab* ; VI, 232 *a*.
2. In foro pœnitentiali sacerdos tenet locum Dei, confitens autem accusatoris, accusati et testis ; in judiciali vero sunt diversæ personæ ; ideo in pœnitentiali foro occulta sunt aperienda : V, 706 *ab*.
3. A foro Ecclesiæ nullus potest appellare absque gravi injuria Dei : V, 672 *a*.
Vid. IMPEDIMENTA.

FRAGMENTA panum quid significent : XI, 343 *a* ; XIII, 173 *b*, 174 *a*.

FRANCIA in aliquibus partibus servabat hoc jus, quod filius sequatur conditionem parentis deterioris conditionis, quod tamen erat contra jus imperiale : VI, 354 *a*.

FRANCISCUS (S.). 1. Ejus gesta fuse et diligenter enarrantur : XIV, 205 *a*-343 *a*.
2. Ejus laudes et virtutes : XI, 543 *b*-544 *a*, 607 *b*-608 *b* ; XIV, *ubi supra*.
3. — positus fuit toti mundo in exemplum et ducem paupertatis, mundi contemptus, et totius perfectionis : XIV, 293 *a et seq*.
4. — fuit stella matutina in medio nebulæ hujus mundi, micans fulgoribus claris vitæ et doctrinæ : XIV, 293 *b*.
5. — arcus, signum fœderis, angelus pacis, eam annuntians et docens : *ibid.*
6. — fuit alter Elias, alter angelus, amicus Dei, nuntius Christo amabilis, nobis imitabilis, et mundo admirabilis : 294 *a* ; in omnibus similis Filio hominis : *ibid.*, et XI, 607 *b*.
7. — fuit a superna gratia prævenius, virtutis invictæ adauctus meritis, prophetali spiritu repletus, angelico deputatus officio, seraphicoque incendio ignitus : XIV, 293 *b*-294 *a*, 304 *b*.
8. — fuit vexillifer Christi : 340 *a*.
9. — habuit officium vocandi ad fletum, ad planctum, et ad cingulum sacci ; signandique thau super frontes pœnitentium : 294 *a*, 306 *b*.
10. — fuit alter præcursor missus a Christo, ut pararet in deserto viam altissimæ paupertatis, prædicavitque pœnitentiam verbo et exemplo : XIV, 293 *b*.
11. — auxilio Mariæ Matris Dei concepit et peperit spiritum evangelicæ perfectionis : 303 *ab*.
12. — fuit imitator paupertatis B. Virginis : XIV, 504 *b*.
13. — quam amaverit ædiculam S. Mariæ de Portiuncula : 299 *b*-300 *a*.
14. — visus est a Summo Pontifice sustentans totam Ecclesiam : 303 *b*.
15. S. Francisci quanta profunditas in intelligentia S. Scripturæ : 329 *b*-330 *a*.
16. Quomodo Christus ei jam transformato per ecstasim in Deum apparuerit : XII, 21 *a*.
17. — recipiens stigmata describitur : XII, 2 *b*, 134 *b* ; XIV, 337 *b*-338 *b*.
18. S. Francisci transitus describitur : XIV, 341 *b*-342 *b*.
19. Ejus translatio et canonizatio : 343 *a*-345 *a*.
20. — positus est in signum, quo reducaremur ad Christum : XIV, 425 *a*.

Digitized by Google

21. Ejus pietas et innocentia quanta, et quam similis statui innocentiæ : IV, 631 *b*.
22. Quomodo creaturæ irrationales ei obtemperarent : IV, 631 *b*; XIV, 321 *a*-323 *a*.
23. — fuit pictura viva Christi, et per sacra stigmata in eum totaliter transformatus : XII, 510 *b*.
24. — dicebat semper se nunc incipere, et hoc maxime in fine vitæ : X, 462 *a*.
25. — maxime abhorrebat hypocrisim et dissimulationem : X, 451 *b*.
26. — nolebat quod sui fratres erubescerent mendicare : XI, 27 *a*.
27. Ejus humilitas, abdicatio terrenarum rerum, mortificatio sui, exaltatio ad vitam divinam expenduntur : XI, 544 *a*; XIII, 98 *a*; XIV, 73 *b*.
28. — maximus et minimus simul probatur : XI, 543 *b*-544 *a*.
29. In eo vita humana extincta erat : XI, 544 *b*.
30. — gloriabatur solum in cruce : *ibid.*
31. Ejus prædicatio apud soldanum expenditur : IX, 124 *a*.
32. Ejus pugna contra quinque millia dæmonum : IX, 119 *b*.
33. Ejus doctrina circa contemplationem : IX, 130 *b*; circa honorum contemptum : 117 *b*; circa studium litterarum : 143 *a*.
34. Ejus raptus et revelationes : IX, 143 *a*
35. — quare ambularet nudus et discalceatus : XIII, 292 *a*.
36. Huic ostensa est a Christo via salutis, ejus vera servitus, et fructus crucis : XIII, 592 *a*, 598 *b*.
37. S. Francisci Regula continet duodecim capitula, seu rubricas signatas in duodecim lapidibus acceptis de alveo Jordanis : XIV, 558 *a*.
38. Hujus regulæ perfectio expenditur, et tota per capita exponitur : XIV, 556 *a*-599 *b*.
39. S. Francisci regula qualem obedientiam, paupertatem et castitatem præcipiat : III, 653 *b*-656 *b*; XIV, 558 *a*-562 *a*.
40. S. Francisci ordo quare institutus : XIV, 600 *a*.
41. S. Francisci humilitas et paupertas ipsius alumnos invitat ad ejus imitationem : XII, 212 *b*, 215 *b*; XIV, 73 *b*.
42. — quæ mirabilia hauserit ex meditatione passionis Christi : XII, 510 *b*.

Vid. DETRACTIO, n. 11, FRATRES, SERAPHICUS.

FRATER. 1. — noster quomodo dicatur Christus : IV, 98 *b*-99 *a*; XIII, 357 *b*.
2. Fratres nostri sunt Christus, angeli, homines, diabolus, sed omnes diversis titulis : XIII, 357 *b*-358 *b*.
3. Fratris mortui semen quare superstes frater teneretur suscitare in veteri lege, minime vero teneatur, vel etiam licite possit in nova : VI, 445 *b*.
4. Secundum legistas frater et soror faciunt duos gradus, unicum vero secundum canonistas : VI, 410 *a*.

Vid. ANGELUS, n. 326, CHRISTIANUS, n. 40, 41.

FRATRES MINORES. 1. — quare sic a S. Francisco appellati : XIV, 558 *b*.
2. Eorum ordo a S. Francisco institutus ad quid, et quomodo : XIV, 296 *a*-297 *a*, 300 *a*-303 *b*, 600 *a*. Ejus excellentia quanta : XIV, 600 *b*-601 *a*.
3. Eorum vota obedientiæ, paupertatis et castitatis super omnia aliorum religiosorum stricta : III, 655 *b*-656 *b*; XIV, 559 *b*-562 *a*.
4. — non habent terminos, seu fines in suis obligationibus : III, 655 *b*.
5. Fratrum Minorum ordo quare sejunctus a cæteris ordinibus in institutione sua fuerit : XIV, 601 *a*-602 *a*.
6. — licet curam animarum non habeant, tamen prædicant, et confessionibus incumbunt, quare : XIV, 543 *a*-555 *b*, 602 *ab*.
7. — debent esse instructi vita irreprehensibili, scientia S. Scripturæ, et auctoritate prædicandi et confessiones audiendi : *ibid.*
8. Ipsis ex officio competit studere S. Scripturæ ad aliorum instructionem, et propriam, et ad ablegandas hæreticorum versutias : XIV, 602 *b*-603 *a*. Quale studium ab eis requisierit S. Franciscus : IX, 143 *a*.
9. Fratrum Minorum vita copulat vitam activam cum contemplatione : XIV, 601 *b*.
10. — quare nihil proprii possideant : XIV, 603 *a*-604 *a*.
11. — quare non degant in desertis : 604 *ab*.
12. — quare ædificent magnos conventus : 534 *b*, 604 *b*-606 *a*.
13. — circa quæ possint offendere regulam in ædificatione conventuum : 605 *b*.
14. — quare plus ex eleemosynis colligant, quam sufficiat pro una die : 606 *a*-608 *b*. Cavenda tamen in istiusmodi inquisitione sollicitudo : 607 *b*.
15. De transitu Fratrum Minorum ad alias religiones agitur : 610 *a*; et vice versa : 563 *a*-570 *a*, 609 *b*.
16. De ejectione incorrigibilium ab ordine : 610 *a*-611 *b*, 613 *ab*.
17. — ad domos divitum rationabilius, quam ad pauperum, in itinere divertunt : 617 *b*-618 *a*.
18. De mendicatione eleemosynarum, de pecuniarum usu, et de recursu ad pecuniam apud eos usitato agitur : XIV, 500 *b*-504 *a*, 574 *b*-581 *b*, 618*b*-621 *a*.

Digitized by Google

19. Fratrum Minorum regula cum non sit nisi perfectissima observantia Evangelii, ordinat ecclesiasticam hierarchiam : XIV, 558 *b*.
20. Bona quibus utuntur Fratres Minores, res sunt Romanæ Ecclesiæ : 560 *b*.
21. — speciale votum faciunt obediendi Romano Pontifici : 561 *b*.
22. Fratrum Minorum religio est scala mystica Jacob, reclinatoriumque Salomonis cum ascensu purpureo : 562 *a*.
23. De habitu Fratrum Minorum, cingulo, brachis, professione, qualitate vestimentorum, victu, officio divino, labore, appropriatione rerum, usu, vita, oratione, exercitio virtutum agitur : 565 *b et seq.*, 627 *a*-631 *b*.
24. Fratrum Minorum prædicatio, et confessionum receptio quantæ utilitatis sit in Ecclesia : 524 *b*-525 *b*, 526 *a*-527 *b*, 537 *a*-538 *a*, 543 *a*-555 *b*. Quomodo duplex illud officium exercere debeant : 526 *a*-528 *a*.
25. De receptione legatorum et eleemosynarum agitur : 533 *b*-534 *a*.
26. — quomodo debeant se defendere contra infamatores : 532 *b*.
27. De labore, ad quem tenentur vi regulæ, agitur : 630 *ab*.
28. — ad hoc instituti, ut adjuvent pastores in cura animarum : 505 *b*-509 *a*.
29. — instituuntur pro observantia regulæ : 633 *a*-637 *b*.
30. De receptione ad ordinem : 562 *a*-566 *b*, 613 *b*.
31. — viventes de eleemosynis reddent strictam rationem quomodo vixerint : XII, 318 *a*.
32. — non orantes notantur : XII, 315 *b*.
33. Fratrum Minorum paupertas et renuntiatio quanta : XIII, 291 *b*-292 *a*.

Vid. ABDICATIO, n. 4, CINGULUM, n. 2, DIVES, n. 21, FRANCISCUS, n. 14, 26, 37.

FRAUDULENTER. Quid sit facere opus Dei fraudulenter : XIV, 279 *a*. *Vid.* FRAUS, n. 2, 3.

FRAUS. 1. — quid sit, et unde proveniat : VII, 237 *b*, 364 *b*.
2. Fraudem in opere Dei perpetrat, qui se inordinate diligens, ad remunerationis transitoriæ bona festinat : VII, 353 *a*. — 3. Fraus ista tripliciter committitur : *ibid.*
4. — est simulatio, quando quis in corde aliquid tegit, et aliud ore loquitur : XI, 281 *a*.

Vid. DOLUS, n. 1, 4, MERCATURA.

FREMERE est actus irrationabilium : IX, 160 *b*.

FRENESIS, FRENETICUS ; *vid.* PHRENESIS, PHRENETICUS.

FREQUENTIA actuum ; *vid.* HABITUS.

FRIGIDITAS aeris an sit in cœlo ; *vid.* COELUM, n. 30.

FRIGIDITAS relative ad generationem est duplex, sc. accidentalis, et naturalis vel complexionalis ; hæc impedit matrimonium, et dirimit contractum : VI, 322 *b*-323 *a*, 329 *b*.

FRIGIDUS si divortium petat, num audiendus sit : VI, 323 *a*.

FRIGUS. 1. — est privatio caloris : XI, 598 *a*.
2. — unde causetur : *ibid.*
3. — aptatur culpæ ob multa : *ibid.*

FRISONES qualem zelum olim habuerint circa pudicitiam mulierum : XIII, 519 *a*.

FRUCTUS. 1. — dicitur a frui, quia in fructu quiescit gustus : V, 70 *a*, 624 *ab* ; IX, 120 *a*.
2. — bonus debet habere speciositatem, dulcedinem et utilitatem ; malus ex opposito, taleque est peccatum : XIII, 367 *b*-368 *b*.
3. — congregare in vitam, vel in mortem, quid sit : XIII, 370 *b*.
4. — pomi, vitis et ficus ad quid inserviant, et qualiter comparentur mandatis Dei : XIII, 534 *a*.
5. — frumenti ad sacramentum corporis Christi, — vitis ad sacramentum pretiosi sanguinis, et — olivæ ad unguentum Spiritus sancti quomodo referantur : XIV, 283 *b*.
6. — seminati in agro alieno sunt domini cujus est ager, licet seminans sit nobilius principium quam ager : VI, 354 *a*.
7. — quidam sunt qui statim incipiunt vermiculari ; quidam vero qui apparent optimi, licet vermis sit intus : IX, 119 *a*.
8. — tricesimus, sexagesimus et centesimus quare aptentur conjugatis, viduis et virginibus : VI, 314 *ab* ; VII, 434 *a* ; IX, 236 *a*. *Vid.* CONTINENTIA, n. 2.
9. — pœnitentiæ dicuntur bona opera, prout competunt statui, et merito peccati ; et quid intersit inter bonum opus, bonum fructum, et fructum dignum pœnitentiæ : V, 624 *ab*.
10. — pœnitentiæ dicuntur, non quod eis fruamur, sed quia ducunt ad fruitionem : *ibid.*
11. Homo debet omni tempore fructus facere bonos, alioquin subjacet maledictioni : X, 288 *b* ; XIII, 180 *a*.
12. — Spiritus sancti enumerantur : VII, 304 *b*-305 *a*, 418 *a* ; VIII, 196 *a*, 291 *a*, 326 *a* ; IX, 120 *a*. Non sunt per se habitus, sed status consolationum : VIII, 196 *a*.
13. — gratiæ, justitiæ et sapientiæ simul sunt duodecim : IX, 116 *b*.
14. — Spiritus sancti sunt affectuales delectationes circa bonitatem Sponsi degustandam : VII, 418 *a*.
15. Explicantur proprietates, natura et effec-

Digitized by Google

tus fructuum Spiritus sancti : VIII, 326 *a*-331 *b*.
16. De fructibus duodecim crucis, et passionis Christi agitur : VII, 294 *a*-295 *a*; VIII, 336 *b*-337 *a*.
17. Ligni vitæ, sc. Christi, duodecim fructus enarrantur : XII, 67 *a*-84 *b*.
18. — gratia est triplex, sc. remissio culpæ, plenitudo justitiæ, et assecutio æternæ felicitatis : IX, 29 *b*-30 *b*. Item quadruplex, sc. stabilire animam per fidem, sanctificare per divinum amorem, sursum ferre per spem, et inclinare per divinum timorem : 117 *b*.
19. — Scripturæ sacræ enarrantur : IX, 94 *a*-99 *b*.
20. — scientiarum omnium qualis : VII, 505 *b*.
21. — duodecim gloriæ cœlestis enumerantur : VIII, 337 *ab*. Quibus debeantur : VI, 313 *b*.
22. — uteri B. Virgini qualis : XIV, 281 *a*-291 *b*.
23. Fructus ventris Mariæ quomodo sit etiam fructus humilium, amantium Deum et proximum, patientium et mitium, exercentium se et laborantium, liberalium, abstinentium et continentium : 285 *a*-287 *b*. Quam desiderandus : XII, 702 *b*. *Vid.* CHRISTUS, n. 67.
Vid. BEATITUDO, n. 57, CHRISTUS, n. 819, 885, 887-888.
FRUI. 1. —, vel uti, quid sit, et quale discrimen inter utrumque : I, 30 *ab*, 38 *b*-40 *b*; IV, 653 *b*; VII, 379 *a*-380 *a*; IX, 120 *a*; XII, 44 *a*.
2. — spectat ad finem; uti, ad medium deducens ad finem : I, 31 *b*. Quot modis id fieri possit : 33 *b*.
3. — in Domino quid sit : I, 32 *b*; IX, 198 *b*.
4. — creatura in quo sensu quis possit : I, 32 *b*-33 *a*, 43 *a*.
5. In quo sensu solo Deo frui liceat : I, 42 *a*-44 *b*.
6. — seipso quomodo contingat : I, 33 *a*.
7. — aliquo stat dupliciter, sc. vel tanquam objecto, vel tanquam dispositivo : I, 40 *b*-44 *b*; III, 516 *b*.
8. — creatura ut ultimo fine, est peccatum mortale; frui vero cum aliqua deordinatione solum, est veniale : I, 38 *b*-44 *b*; VI, 278 *b*-279 *b*.
9. Fruaturne Deus aliqua creatura : I, 44 *a*.
10. — quomodo possimus Deo, nobis, proximo, et corpore nostro : IX, 120 *ab*.
11. — est alieni rei adhærere propter ipsam : IX, 120 *a*.
FRUITIO. 1. — de sui acceptione dicit amoris unionem, sc. fruibilis cum fruente, et ideo dicit dependentiam, si sit ad alterum : I, 33 *a*, 38 *b*-40 *b*.
2. — bona, et mala quænam sit : I, 41 *a*.
3. Ad fruitionem quomodo concurrant actus aliarum potentiarum, cum sit actus voluntatis : I, 39 *b*-40 *a*.
4. — non est spei, nec fidei, sed tantum charitatis : I, 40 *b*.
5. — duplex, una imperfecta, altera perfecta : VI, 72 *a*.
6. Fruitionis gratia qualiter differat ab unione hypostatica : IV, 43 *b*-44 *a*.
7. — Dei in quo consistat : IX, 572 *b*-573 *a*.
FRUMENTUM. 1. Frumenti qualitates quæ sint, et quomodo aptentur animæ sanctæ : XI, 576 *b*-577 *a*.
2. — significat charitatem : XIII, 411 *b*-412 *a*. Item animam; *vid.* ANIMA, n. 411, JUSTUS.
3. — qualiter desideret nubes : XIII, 614 *a*.
4. — est sola materia sanctissimi sacramenti, quare : V, 432 *b*. *Vid.* EUCHARISTIA, n. 119.
Vid. CHRISTUS, n. 669.
FRUSTRATIO sanguinis Christi quomodo a peccato mortali procedat : VII, 375 *b*.
FUCUS. 1. — est animal api simile, quod non mellificat, sed mel devorat : X, 95 *a*.
2. — item color innaturalis, et quasi adulterinus, vel herba quæ tingit, et significat mendacium : *ibid.*
3. De fuco, et vano ornatu mulierum agitur : VII, 146 *b*.
FUGA. 1. — Jesu in Ægyptum expenditur : XII, 525 *a*-527 *b*.
2. — sanctorum quænam : IX, 162 *a*, 166 *a*.
Vid. MUNDUS.
FULGOR quid sit : II, 555 *a*.
FULGUR quid sit : VIII, 93 *b*.
FULMEN quid sit : *ibid.*
FUMUS quas qualitates habeat, quas accipere juvat tam in bonam quam in malam partem : VIII, 251 *b*; IX, 276 *a*, 551 *b*; X, 38 *a*, 71 *ab*.
FUNDAMENTUM. 1. — dupliciter dicitur, sc. id in quo ædificium stabilitur, vel illud secundum quod res locatur in suo sustentaculo : VI, 128 *b*.
2. — totius spiritualis ædificii est Christus, vel pœnitentia, vel charitas aliæque virtutes, sed diverso modo : *ibid.*, *et* IX, 74 *a*.
3. Fundamenta præcipua fidei sunt cognitio Trinitatis et Redemptoris : XII, 234 *a*.
Vid. CHARITAS, n. 160, CHRISTIANUS, n. 2, CHRISTUS, n. 581, 661, ECCLESIA, n. 62, FIDES, n. 132.
FUNDARI. Quandocumque duo fundantur super idem, verum est quod sunt ab eodem, modo fundentur per eumdem modum; minime vero, si unum fundetur per modum positionis, et alterum per modum privationis : III, 505 *ab*.

Digitized by Google

FUNDUS juris patronatus tenet rationem rei temporalis : VI, 189 *b*.
FUNICULUS. 1. — triplex difficile rumpitur, quomodo : IX, 227 *b*, 619 *b*.
2. Funiculum tendit Deus, cum expectat peccatores ad pœnam : X, 171 *a*.
Vid. CHARITAS, n. 291.
3. In quo sensu dici possit quod omnia opera infidelium sint mala, id est, non sine peccato : III, 570 *b*-571 *a*; VI, 399 *a*.
4. Infideles possunt habere aliqua sacramenta, quomodo : VI, 397 *a*, 399 *b*.
5. Infidelium continentia ad quid valeat : VI, 399 *a*.
6. Infidelium inter se matrimonium, vel infidelis cum fideli, vel e converso, quid habeat observatu dignum : 395 *a*-401 *b*.
7. Infidelium matrimonium numquid sacramentum sit : VI, 392 *b*-393 *a*. *Vid.* COITUS, n. 6.
8. — vere potest baptizare : 399 *b*-400 *a*.
9. Infideles quomodo possint agnoscere suos errores : X, 92 *b*-93 *a*.
10. Infideles resurgent non in judicium, sed in damnationem : XI, 333 *b*.
11. Infidelibus venientibus ad fidem quare facile dispensetur in gradibus consanguinitatis : VI, 409 *a*.
12. Si quis ex conjugibus infidelibus fuit Christianus, eorum filii, si sint ante adultam ætatem, debent sequi parentem fidelem; si vero sint adulti, possunt sequi quem voluerint : VI, 394 *ab*.
13. Quomodo sit verum sanctificari virum infidelem per mulierem fidelem : VI, 393 *a*.

INFIDELITAS. 1. — duo exigit, sc. consensum rationis cum judicio universali : II, 365 *b*.
2. — non numeratur inter septem peccata capitalia, quare : III, 597 *a*.
3. — in quo opponatur fidei : III, 620 *b*-621 *a*.
4. — quomodo sit gravius peccatum cæteris omnibus : III, 628 *b*.
5. — destruit omnia bona spiritualia : XI, 126 *b*.
6. — excæcat mentem : XIII, 135 *b*.
7. Peccatum infidelitatis quodnam sit speciale peccatum : II, 365 *b*.
8. Quid de matrimonio contracto in infidelitate : VI, 401 *b*-413 *a*.
9. — ministri non impedit validitatem baptismi, dummodo adsit intentio : V, 386 *b*.
10. — hominum collata cum fidelitate animalium : XIV, 62 *b*.
Vid. DIABOLUS, n. 16, FIDES, n. 153, MATRIMONIUM, PECCATUM.

INFINITAS. 1. — multiplex : I, 56 *a*.
2. — qualis in quantitate continua, et discreta : III, 434 *b*.
3. — durationis quotuplex sit : III, 495 *a*.
4. — durationis quare in creatura non ponat actualem infinitatem : III, 495 *a*.
5. — divinæ potentiæ in quo manifestetur : II, 55 *a*.
6. — an repugnet simplicitati : IV, 302 *a*.
7. — quomodo sit a materia : II, 149 *b*.

INFINITUM. 1. — dicitur quod non habet terminum : II, 147 *b*.
2. — dicitur tripliciter, sc. negative, privative et contrarie : VIII, 72 *a*; item positive, et privative : I, 41 *b*-42 *a*, 339 *a*. Item dupliciter aliquid infinitum dicitur : I, 55 *b*-57 *a*; II, 15 *b*, 151 *b*; X, 82 *a*.
3. — primo principio attribuerunt omnes philosophi : X, 4 *a*.
4. — in quo sensu dicatur, sive Deus, sive materia, sive peccatum : I, 56 *b*; II, 40 *b*; VIII, 72 *a*.
5. — in genere dari potest, quod tamen non est in actu : I, 295 *a*; hoc enim non est factibile : II, 154 *ab*.
6. — in actu, et — in potentia quodnam : II, 154 *b*-156 *a*.
7. — est tale, quod ei nihil addi potest : II, 149 *b*, 244 *b*.
8. De infinito hæc tenenda sunt, nempe quod nihil ei addi potest, quod infinita non possunt ordinari, nec pertransiri, neque a virtute finita comprehendi, nec plura simul esse : II, 144 *b*-145 *b*.
9. — actu non datur in creaturis, sed solum secundum potentiam : III, 434 *b*; IV, 17 *ab*, 280 *b*-283 *a*.
10. — actu quare repugnet creaturæ : II, 40 *a*; IV, 281 *a*.
11. Infinito nihil majus : II, 149 *b*; IV, 281 *a*.
12. — aliquid potest esse vel absolute in se, vel comparative : II, 149 *b*-150 *a*; IV, 281 *ab*.

Digitized by Google

13. — dicit vel quantitatem virtutis, vel molis : IV, 302 *a*.
14. — durationis, et immensitatis quodnam, et quomodo differant : II, 53 *ab*.
15. — quomodo dicatur passio rei materialis : II, 149 *b*.
16. — quomodo sit id, quod non habet finem : II, 152 *b*.
17. — quodnam nobilius finito, et e contra : II, 151 *a*, 152 *b*.
18. — a parte ante esse æternum, quomodo verificetur : II, 169 *a*.
19. — et finitum proprias esse passiones quantitatis, in quo sensu sit verum : II, 152 *a*.
20. Potentia quæ operatur ex se tota, si sit infinita, producit infinitum, posito quod agat naturaliter; finitum vero, posito quod agat voluntarie : II, 154 *b*-155 *a*.
21. — in actu solus Deus est : II, 156 *a*.
22. — cujusmodi sit, quod in creaturis reperitur : III, 434 *b*.
23. Nulla est commensuratio finiti ad infinitum : XIV, 78 *a*.

INFIRMARIA. 1. — est locus in quo Christus facile reperitur : XII, 671 *b*.
2. Infirmariam frequentare, quam Deo charum : XII, 320 *b*, 671 *ab*.

INFIRMITAS. 1. — corporalis qua de causa contrahatur : VII, 513 *b*.
2. — est visitatio Dei, animam excitans ad pœnitentiam :
3. — alia est corporis, alia animæ, et utraque est triplex : XII, 138 *b*-140 *b*.
4. — spiritualis quomodo crescat in natura humana ad incrementum corporis : V, 288 *a*.
5. Infirmitati spirituali cura major adhibenda, quam corporali : XII, 372 *b*.
6. Infirmitates cooperantur bono et profectui spirituali : II, 195 *a*.
7. Quomodo virtus in infirmitate perficiatur : IV, 334 *b*.
8. Infirmitatis corporalis curatio tria exigit : VII, 314 *a*; XI, 548 *ab*.
9. Infirmitates corporales accidunt propter peccata : XII, 545 *b*.
10. Infirmitates spirituales omnes curantur per sacramenta Ecclesiæ : I, 12 *b*-13 *a*; V, 657 *b*-658 *a*; VII, 314 *a*.
11. — spiritualis est tertia plaga inflicta animæ per peccatum : XII, 513 *b*. Hæc consistit in impotentia resistendi malo, et difficultate bonum operandi : VII, 375 *b*.
12. — multiplex proponitur : IX, 270 *a*; XI, 407 *b*-408 *a*.
13. Infirmitatum spiritualium causæ, effectus et remedia quænam : XIII, 171 *a*-172 *a*; XIV, 66 *ab*.
14. — spiritualis qualiter curetur a Christo : X, 604 *a*; XII, 140 *ab*; XIII, 279 *b*-280 *a*, 396 *ab*, 435 *b*-437 *b*, 445 *ab*.
15. Infirmitates spirituales infecerunt totam animam ejusque potentias; non fuerunt cognitæ ab antiquis philosophis, nec ab alio quam a Christo potuerunt sanari : IX, 67 *b*-68 *b*.
16. — triplex exponitur faciens difficultatem ad bonum, sc. negligentia, impatientia et diffidentia : IX, 145 *b*.
17. Infirmitates spirituales secundum numerum vitiorum capitalium expenduntur : XIII, 200 *a*-202 *b*; ac præsertim in quantum nocent proximo : 458 *b*-460 *a*.
18. — a Domino proveniens, quam desiderabilis : XIII, 530 *a*; XIV, 54 *ab*.
19. Peccata ex infirmitate quænam : VII, 366 *b*-367 *a*.

Vid. IGNORANTIA, n. 16-17.

INFIRMUS. 1. Infirmorum visitatio suadetur : XII, 320 *b*, 671 *ab*.
2. — quærit in medicina suavitatem et salubritatem : V, 241 *a*.
3. — an teneatur consulere medicum : V, 688 *b*.
4. Dominus sanavit quinque genera infirmorum : IX, 263 *a*.

INFLAMMATIONES angelorum respectu nostri quomodo intelligendæ : II, 492 *ab*.

INFLAMMATUM junctum inflammabili quandonam inflammet : II, 492 *ab*.

INFLEXIBILE; *vid.* DIABOLUS.

INFLIGERE; *vid.* POENA.

INFLUENTIA. 1. De influentiis cœlorum : II, 291 *b*-296 *a*; VII, 261 *b*.
2. — cœlorum est vel manifesta per diaphanum corpus, vel occulta etiam per opacum; item vel mediata, vel immediata : II, 295 *b*.
3. — corporum cœlestium est per motum et lucem : VII, 261 *b*. Exigit unionem corporum : IX, 22 *a*. *Vid.* COELUM, n. 48-50, 54, 59.
4. — spiritualis est duplex, sc. per modum meriti, et per modum principii effectivi : IV, 292 *b*.
5. Qualem influentiam Christus, ut caput Ecclesiæ, exerceat in sensus et motus cujusque membri : IV, 289 *a*.

INFLUXUS. 1. — motus et sensus spiritualis per Christum est causatio fidei et amoris : IV, 291 *b*-292 *a*.
2. — gratiarum a Christo requirit unionem membrorum cum capite : IX, 21 *b*, 28 *a*; VII, 398 *b*.

INFORMANTIS et principiantis ratio quomodo recipiatur in divinis : I, 106 *b*.

INFORMARE est dare vitam alteri per modum

Digitized by Google

formæ, et dicit perfectionem cum imperfectione mixtam : II, 433 *b*.
INFUSIO; *vid.* GRATIA, n. 71, QUALITAS.
INGEMINATIO verborum in S. Scriptura captat attentionem : X, 511 *a*.
INGENERABILE; *vid.* INGENITUS.
INGENIOSITAS; *vid.* QUALITAS.
INGENITUS. 1. — quot modis sumi possit : I, 458 *a*-459 *b*.
2. — importat non esse ab alio, et alium esse ab ipso, nec proinde dici potest de essentia divina : I, 220 *b*.
3. — non est pura negatio, sed proprietas in divinis : I, 417 *b*, 455 *b*.
4. — et ἀγέννητος quid diversum significent : I, 428 *b*.
5. — quomodo verificetur de Spiritu sancto : I, 228 *b*.
6. — quomodo excludatur a Filio, a Spiritu sancto, et ab essentia : 458 *a*-459 *b*.
7. — et Pater, quomodo alter alterum inferat : 455 *a*-456 *a*.
8. —, sive innascibilis, utrum secundum relationem dicatur, an secundum essentiam : 457 *a*-460 *a*.
9. — quomodo conveniat Patri : 220 *a*, 228 *b*, 370 *b*, 417 *b*.
Vid. IMPROCESSIBILITAS.
INGENIUM. 1. — quid sit : VII, 393 *b*; IX, 241 *b*.
2. —, memoria et ratio in homine qualia officia habeant : IX, 241 *b*.
INGRATITUDO. 1. —, si sumatur negative, est circumstantia omnium peccatorum; privative vero, sc. qua quis positive parvi pendit beneficium vel benefactorem, est speciale peccatum : II, 365 *ab*; VI, 120 *a*.
2. Ingratitudine majori uter peccaverit, Adamne, an Lucifer : III, 315 *a*.
3. — quomodo faciat redire peccata : VI, 119 *b*.
4. — ut non contrahatur, sufficit actio gratiarum de beneficiis in communi : VI, 119 *b*-120 *a*.
5. — qualis sit circumstantia antecedens peccatum : VII, 373 *b*; XIII, 372 *ab*.
6. — quam noxia : VII, 147 *a*-148 *a*; VIII, 563 *b*-564 *a*; X, 118 *b*; XII, 47 *a*, 590 *b*, 591 *a*; XIII, 362 *b*.
7. — meretur perdere beneficia a Deo collata : XII, 416 *a*.
8. — qualiter a Deo puniatur : XI, 113 *ab*.
Vid. GRATITUDO, n. 6.
INGRESSUS. 1. —, et egressus ovium Christi, quid sit : XI, 398 *b*.
2. — Dei in animam describitur : XIII, 479 *b*-480 *a*.
INHABITATIO Spiritus sancti duplex : I, 268 *b*.
INHÆRENTIA actualis non est de essentia accidentis, sed tantum aptitudinalis : V, 509 *a*-510 *b*.
INHÆRERE proprie dicit subjectari in re alterius generis, ob idque est tantum accidentium : V, 510 *a*.
INHONESTAS. 1. —, seu inhonestum, est inverecundia in verbo, in gestu, in facto et in habitu : VII, 544 *b*.
2. — quomodo a gula procedat : *ibid.*
INIMICITIA. 1. — secundum ordinem naturæ inducit pugnam inter elementa, inter homines vero est contra naturam : IV, 679 *a*.
2. — virtuosa est in peccatum : *ibid.*
3. — qualis sit cum Deo, cum angelis et cum irrationalibus : XIII, 226 *a*-227 *a*.
4. — Dei numeratur in spoliatione gratuitorum : VII, 373 *b*.
INIMICUS. 1. — noster duplex est, sc. communis Ecclesiæ, et proprius personæ nostræ : IV, 676 *b*; VIII, 187 *a*.
2. — multiplex numeratur : IX, 169 *b*, 196 *b*, 443 *a*.
3. De dilectione inimicorum agitur : IV, 674 *a*-682 *b*; VII, 95 *a*-96 *a*; VIII, 137 *ab*, 186 *b*-187 *b*, 444 *b*, 544 *b*-545 *a*; IX, 56 *ab*; XI, 211 *a*; XII, 390 *b*-391 *a*; XIII, 264 *a*, 356 *b*, 437 *b*, 470 *b*-471 *a*, 477 *a*.
4. Inimicum odiens an tuta conscientia possit dicere orationem Dominicam : IV, 667 *a*; V, 645 *a*.
5. Erga inimicum an possit esse idem motus amoris, et erga amicum : IV, 666 *ab*.
6. Quomodo cum inimicis agendum circa remissionem offensæ : IV, 666 *b*.
7. Inimicos quomodo diligere teneamur, tum quoad affectum : 674 *a*-677 *a*; tum quoad effectum : 677 *a*-679 *a*.
8. Inimicorum dilectio quomodo sit perfectior dilectione amicorum, et e converso : IV, 680 *a*-681 *a*.
9. Inimicorum dilectio est minus debita, quam ea quæ præstatur amicis : IV, 681 *a*.
10. — reputandus, qui retrahit hominem a Dei servitio : XII, 562 *b*.
11. Inimicorum dilectio qualis sit gradus charitatis : XII, 187 *b*.
12. Inimicis benefacere, et pro ipsis orare, quam sanctum et utile : XII, 697 *b*.
13. Inimici ruina aliquando nos juste lætificat : VII, 148 *ab*.
14. Inimici Dei quinam sint : III, 454 *a*; IX, 496 *b*; XIII, 337 *b*.
15. — justitiæ quomodo quis dicatur : V, 129 *b*.
16. — familiaris quam sit noxius : XIV, 47 *a*.
17. In quo gradu teneamur inimicis remittere injurias : VIII, 137 *ab*.

Digitized by Google

18. Inimicorum dilectio est eleemosyna salutaris : v, 644 *b*-645 *a*.
19. — Dei est diabolus : xiii, 108 *a*, 110 *b*, 111 *a*, 113 *b*.
Vid. Dilectio, n. 19-20, Dimittere, Injuria.
INIQUITAS. 1. — quid sit, et in quo sensu nihil sit : iii, 489 *a*; ix, 268 *b*.
2. Iniquitatis tres sunt gradus, sc. suggestio, voluntas et consuetudo : ix, 268 *b*.
3. — dicit ordinem ad animam, peccatum vero ad corpus; sumitur tamen unum pro altero : *ibid.*
4. — ob quas causas odio habenda sit : ix, 528 *a*.
5. — damnatorum qualis : ix, 322 *b*.
INIQUUS. 1. — in corde, ore et opere quis sit, et quam abominabilis Deo : xiii, 468 *a*-469 *a*.
2. Iniquorum viæ quam difficiles : x, 36 *a*.
INITIUM. 1. —, initialis vel initiatum, proprie importat durationem; ideo non accipitur in divinis, nisi large et improprie, sc. pro principio : i, 470 *b*, 471 *a*.
2. — et principium qualiter differant : *ibid. et* 180 *b*. *Vid.* Exordium, n. 2.
3. — et radix quomodo differant : iii, 598 *b*.
4. — peccatorum in quo sensu sive insipientia, sive ignorantia dicenda sit : vii, 359 *b*; et in quo superbia : *ibid. et* 279 *a*.
INJURIA. 1. — in proximum qualis prohibeatur secundo præcepto alterius tabulæ : v, 155 *b*.
2. — in proximum vetatur triplici præcepto, prout versatur vel circa personam ipsam illius de quo agitur, vel circa conjunctam, vel circa ejusdem rem temporalem : xii, 249 *a*.
3. — quomodo sit modo causa occasionalis, modo etiam filia iræ, et in quo consistat : vii, 363 *a*; viii, 137 *a*, *b*.
4. Injuriarum remissio qualiter facienda, et sub qua obligatione : viii, 137 *ab*; x, 374 *a*-375 *b*; xi, 52 *ab*; xiii, 291 *a*, 292 *a*, 326 *a*, 396 *a*.
5. Injuriarum remissio obtinet remissionem peccatorum : x, 379 *a*, *b*, 519 *ab*.
6. Injuriæ quomodo vincantur : xiii, 343 *b*.
7. Injurias sufferre, est bibere venenum sine nocumento : xiii, 291 *a*.
8. — angeli promoventis accensetur spoliationi gratuitorum : vii, 375 *b*.
9. Invitatur homo ad remissionem injuriarum exemplo Christi : xiii, 324 *b*-325 *a*.
Vid. Bibulus, Dilectio, n. 47 (*ubi leg.* xiv, 153 *a*), Dimittere.
INJUSTITIA. 1. — est fructus seu filia avaritiæ, et committitur erga proximum, sive occulte, sive manifeste : vii, 537 *a*.
2. Injustitiæ fructus quinam sint : *ibid. inferius, et* 365 *a*.
3. Injustitiæ auctor simul et agens est diabolus : xiii, 255 *b*.
Vid. Persona.
INJUSTUS de justo quomodo quis fiat : ii, 196 *a*.
INNASCIBILIS. 1. — quis dicatur : i, 463 *b*-464 *a*.
2. Num dici possint duo innascibiles, ac proinde duo dii : i, 498 *ab*.
3. — et auctor, in quo differant : i, 219 *b*-220 *a*.
Vid. Ingenitus.
INNASCIBILITAS. 1. — et paternitas num eamdem relationem importent : i, 461 *b*-462 *b*.
2. — est proprietas Patris, dicitque positionem cum privatione : i, 220 *a*, 425 *a*, 427 *a*, 435 *b*-437 *a*, 457 *a*-464 *b*, 498 *b*; vii, 233 *b*, 250 *b*, 380 *a*.
3. — est idem quod primitas : i, 206 *a*.
4. — et nascibilitas opponuntur non relative, sed vel contradictorie, vel contrarie : i, 461 *b*.
5. — quomodo reducatur ad hypostasim, sive Patris, sive Filii : i, 427 *a*.
6. Innascibilitatem cur non æque alteri personæ Pater communicet, sicut improcessibilitatem, sive inspirabilitatem : i, 464 *b*.
INNOCENS. 1. — non debet damnari, nec injustus absolvi : iv, 436 *b*.
2. Innocentem non solum non inferre alteri malum, sed etiam vetare et impedire, quantum potest, quomodo intelligendum : ii, 217 *a*.
3. Vere innocentem non esse eum qui alium a culpa relevare potest, nec relevat, quomodo intelligendum : iii, 393 *a*.
INNOCENTES (Sancti) num vere martyres fuerint : v, 342 *b*.
INNOCENTIA. 1. — dicitur dupliciter, sc. vel prout privat culpam, vel prout ponit justitiam : iii, 68 *a*.
2. — est pars justitiæ, estque puritas animi, omnem injuriæ illationem abhorrens : vii, 238 *b*, 413 *b*.
3. — est medium inter gratiam et culpam : v, 667 *a*.
4. — non est causa meritoria immortalitatis, sicut culpa fuit causa mortalitatis : v, 332 *b*.
5. Innocentiæ gradus duo, sc. 1. non nocere ei qui non nocuit tibi, 2. non nocere ei qui tibi nocuit : ix, 262 *b*.
6. — debet esse in ingressu, in progressu et in egressu vitæ : i, 275 *a*.
7. — vitæ quam æstimanda : vii, 177 *a*-178 *a*.
8. De statu innocentiæ agitur : iii, 51 *a*-87 *b*.
Vid. Adam, n. 8, 12, 18-31, 45-51, 53-62, Animal, n. 35, Franciscus, n. 21; Homo, n. 65-66, 107.

Digitized by Google

INNOTESCENDI et distinguendi ratio eadem est : I, 426 *b*-427 *a*.

INNOVARI quomodo habeant cœli : VI, 560 *a*-562 *b*; item elementa : 562 *b*-564 *a*; item plantæ et animalia bruta : 564 *b*-565 *b*.

INNOVATIO duplex, sc. vel per abjectionem, vel per additionem, seu meliorationem; primo modo innovabuntur elementa post judicium, diciturque purgatio; secundo modo cœli : VI, 548 *b*-549 *a*.

INOBEDIENTIA. 1. — est voluntas fugiens minorationem potestatis, vel denegans subjectionem superioribus in debitis : VII, 237 *a* (*ubi*, *loco participii* fingens, *lege* fugiens), 361 *b*, 527 *a*.

2. — est filia inanis gloriæ, et superbiæ : VII, 361 *b*, 527 *a*.

3. — quam grande malum : VII, 116 *a*-117 *a*; XIII, 372 *b*, 373 *a*.

4. Ex inobedientia oriuntur multa mala, sc. impatientia, murmuratio, obstinatio, pertinacia, infidelitas : VII, 527 *ab*.

5. Ob inobedientiam navicula Ecclesiæ, seu religionis quassatur : XIII, 102 *b*-103 *a*.

6. Propter inobedientiam ejicitur homo de paradiso gratiæ, sicut Adam, de navi Ecclesiæ, sicut Jonas, et de regno gloriæ, sicut Saul : XIII, 103 *a*.

7. — fuit principale peccatum Adæ : III, 122 *a*, 125 *a*-131 *b*; XIII, 166 *a*.

INOBEDIENTIBUS pœnæ a Deo inflictæ, aut infligendæ quantæ : XIII, 465 *b*-466 *a*.

INOBSERVANTIA legis qua ratione referri possit ad singulas vires animæ : IX, 357 *a*. *Vid.* LEX.

INOPIA duplex, sc. voluntaria et involuntaria : XIV, 371 *a*.

INORDINATIO. 1. — triplex, sc. in ore, in opere, et in corde, quomodo : IX, 621 *b*.

2. — peccatoris respectu Dei, sui, et proximi : IX, 459 *a*.

INQUIETUDO mentis est fructus avaritiæ : VII, 364 *b*. *Vid. etiam* ACEDIA, n. 6.

INQUINATIO alicujus rei supponit communicationem in materia, vel dependentiam; ob id radius non inquinatur in fæcibus, nec spiritus in corpore : II, 38 *b*-39 *a*.

INSANABILIOREM neminem eo esse, qui sibi sanus videtur, qua ratione sit verum : III, 627 *b*.

INSANABILITAS provenire solet vel ex conditione morbi, vel ex conditione infirmi : III, 627 *b*.

INSANIAM quale vinum generet : XI, 539 *a*.

INSEPARABILITAS non ponit necessario identitatem omnimodam : III, 37 *b*.

Vid. SEPARABILIS, SEPARABILITAS.

INSEPARABILITER unita si duo sint, ubicumque est unum, ibi est alterum : IV, 465 *a*.

INSIDIÆ, prout sunt fructus invidiæ, definiuntur investigatio factorum alterius, ut accusari possit deprehensus in malo : VII, 530 *b*.

INSIPIENTIA quomodo dici possit initium omnium peccatorum : VII, 359 *b*.

INSOMNIUM. 1. — est opus phantasiæ, provenitque ex eo quod se ingerit dormienti idem, quod vigilantem fatigaverat : VII, 235 *b*, 394 *b*.

2. — quomodo differat a somnio et ab oraculo : *ibid.*

3. — quare diversificetur in phantasia : VII, 395 *b*.

INSPIRABILITAS an æque, ac innascibilitas, sit Patris notio : I, 463 *a*-464 *b*.

INSPIRARE. 1. — est dupliciter, sc. vel prout dicit spirationem Spiritus sancti, estque proprium Patris, vel prout dicit immissionem in animam estque totius Trinitatis : I, 196 *b*-197 *a*.

2. — et mittere quem actum nominent : I, 186 *b*, 196 *b*-197 *a*.

INSPIRATIO. 1. — divina quandonam sub præcepto debeat impleri : II, 220 *a*-221 *b*.

2. Inspirationes bonæ sunt angeli, sive nuntii Dei, sicut malæ sunt diaboli : VII, 595 *a*; VIII, 416 *a*.

3. Inspirationes bonæ et malæ quomodo discernendæ : VIII, 416 *ab*.

4. — bona quomodo dicatur ignota peccatoribus : IX, 256 *b*.

5. Inspirationes divinæ admittendæ, et quale periculum sit in ipsarum negligentia : X, 582 *a*.

Vid. DEUS, n. 271, 274, HOMO, n. 122.

INSTABILITAS, filia acediæ; *vid.* ACEDIA, n. 6.

INSTANS. 1. — copulat præteritum et futurum : V, 485 *b*.

2. Duo instantia immediata in mensura primi mobilis, et in continuo, sunt impossibilia; in mensura vero reali, et secundum essentiam sunt possibilia : V, 486 *b*, 667 *ab*.

INSTANTANEUM et successivum quomodo stare possint simul : V, 485 *b*, 637 *a*.

Vid. CHRISTUS, n. 147, MUTATIO.

INSTINCTUS naturalis quid operetur : VIII, 107 *a*.

INSTITOR; *vid.* CHRISTUS, n. 693.

INSTRUMENTUM. 1. — seu organum, est duplex, sc. separatum, et unitum : V, 616 *b*; VI, 452 *ab*.

2. — omne in virtute manus est : VI, 176 *a*.

3. In artificialibus nobilius est uti instrumento facto, quam ipsum facere : VI, 142 *ab*.

4. — qualem conformitatem habere debeat ad causam principalem : II, 440 *b*.

Vid. MANUS.

Digitized by Google

INSUFFLATIO Christi quid significaverit : XI, 515 *b*.

INTELLECTIO. 1. — qualiter fiat : I, 172 *b*-173 *a*; II, 80 *b*-81 *b*, 83 *ab*; XII, 11 *a*.

2. Intellectionis difficultas est vel a parte potentiæ, vel a parte objecti : I, 149 *b*.

3. — ut sequatur, debetne ex intelligente et intellectu fieri unum : III, 42 *b*.

INTELLECTIVUM; *vid.* SENSITIVUM.

INTELLECTUS. 1. — est quædam vis et potentia animæ, per quam intelligit, apprehenditque res immateriales et intelligibiles : I, 19 *ab*, 66 *a*, 286 *b*-287 *a*, 455 *ab*; III, 532 *b*-533 *a*; IV, 214 *a*; VII, 235 *b*, 391 *a*, 394 *a*; VIII, 430 *ab*.

2. — aliquando sumitur pro potentia, aliquando pro habitu, aliquando pro actu, aliquando pro ipso principio intellecto : I, 19 *ab*, 455 *ab*; III, 209 *a*, 532 *b*; IV, 537 *a*; V, 119 *a*; VI, 613 *b*; VII, 628 *a*.

3. Solus intellectus intrat ab extrinseco, id est sola substantia intellectiva non educitur e materia : III, 357 *a*.

4. — in quo sensu dicatur tabula rasa : II, 264 *a*; III, 175 *b*, 535 *b*, 537 *b*; VII, 571 *b*.

5. — quomodo nihil possit intelligere, quod non prius fuerit in sensu : III, 186 *a*, 537 *b*; V, 151 *a*, 472 *a*; VI, 472 *a*, 612 *b*. Id intelligendum de illis, quæ habent esse in anima per similitudinem abstractam : III, 537 *b*.

6. — quid sit, et qualiter differat ab intelligentia, ab imaginatione, a sensu et a ratione : I, 65 *ab*; VI, 613 *b*; VII, 394 *a*; VIII, 430 *ab*.

7. — habet in se lumen inseparabile, insufficiens tamen per se ad ipsius directionem absque susceptione specierum : III, 536 *b*-537 *a*; V, 374 *a*; XII, 11 *a*.

8. — varie nominatur : III, 174 *b*, 175 *a*, *b*, 176 *a*.

9. — alius est agens, alius possibilis, suntque vires distinctæ, et quænam sint munera utriusque : I, 324 *a*; II, 337 *a*, 418 *a*, 492 *b*; III, 173 *a*-177 *b*; IV, 309 *ab*; VI, 613 *b*; VIII, 109 *b*.

10. — quomodo dividatur in agentem et possibilem, in speculativum et practicum, in habitum et actum, in intellectum in effectu et intellectum adeptum : III, 41 *b*; VII, 393 *a*; VIII, 109 *b*, 111 *ab*; IX, 61 *a*.

11. — passivus quid sit juxta quosdam : III, 41 *a*.

12. — alius apprehendens, alius resolvens : I, 455 *ab*.

13. — quid, et quando aliquid intelligat : I, 65 *a*.

14. Quomodo per unam potentiam, sc. intellectivam, anima ordinet lineam prædicamentalem; quomodo ascendat abstrahendo et resolvendo, et descendat componendo, seu comparando a generalissimo usque ad individuum : VI, 614 *ab*.

15. Angeli cognoscunt singularia; noster autem intellectus ob conjunctionem cum corpore id non potest : II, 83 *a*. Videtur S. Doctor contrarium dicere : 326 *a*.

16. — pro statu præsenti non cognoscit singularia distincte, sed ad id indiget sensibus : II, 83 *a*; III, 12 *a*; VI, 614 *b*.

17. — perficitur in se ab habitu speculativo; in ordine ad opus, ab habitu practico; in ordine ad effectum ab habitu affectivo, qui est sapientia : I, 19 *ab*.

18. — noster an omnia intelligere possit : I, 324 *a*.

19. Intellectus agentis, et possibilis quænam officia : VIII, 111 *ab*.

20. — non determinat sibi organum, licet compatiatur corpori : IV, 358 *b*.

21. — non individuatur a corpore, sed a propria materia et forma, licet secundum corporis indigentiam : III, 42 *a*.

22. Objectum intellectus est ens sub ratione veri : I, 65 *ab*, 68 *a*, 149 *ab*, 324 *a*; II, 326 *a*, 418 *a*, 633 *b*; III, 12 *a*, 42 *ab*, 488 *a*, 529 *ab*, 548 *a*; IV, 485 *a*. Ejus objectum est ens in tota latitudine : II, 633 *b*. Est universale, et singulare etiam, sed quomodo : II, 83 *a*, 418 *a*; III, 12 *a*, 42 *ab*.

23. — quomodo assimilet sibi objectum : I, 324 *a*; III, 230 *a*; sicque fiat quodammodo omnia : I, 66 *b*.

24. — et objectum quomodo fiant unum simul : III, 42 *b*; IV, 298 *b*.

25. — potest omnia cognoscere, quia est potentia indeterminata; non sic sensus, quia est potentia determinata : I, 66 *b*, 324 *a*.

26. — quomodo cognoscat contingentia : IV, 318 *b*-319 *b*.

27. — quomodo possit intelligere, vel quomodo fiat cognitio : I, 65 *ab*, 67 *a*; II, 83 *a*; III, 42 *b*; IV, 298 *ab*, 309 *a*-310 *a*; VI, 613 *a*-614 *a*; VIII, 110 *ab*.

28. Quidquid intellectus cognoscit, id vel per speciem, vel per essentiam, vel per effectum : I, 65 *b*, 67 *a*; IV, 316 *b*.

29. — est cæcus, sed quomodo : I, 24 *ab*.

30. — quomodo illuminetur a vero : I, 24 *b*.

31. — agens, et — possibilis duas potentias distinctas, sed inseparabiles, ejusdem animæ intellectivæ constituunt : III, 174 *b*-175 *b*, 177 *b*; VI, 613 *b*. Contrarium S. Doctor videtur dicere : IX, 59 *a*. *Vid.* POTENTIA.

32. — agens est quo est omnia facere, — possibilis quo omnia fieri, quo sensu : III, 174 *b*-175 *a*, 176 *a*.

Digitized by Google

33. — ut possibilis, potest intelligere omnia ; ut agens, nequaquam, et quare : I, 324 *a* ; II, 418 *a*, 633 *b* ; III, 175 *a* ; VI, 615 *b*.
34. — agens operatur tum in iis quæ extrahuntur per sensum, tum in iis quæ sunt supra sensum : III, 42 *a*.
35. — quomodo possit cognoscere Deum : I, 323 *b*-324 *a*, 332 *b*-333 *a* ; III, 42 *a* ; IX, 59 *a*-61 *a*.
36. In ipso est quoddam lumen, quo cognoscitur immediate Deus, ipsaque anima, et virtutes : V, 374 *a*.
37. — cum intelligit simplex per modum compositi, ponit illam compositionem circa se, non circa rem intellectam : I, 438 *b* ; IV, 525 *b*.
38. Legere, judicare, testificari et arguere sunt actus intellectus : III, 531 *b*-532 *a*.
39. — duplicem habet actum, sc. simplicem et collectivum : III, 548 *a*.
40. Actus intellectus etiam quadruplex est, sc. cogitatio, meditatio, speculatio et contemplatio : VIII, 421 *b*.
41. — in intelligendo vel simpliciter apprehendit, vel resolvit semiplene, vel plene : I, 455 *ab* ; IV, 525 *b*-526 *a* ; VI, 614 *ab*.
42. — unico actu non potest plura cognoscere : II, 326 *a*, 334 *b*-335 *a*, 363 *b*, 364 *b*, 365 *a*. Id tamen potest intellectus beatus : IV, 342 *ab*.
43. Quomodo sensus sit singularium, intellectus universalium : I, 326 *a*.
44. — quomodo cognoscat tantum abstracta a materia : III, 12 *a*.
45. — vel est verus, vel phantasticus : I, 53 *b*.
46. Humani intellectus terminus quisnam : II, 231 *a*.
47. — plerumque nonnisi a posteriori, sc. per proprietates, cognoscit essentias rerum : II, 272 *b*.
48. — agens est vis animæ activa, valens in operationem propriam exire : III, 174 *b*.
49. — agentis est abstrahere, et facere speciem intelligibilem ; possibilis, recipere et judicare : III, 175 *a*. Imo uterque judicat, et intelligit ex mutuo adjutorio : 177 *ab*.
50. — agentis, et — possibilis officia, et differentiæ : II, 418 *a* ; III, 41 *ab*, 173 *ab*, 174 *a*-177 *b* ; IV, 309 *ab* ; VIII, 111 *ab*.
51. — possibilis non est omnino passivus : III, 175 *b*-176 *a*, 177 *a*.
52. — agens sine possibili operationem propriam perficere nequit : 177 *b*.
53. — agens imprimit speciem in possibili : II, 337 *a*, 418 *a* ; VI, 613 *b*. Hoc elucidatur per id quod dicit alibi S. Doctor de impressionibus luminarium cœlestium in hæc inferiora : II, 598 *ab*.
54. In angelo est intellectus agens, et possibilis : II, 337 *a* ; VI, 613 *b*.
55. — angeli non potest plura simul intelligere (naturaliter), sed successive tantum : II, 333 *b*, 335 *a*, 364 *b*.
56. Angeli et homines cognoscunt successive præterita et futura ; non sic intellectus divinus : II, 122 *b*-123 *a*.
57. — recipit aliquando speciem universalem, quæ simul est singularis : III, 42 *ab*.
58. — quomodo dicatur speculativus, et practicus, et quomodo discrepet unus ab altero : I, 269 *a* ; III, 166 *b* ; IV, 484 *a* ; VIII, 111 *b*.
59. — fit practicus extensione, id est extendendo se ad voluntatem : III, 166 *b*, 536 *b*.
60. — speculativus, et practicus an sint duæ distinctæ potentiæ : III, 532 *b*-533 *a* ; IV, 487 *ab* ; VII, 235 *b*, 267 *a* ; VIII, 111 *b*.
61. — practicus circa quid versetur : III, 533 *b*.
62. Divisio intellectus in speculativum et practicum est secundum statum, seu objecti rationem : III, 172 *a* ; VII, 393 *a* ; VIII, 109 *b*.
63. — speculativus secundum alium statum, dum conjungitur voluntati, fit practicus : III, 172 *ab*.
64. Finis intellectus speculativi est veri cognitio ; practici vero est opus : VIII, 111 *b*.
65. — fit practicus, in quantum habet rationem motivi, non per modum efficientis, sed dictantis, et inclinantis ad motum : III, 533 *a*.
66. — practicus dividitur in rationem et synderesim : *ibid.*
67. — practicus informatur, seu perficitur conscientia : III, 533 *a*.
68. Sensus apprehendit per modum incomplexi ; intellectus per modum complexi : II, 121 *a*.
69. — non habet regere nisi consulendo : III, 213 *b*.
70. — non est potentia alligata materiæ (sc. quantæ), nec proinde dependet absolute a corpore : III, 230 *b*-231 *b*, 357 *ab*.
71. Actus intellectus quomodo impediantur : *ibid.*
72. — quare non possit intelligere nisi abstracta a materia : III, 12 *a*.
73. — quomodo habitus innatos habeat : III, 536 *b*-537 *a*.
74. Abstractio specierum per intellectum dupliciter fieri potest : IV, 323 *a*.
75. — præcedit affectum in rebus ejusdem ordinis, alias non : V, 72 *b*.
76. — in cognitione principiorum est semper rectus, non vero conclusionum, et aliarum rerum specialium : III, 548 *a*.
77. — quomodo patiatur distractiones : VI, 388 *a*.

Digitized by Google

78. — quare aliquando non intelligat : I, 24 *b*; III, 176 *b*.
79. — et voluntas an sint diversæ potentiæ : III, 163 *a*, 168 *b*.
80. Quomodo sint reflexivæ super se : I, 286 *b*-287 *a*; II, 339 *a*.
81. — quare possit cogi, non vero voluntas in amplectendo objectum proprium : VIII, 112 *b*.
82. — necessario assentitur principiis per se notis : I, 150 *b*; III, 536 *b*.
83. — agens (idemque dicendum de possibili) a sui conditione non est sciens, sed ignorans : III, 535 *b*.
84. Intellectus purgationes et depurationes quænam, vel cujusmodi expediant, et quotuplici modo fieri possint : I, 42 *b*; II, 83 *a*; IV, 323 *a*, 325 *ab*; VI, 613 *b*.
85. Intellectus certitudo duplex (sc. *absoluta et moralis*) : IV, 579 *a*.
86. — agens non est in actu quoad omnia : III, 175 *a*.
87. — agens num sit in actu ad omnia, respectu quorum possibilis est in potentia : II, 418 *a*.
88. — noster se habet ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad lucem solis : I, 24 *b*; IX, 1 *b*.
89. — et sensus in tendendo ad objectum qualiter differant : I, 41 *b*.
90. Errores intellectus unde proveniant : I, 149 *ab*.
91. — dicitur quoque simplex apprehensio, sicut judicium assensus, et ratiocinium discursus : I, 49 *b*; II, 122 *a*; IV, 312 *a*.
92. — semper præcedit affectum in rebus ejusdem ordinis, alias non : VIII, 46 *a*-53 *b*.
93. — et voluntas mutuo se adjuvant : III, 167 *a*.
94. Quanta sit vis intellectiva in anima separata, et quomodo possit sentire, imaginari et intelligere : VI, 588 *a*, 611 *b*-616 *a*.
95. Qualiter intellectus, voluntas et memoria concurrant ad imaginem Trinitatis constituendam : I, 77 *b*-84 *b*.
96. — animæ existentis in peccato quare non possit videre Deum : I, 50 *a*; II, 341 *a*; IV, 516 *ab*; VI, 557 *a*; XIII, 162 *a*, 234 *b*.
97. — qualiter exercendus in iis quæ spectant ad salutem animæ : VII, 100 *a*-102 *a*.
98. — et affectus sunt pedes animæ : VIII, 397 *b*.
99. — quomodo illustretur : IX, 110 *b*.
100. — datus, delectabilis; privatus, detrectabilis; mutatus, detestabilis : IX, 485 *a*.
101. — alius est Verbi increati, alius Verbi incarnati, alius Verbi inspirati : IX, 44 *a*-49 *b*.
102. — terminorum, propositionum et illationum quomodo sit objectum virtutis intellectivæ : XII, 11 *a*.
103. Defectus intellectus in intelligendo, unde proveniant : I, 149 *b*.
104. — sunt iidem apud omnes, licet voces sint diversæ, vel significandi modi : I, 98 *a*.
105. — donum explicatur : VII, 414 *b*-415 *a*, 627 *a*-635 *b*; VIII, 309 *b*-310 *b*; IX, 40 *b*-49 *b*.
106. — doni actus qualis sit : V, 115 *a*-117 *b*.
107. — non numeratur inter dotes beatorum, quare : VIII, 240 *b*.
Vid. ANGELUS, n. 150-165, 198, 248, ANIMA, n. 101-103, 105, 116, 119, 128, DONUM, n. 18, EXCELLENS, n. 1, RATIO.

INTELLIGENDI ratio unde proveniat : I, 43 *b*.

INTELLIGENS. 1. — et intellectum an sint relativa : I, 179 *a*.
2. — et res intellecta quomodo fiant unum : III, 42 *b*.

INTELLIGENTIA. 1. — est vis animæ, quæ immediate supponitur Deo : III, 218 *b*; VII, 394 *a*; VIII, 430 *b*.
2. — multiplex exponitur : IX, 41 *b*, 59 *a*, *b*, 60 *b*.
3. — quomodo differat a cognitione sensitiva : VII, 628 *a*. — 4. Ejus operationes explicantur : XII, 11 *a*-12 *a*.
5. — alia est indita, alia acquisita, alia infusa : IX, 363 *b*.
Vid. ANIMA, n. 25.

INTELLIGENTIÆ, id est angeli, sunt multo plures, quam sint orbes qui moventur : III, 42 *b*. *Vid.* ANGELUS, n. 69, 93, 112.

INTELLIGERE. 1. — est dupliciter, et quomodo præcedat, sequaturve fidem : I, 365 *b*.
2. — qualis actus, sc. utrum simplex, an compositus : III, 177 *a*.
3. — in divinis quid importet : I, 522 *a*.
4. — in nobis est per verbum, seu intelligentiam genitam; non sic in Deo : I, 444 *b*.
5. — alterum præter alterum quot modis fiat : I, 455 *ab*.
6. — nominat cognitionem in actu; scire autem, in habitu : IV, 311 *a*.
7. Hinc fatendum est quod, licet sciamus plura, intelligimus unum solum : 310 *b*.
8. — nostrum est cum continuo tempore, quia ad id acquirendæ sunt species per sensus et phantasiam : V, 636 *a*, 637 *a*.
Vid. DICERE, n. 2, 4-6.

INTELLIGIBILE est perfectio intellectus, et quomodo : II, 80 *a*.

INTELLIGIBILITAS rei est ipsa entitas ut vera : XII, 11 *b*.

INTEMPERANTIA; *vid.* TEMPERANTIA.

INTENDERE. 1. — quid sit : III, 525 *a*.
2. — hoc, et in hoc, num sit idem : *ibid.*

Digitized by Google

INTENDI. 1. In omni actu animæ, in quo potest proficere per assuefactionem et continuationem, contingit ipsum intendi : v, 639 *b*.

2. Quod intenditur, id fieri per accessum ad veram nominis impositionem, quatenus participat illud nomen, id est in termino, vel per depurationem a contrario, an sit usquequaque verum : v, 639 *b*, 640 *b*.

INTENSIO et remissio in qualitatibus an varient speciem : II, 467 *b*.

Vid. CONTRITIO, n. 26, 38, 40, FORMA, n. 31, IGNIS, n. 6, PROPRIETAS, QUALITAS.

INTENTIO. 1. — est actus voluntatis ut elicientis, et libere ordinantis, et moventis in finem, et a ratione directus : III, 522 *a*-526 *b*; VIII, 404 *b*. Ejus etymologia expenditur : III, 525 *a*.

2. — quomodo includat etiam operationem intellectus : III, 525 *b*-526 *a*.

3. — est voluntas ratiocinata, prout dirigitur in finem : V, 394 *ab*.

4. — est idem quod appetitus per quem res tendit in finem, estque triplex, sc. naturalium, sensibilium et rationalium; prima potius se habet passive, secunda active, et tertia medio modo : III, 522 *a*-523 *b*.

5. — proprie, et prout dicit lumen intellectus, et tendentiam voluntatis, est tantummodo rationalium : III, 523 *b*.

6. — stat vel pro potentia, vel pro actu, vel pro habitu, vel pro fine : III, 526 *ab*.

7. — alia perfecta, alia imperfecta; prima requiritur ad bonitatem operis, altera non sufficit : III, 554 *b*-555 *a*.

8. Intentionis privatio quomodo, vel quando excludat malitiam ab actu : 555 *b*-556 *a*, 588 *ab*.

9. — bona quomodo et quando augeat bonitatis valorem : 556 *a*-557 *b*.

10. Effectus bonæ intentionis quales : VIII, 404 *a*-409 *a*; XII, 507 *b*-508 *a*.

11. — quotuplex : VIII, 405 *a*-406 *b*; X, 611 *b*; XII, 412 *a*.

12. — bona an sufficiat absque executione operis : III, 557 *b*-559 *b*.

13. — alia actualis, alia habitualis, sc. virtualis; et quid utraque operetur : III, 571 *b*, 582 *ab*.

14. Quid operetur obliquitas intentionis : III, 555 *ab*; VIII, 405 *b*; XIII, 468 *b*.

15. Quid sit aliquid præter intentionem facere : IV, 25 *b*.

16. — quomodo rectificet, vel deturpet opus : III, 556 *a*-557 *b*; IV, 212 *b*; V, 183 *b*; VIII, 404 *a*-409 *a*.

17. — qualis præexigatur ad cognitionem, et ad qualem : I, 216 *ab*.

18. — utrum fide, an charitate dirigi habeat : III, 570 *ab*.

19. De intentione habenda in administratione sacramentorum : VII, 316 *b*.

20. Intentionis rectæ necessitas ostenditur : VIII, 404 *a*-409 *a*; XII, 382 *b*-383 *a*; XIII, 419 *b*-421 *a*.

21. — recta est fundamentum et columna totius vitæ spiritualis : VIII, 404 *a*.

22. De recta intentione auctoritates S. Scripturæ afferuntur : VIII, 626 *ab*.

23. — est oculus animæ, rectificans totum corpus operationum : X, 539 *a*; XII, 507 *b*.

24. — nomen operi quomodo imponat : X, 612 *a*.

25. In primis intentionibus est reflexio, quomodo : I, 63 *b*-64 *a*.

26. Casualia et fortuita fiunt præter intentionem humanam, non vero præter divinam : III, 523 *a*.

27. Quod tantum faciat quisque, quantum intenderit, verum est, si *tantum* et *quantum* adhibeantur ut adverbia, falsum vero, saltem aliquando, si ut adjectiva : III, 556 *b*-557 *a*.

28. Quomodo et quando sola intentio absque opere sufficiat ad vitam æternam promerendam : III, 558 *b*-559 *a*.

29. Quod est ultimum in intentione, est primum in excutione : V, 172 *a*.

Vid. FINIS, n. 1-34, 36-40, 49, OPUS, REFLECTI, VOLUNTAS.

INTENTIONES, seu similitudines vel species, habent comparationem tum ad res quarum sunt similitudines, tum ad animam in qua resident : II, 50 *b*.

Vid. SIMILITUDO, SPECIES.

INTERCESSIO Sanctorum commendatur : VII, 310 *a*, 334 *ab*.

INTERDICTUM. 1. — est censura ecclesiastica, et qualis : VII, 368 *b*-369 *a*, 527 *a*.

2. Contemptus interdicti est peccatum mortale : VII, 527 *a*.

INTERITUS. 1. Hominis interitus causæ duodecim enumerantur : X, 578 *a*-579 *a*.

2. Quomodo sive per prosperitates, sive per adversitates homo ruat in interitum : XI, 164 *b*-165 *a*.

INTERJECTIONES sunt quædam in Scriptura, quæ magis affectum, quam rem aliquam significant, nec potuerunt verti ex Græco vel Hebræo : XI, 422 *a*.

INTERPRETATIO. 1. — in malam partem qualiter judicium temerarium secum importet : XIV, 539 *a*.

2. Bonum non ideo malum est, quia sinistra fit ejus interpretatio : XIV, 528 *a*.

3. Juris sophistica interpretatio, seu allega-

Digitized by Google

tio, est fructus injustitiæ, et ab avaritia provenit : VII, 540 *b*, 541 *a*.

INTERROGATIO. 1. Interrogationes per *quomodo*, *quis* et *quid*, in divinis quem sensum habeant : I, 405 *b*, 419 *b*.

2. Interrogationum multiplex finis expenditur : XI, 276 *a*.

3. — sui quomodo in operationibus propriis facienda : XIII, 275 *b*.

Vid. CONFESSARIUS, n. 26.

INTERRUPTIO. Bis adverbium dicit actus interruptionem, si actus ille non numeretur sine interruptione : IV, 191 *ab*. *Vid.* BIS, n. 2.

INTESTINA an resuscitanda sint in fine mundi : VI, 477 *b*-478 *b*. *Vid.* DYSENTERIA.

INTIMUM alicujus est ei maxime unibile : IV, 8 *b*.

INTINCTUS ; *vid.* PANIS.

INTRA se esse, vel extra, quot modis dicatur : IX, 185 *b*-186 *a*.

INTRARE. 1. — in gaudium Domini quid sit : I, 43 *b* ; VIII, 328 *b*.

2. Cur legatur in festo Assumptionis Evangelium *Intravit Jesus* : X, 513 *a*.

INTRINSECUM. 1. — esse alicui stat dupliciter, sc. vel sicut contentum, vel sicut influens in intima : II, 447 *b*.

2. — in quo est unio cum Christo, quale : VIII, 394 *a*-482 *b*.

INTROITUS. 1. — Missæ quid significet : XII, 258 *b*-259 *a*.

2. — Missæ noctis *Lux fulgebit* quare non repeteretur toties, quoties repetebatur *Puer natus* diei Nativitatis Dominicæ, tempore S. Bonaventuræ : IX, 563 *a*.

3. — bonus triplex in Scriptura notatur : IX, 536 *b*-537 *a*.

INUNCTIO in sacramentis et sacramentalibus ad quid fiat : VI, 181 *ab*.

INVARIABILITAS. 1. — quotuplex : I, 153 *a*.

2. — est propria solius Dei : *ibid.*

INVENIRE. 1. — quid sit : X, 230 *b*.

2. Inveniendi vis in homine secundum formam est a corde, secundum materiam est a cerebro : IX, 209 *b*.

INVENTIO. 1. — rerum multiplex, et quænam obligat ad restitutionem : VII, 537 *ab* ; XIII, 275 *b*-276 *b*, 337 *a*-338 *a*, 559 *a*-560 *b*.

2. — sanctæ Crucis expenditur : XIII, 555 *b*-560 *b*.

INVERECUNDIA qualis sit passio naturalis, et qualis vitiosa : VII, 544 *b*.

INVERTIBILITAS per naturam est in solo Deo ; per gratiam inest quoque creaturis : I, 154 *ab*.

INVIDENTIA. 1. — fraternæ charitatis quid sit, et quomodo sit peccatum in Spiritum sanctum : III, 637 *a*. — 2. Quomodo differat ab ea quæ est vitium capitale : 637 *a*. *Vid.* PECCATUM.

INVIDERE civibus naturale est : X, 315 *b*.

INVIDIA. 1. — quid sit : VII, 359 *a*, 361 *b*-362 *a*, 530 *a* ; VIII, 134 *b*, 135 *a*, 136 *b*-137 *a*, 252 *b* ; X, 357 *b*-358 *a* ; XII, 160 *b*. — 2. Quotuplici modo possit contingere : VII, 530 *ab*.

3. — est proles superbiæ : II, 365 *b*-366 *a*.

4. — acrisiam quomodo pariat : VIII, 253 *ab*.

5. Invidiæ quæ concurrant : II, 159 *b*. — 6. Oritur ex defectu charitatis, et ex amore proprii boni : VI, 605-*a*.

7. Invidiæ differentiæ, et filiæ quales : VII, 362 *ab* ; IX, 554 *b*-555 *a*.

8. — quænam exigat : II, 159 *b*.

9. Invidiæ objectum quale : III, 95 *b*.

10. — semper comitem habet superbiam : *ibid.* Est primogenita superbiæ : IX, 258 *a*.

11. — artificis respectu alterius in quonam consistat : I, 344 *b*.

12. — quibus virtutibus opponatur : VII, 79 *ab*, 362 *a*.

13. — et æmulatio qualiter differant : VII, 362 *a*.

14. Invidiæ mala : VIII, 136 *b*-137 *a*, 538 *a*-539 *a* ; IX, 18 *b* ; X, 314 *b* ; XI, 202 *b* ; XII, 24 *a*, 160 *b*-161 *a* ; XIII, 99 *ab*, 171 *b*, 200 *b*, 342 *a*, 395 *ab*, 466 *a*, 489 *a*.

15. — quotuplex : VIII, 136 *b* ; XII, 349 *ab*.

16. — quomodo superari possit : XII, 342 *a*.

17. Invidiæ signa quædam : XII, 211 *a*.

18. — non quærit quid dicat, sed ut dicat : X, 527 *b*.

19. Invidiæ venena possunt superari, sed non facile quiescere : XI, 146 *a*.

20. — tollit unitatem : XI, 370 *a*.

21. — et rancor, qualis infirmitas : XIII, 171 *b*, 459 *a*. — 22. Est podagra animæ : 171 *b*.

23. Invidiæ remedia : VIII, 532 *b* ; XII, 161 *ab* ; XIII, 172 *b*-173 *a*, 396 *a*.

24. — comparatur hydropisi : X, 605 *a* ; item lepræ, et cani : VIII, 135 *a* ; item paralysi : XIII, 200 *b* ; item vermi in ligno, rubigini in ferro, tineæ in vestimento, draconi, leproso, Judæ proditori, diabolo, oculo menstruatæ, noctuæ, igni græco, aquæ fallaci, navi illudenti, candelæ serpentinæ, Cain fratricidæ, acrisiæ Sodomitarum, nihilo quoque : VIII, 252 *b*-253 *b*.

25. Filiæ invidiæ, quæ sint : VII, 362 *ab*, 530 *b*-532 *b* ; VIII, 254 *a*.

Vid. ACRISIA, DETRACTIO, n. 2, DIABOLUS, n. 16, 76, 291, MALEDICTIO.

INVIDUS. 1. Invidi a Deo maledicti : VIII, 497 *b* ; XIV, 278 *b*.

2. — et peccator nominantur unus pro altero : IX, 439 *ab*.

INVITATORIUM. 1. — in officio divino quid si-

Digitized by Google

gnificet, et quare mutetur loco in die Epiphaniæ : IX, 270 *b*-271 *a*.
2. Invitatoria diversa justorum et impiorum proponuntur : X, 16 *a*.
3. Quare in officio Mortuorum invitatorium *Regem cui omnia vivunt* : X, 447 *a*.
4. Invitatorium quale a Christo in ultimo judicio cantandum : XIII, 323 *a*.
Vid. ECCLESIA, n. 78.

INVOCARE Deum cum dupliciter possimus, num utrumque modum Deus exaudiat : VI, 55 *b*.

INVOCATIO ; *vid.* INTERCESSIO.

INVOLUNTARIUM. 1. — dupliciter dicitur : V, 209 *b* ; VII, 281 *b*.
2. Plus habet de ratione involuntarii quod fit per ignorantiam, quam quod per violentiam : VI, 260 *a*.

IOD interpretatur principium, seu dominatio : IX, 402 *b* ; X, 154 *a*.

IPSE pronomen, quid significet : IX, 183 *a*.

IRA. 1. — quid sit, et quomodo definiatur : I, 191 *a* ; IV, 343 *a* ; VII, 237 *a*, 362 *b*, 532 *b* ; VIII, 137 *a*, 254 *a* ; XIII, 352 *ab*.
2. Peccatum iræ habet oppositionem uno modo ad mansuetudinem, alio ad zelum : VII, 362 *b*.
3. Iræ species sunt tres, sc. fel, cotus et mania : VII, 363 *a*.
4. Item quatuor sunt species iræ, seu detestationis, quas lege : IV, 343 *b*.
5. — alia est per zelum, alia per vitium : VII, 532 *b*.
6. Iræ varii gradus : XII, 160 *a*, 350 *ab* ; XIII, 352 *a*-353 *b*.
7. Filiæ iræ quænam sint : VII, 363 *a* ; VIII, 137 *b* ; XIII, 353 *ab*.
8. Iræ mali effectus enarrantur : VII, 73 *a*-74 *a*, 79 *b*-80 *a* ; VIII, 138 *a* ; IX, 18 *b*, 675 *a* ; XII, 350 *ab* ; XIII, 353 *ab*, 368 *a*, 489 *ab*.
9. Iræ mala explicantur per varias comparationes : VIII, 254 *a*-255 *a*.
10. — est vindex læsæ concupiscentiæ, quomodo : I, 191 *a* ; X, 139 *a*.
11. — vitiosa peccatorum, et virtuosa justorum qualiter differant : IV, 343 *b* ; VIII, 600 *a*-601 *b* ; IX, 56 *a*, 637 *ab* ; XII, 342 *b*.
12. — propria status innocentiæ quænam : IV, 343 *b*. — 13. Qualem perturbationem secum plerumque ira afferat : *ibid.* — 14. Ira Christi qualis : *ibid.*
15. — in Deo non invenitur, sed tantum signa iræ : II, 177 *a*, VIII, 501 *b*-502 *a*.
16. — est accensio sanguinis circa cor ex evaporatione fellis : IV, 343 *a*, 344 *b*. Ob id est febris animæ : XI, 324 *b*.
17. — oritur a superbia : VII, 359 *a*.
18. Iræ remedia assignantur : XII, 160 *ab*, 350 *b*-351 *b*.
19. — quando peccatum mortale, et quando veniale : VIII, 143 *ab*.
20. — data est homini ut irascatur vitiis et malis : XII, 342 *b*.
21. Declinare in ira Deum, vel in misericordia, quid sit : IX, 188 *b* ; XI, 308 *b*. — 22. Ira Dei est hominem non corrigere in hac vita : *ibid.*
23. — Dei quadruplex : VIII, 502 *a*-503 *a* ; XI, 308 *b*. Præcipue exeritur contra superbiam, avaritiam et luxuriam : XIII, 454 *b*-455 *b*.
24. Quomodo quis effugere possit ab ira Dei ventura : X, 287 *b*.
25. Ira et cætera vitia capitalia sunt septem spiritus nequam, et quomodo ejici possint : XIII, 167 *b*-168 *b*.
26. Iræ vitiosæ qualitates enarrantur : XIII, 201 *a*. — 27. Comparatur febri : *ibid.* ; item lepræ : VIII, 135 *a* ; item igni : 254 *ab*.
Vid. CONTUMELIA, n. 1, CONVICIUM, n. 2, 7, COTUS, CRUDELITAS, n. 1.

IRACUNDUS. 1. — comparatur lupo : VIII, 135 *a* ; item ollæ bullienti, apro, homini insano vel arreptitio, calculo emittenti ignem, rhamno : VIII, 254 *b*-255 *a*.
2. Iracundi a Deo maledicti : XIV, 279 *a*.

IRASCIBILIS potentia. 1. — et concupiscibilis an sint duæ potentiæ, et quomodo sint inclusæ in libero arbitrio, et nominent modo appetitum brutalem, modo rationalem : III, 166 *a*, 213 *b*-214 *a*.
2. — et concupiscibilis dicuntur affectivæ, et subjici debent rationali : III, 213 *b*-214 *a*. Sunt idem quod voluntas : *ibid.*
3. — an sit in Deo : I, 191 *ab* ; II, 177 *a*. — 4. Est in beatis, quare : I, 191 *b*.
5. — potentiæ actus est detestari mala culpæ, perpeti mala pœnæ, aggredi terribilia, et erigi ad magna et ardua ; quæ omnia sunt effectus spei : IV, 591 *ab*.
6. In irascibili insunt cum ira patientia, fortitudo, timor et spes : *ibid.*
7. — est voluntas, prout fertur in Deum ; vel sensualitas, prout fertur in hæc inferiora : V, 54 *ab*.
8. — quomodo a recto retrahatur : XII, 370 *a*.
Vid. CONCUPISCIBILIS, n. 1-6.

IRIS quid sit, et quomodo generetur : VIII, 94 *a*.

IRONIA quid sit : VII, 527 *a*.

IRRADIATIO animæ triplex, sc. veritas rerum, vocum et morum : IX, 50 *a*-54 *a*.

IRRATIONABILE ; *vid.* RATIONALE.

IRRATIONALES creaturæ. 1. — an ex charitate sint diligendæ : IV, 630 *a*-633 *a*.
2. — operantur semper eodem modo ; non sic rationalia, quare : VIII, 106 *b*.
3. Irrationalium appetitus, et dominium circa actus proprios expenditur : III, 200 *b*-202 *b*.

Digitized by Google

IRREGULARIS quare vir reddatur ex uxoris fornicatione, non autem ex propria : VI, 204 *b*.
IRREGULARITAS. 1. Irregularitatum summa ipso jure injunctarum exponitur : VIII, 385 *a*-392 *b*.
2. Irregularitates quænam dispensentur a Papa, et quænam non : 390 *b*.
3. — contrahitur a sacerdote celebrante jam excommunicato : VII, 527 *a*.
4. — quomodo oriatur per defectum sacramenti : VI, 425 *b*.
IRREMISSIBILE quot modis dicatur aliquod peccatum : III, 630 *a*-631 *a*.
IRREVERENTIA. 1. — notatur, tum in committendo, tum in omittendo, tum in personas, tum in loca sacra : XII, 452 *a*-455 *a*.
2. — oritur ex superbia : VII, 526 *b*.
Vid. DERISIO, n. 1.
IRRITATIO est contentionis species : VII, 534 *b*.
ISAAC. 1. — interpretatur gaudium, vel risus : IX, 214 *b*, 336 *b*; XIII, 99 *b*.
2. — an mentitus fuerit affirmando Rebeccam esse suam sororem : V, 186 *b*.
3. — credens benedicere Esau, quomodo benedixerit Jacob : VI, 261 *a*.
4. — quare præceperit Jacob, ne uxorem Chananæam duceret : VI, 254 *ab*.
5. — fuit typus Christi : IX, 98 *a*; XIII, 193 *a*.
6. — cæcus, Jacobque ejus filius benedictionem ab eo extorquens, quid significent : XIII, 9 *b*.
ISAIÆ visio de fide et Christo explicatur : IX, 71 *ab*.
ISCARIOTÆ nominis interpretatio etymologica : XI, 358 *b*.
ISMAEL interpretatur vir auditus : XIII, 412 *a*.
ISOSCELES est figura mathematica per tres lineas terminata : I, 483 *b*.
ISRAELITA. 1.— interpretatur videns Deum, exponiturque de clericis : IX, 362 *b*, 405 *b*; XIII, 56 *b*, 113 *b*-114 *a*, 160 *b*.
2. Israelitæ quare dicantur natio sancta : X, 119 *ab*. — 3. An licite abstulerint res Ægyptiorum : III, 552 *b*; V, 614 *a*.
ISSACHAR interpretatur vir mercedis : XIV, 128 *a*; vel asinus fortis : IX, 151 *b*.
ISTE pronomen, quid proprie significet : IV, 255 *b*-256 *a*, 443 *b*.
ITE, MISSA EST, quare dicatur in aliquibus missis, et in aliis non : V, 541 *b*-542 *a*.
ITER. 1. — ad cœlum, et ad infernum, quale : VIII, 394 *a*.
2. Itinera septem ad æternitatem explicantur : VIII, 393 *a*-482 *b*.
ITINERIBUS (*De septem*) *æternitatis*, opus supposititium : VIII, VII-VIII, 373 *a*-482 *b*.

J

JABIN interpretatur sapiens : IX, 258 *b*.
JACOB. 1. — luctatio interpretatur : IX, 251 *b*; vel supplantator : X, 363 *a*; XIII, 170 *b*.
2. — quomodo verum dixerit, asserens se esse Esau : V, 181 *ab*; VI, 261 *a*.
3. — quare læsus ab angelo in femore : VI, 66 *b*.
44. Gratia Mariæ super gratiam, sc. aliorum sanctorum, ob immunitatem a peccato : *ibid.* Plenitudo gratiæ, tum sufficientiæ, tum excellentiæ, tum redundantiæ, quæ fuerit in Maria, expenditur : 113 *b*-116 *a*.

45. — est centrum, in quo adunantur omnes radii gratiarum : XIV, 109 *b*. Ipsi data est gratia singularis, qua extincta fuit in ea omnis concupiscentia : VII, 277 *a*. Item puritas tanta, qua major sub Deo nequit intelligi : 277 *ab*.

46. — quomodo capacior effici potuerit, quam angeli, ad susceptionem gratiæ sanctificantis : II, 640 *b*.

47. Quomodo Dominus sit cum Maria plus, quam cum angelis : XIV, 256 *a*. Indeficientissime est cum Maria, quomodo : 257 *b*.

48. — singulariter est filia Patris, mater Filii, sponsa Spiritus sancti, ancilla summæ Trinitatis : 223 *a*, 234 *ab*, 260 *a*. Quia filia est Dei Patris, omni gratia est ornata : *ibid.* Deus est cum Maria, sicut filius cum charissima matre : 260 *b*. Ut sponsa Spiritus sancti, pulchra est, tum respectu sui, tum proximi, tum Dei : 261 *a*. Quomodo sit ancilla Dei, et vicissim Deus servus Mariæ : 261 *b*.

49. Dominus est cum Maria, sicut sol cum aurora, sicut flos cum virga, sicut rex cum regina : 262 *a*-272 *b*.

50. —, tanquam nubes, pios protegit ab ira Dei : 265 *a*. Imo iram Dei ad mansuetudinem convertit : 279 *a*. Placat Deum precibus et meritis cum homine : 221 *a*, 275 *b*, 279 *a*.

51. Operibus manuum Mariæ Dominus benedixit : 200 *a*; et regit eos, ad quos Maria vultum convertit amabilem : 203 *a*.

52. — est via, per quam salus de sedibus supernis nos visitavit : 204 *a*. — Inclinat vultum Dei super nos, cogitque illum nobis misereri : *ibid.*, *et* 207 *b*.

53. Deus glorificari amat per matrem : 208 *a*. Benedixit Mariam in misericordia sua : 208 *b*; eamque, utpote matrem suam, ornamento coronavit virtutum : 212 *a*.

54. — mater misericordiæ Deum ultionum ad miserandum inflectit : *ibid.* Per Mariam missa est redemptio a Deo : 214 *b*; item venit solatium omni carni, et peccatores laqueo non capiuntur : 217 *a*, 218 *a*.

55. — templum et sacrarium Spiritus sancti, triclinium nobile Trinitatis : 223 *a*.

56. — mediatrix Dei et hominum : *ibid.*

57. Pater conditor Mariæ gloriosus, Filius nobilis fœcundator, Spiritus sanctus mirabilis obumbrator, et Trinitas tota glorificatrix Mariæ : 224 *a*.

58. Ad incarnationem Verbi Trinitatem totam concurrisse, probatur ex verbis Angeli : IV, 57 *a*.

59. — quia præ cæteris seipsam humiliavit, cæteris altius Dominum magnificavit : X, 238 *b*.

60. Mariæ amor, et expectatio in Christum qualis : XIII, 79 *ab*. Ejus studium in quærendo Jesum tribus diebus perditum : *ibid.*, *et* 83 *b*-84 *b*. Ejus lætitia qualis ob pulchritudinem, sapientiam et mansuetudinem pueri Jesu : 76 *b*-77 *a*.

61. — ostendit filio pro nobis pectus et ubera : XIII, 154 *a*; XIV, 113 *a*. Quam coronam imposuerit filio suo : 187 *b*.

62. Mariæ uterus requies Christi : 210 *a*.

63. Mariæ exercitia in nativitate et circumcisione filii, in adoratione Magorum, in purificatione, in fuga in Ægyptum, in regressu in Judæam, in amissione et inventione filii enarrantur : XII, 518 *a*-530 *b*.

64. Mariæ consolationes in resurrectione filii : 616 *b*-617 *a*.

Digitized by Google

65. — misit cibos filio per angelos post tentationem in deserto : 540 *ab*. Occursus Mariæ obviam filio e deserto revertenti : 541 *a*. Christus post resurrectionem matrem suam quibus verbis consolaretur : 624 *a*. Verisimile est quod eam sæpe visitabat : 623 *a*.

66. Non videtur quomodo aliquid possit Deus Mariæ denegare, qui vult ut per eam cœlestem patriam habeamus : 702 *a*.

67. —, tum corde, tum ore, tum opere, immunis fuit ab omni væ, sive originalis miseriæ, sive culpæ actualis, ita ut vere tota sit pulchra : XIV, 235 *a*-237 *b*.

68. De immunitate Mariæ ab omni culpa agit S. Doctor ad mentem S. Bernardi : 235 *a*.

69. Benedixit Dominus domum suam Mariam, consecravit habitationem suam : 211 *a*. Egressa est Virgo in salutem populi sui cum Christo : 222 *a*.

70. — intacta ab omni peccato semper : 190 *a*.

71. Mariæ corpus fuit purificatum a fomite, remanente mortalitate : III, 363 *b*, 375 *a*; IV, 56 *b*.

72. Mariæ ablata fuit concupiscentia ex quadam gratia gratis data : III, 462 *b*. Mariæ caro fuit sanctificata in animatione per donum superadditum : IV, 59 *b*-60 *a*. Mariæ conceptio immaculata probabiliter asseritur a S. Doctore, licet contrariam sententiam appellet communiorem; unde cum sit anceps in hac re, et senior factus ipsam prædicet : XIV, 111 *ab*, 167 *b*, hæc de mente ejus sustinenda, licet non audeat eam absolute asserere, quia nondum ejus festum celebrabatur ab Ecclesia universali : IV, 62 *a*-68 *a*; XIV, 263 *a*.

73. Qui conceptionis Mariæ festum celebrant, ejus devotionem credendum quod B. Virgo acceptat : IV, 61 *b*.

74. Mariæ caro dicitur specialiter a Deo creata immunis a peccato, non seminaliter, sed conditive, id est condita fuit cum tali privilegio : IV, 57 *b*.

75. Mariæ conceptio quomodo dicatur immaculata : XIV, 215 *b*.

76. — habuit gratiam præservantem ab omni peccato : XIV, 111 *b*.

77. — ut rosa de sentibus Synagogæ progressa est, ut fieret mater Dei : XIV, 210 *b*.

78. — non erat sub lege, eo ipso quod legis auctorem genuit; sed pertinebat ad Evangelium, quod in corde ejus digitus Dei ab ipsa infantia scripserat : VI, 263 *a*.

79. — præsentata fuit in templo, cum esset trium annorum : XII, 513 *a*. Ejus exercitia, oratio, studium, labores et jejunia, dum versaretur in templo : 513 *a*-514 *a*. In templo cibabatur ab angelis : 514 *a*. Ejus sollicitudo pia circa sorores suas : *ibid. superius*.

80. Mariæ conversatio in templo revelata fuit B. Elisabeth : XIV, 513 *a*.

81. — desponsata fuit S. Joseph', cum esset quatuordecim annorum : XII, 514 *a*.

82. Verum fuit matrimonium inter Mariam et Joseph : VI, 218 *a*.

83. Affuit amborum mutuus consensus de servanda virginitate : 246 *b*, 262 *b*.

84. Qualia sint, et quam mirabilia, quæ ab Angelo ipsi fuerunt annuntiata : XIV, 233 *a*. Quomodo ab Angelo annuntiata Mariæ fuerit Filii Dei incarnatio, et quales sint mysterii ejusdem circumstantiæ : IV, 56 *b*-57 *a*; X, 228 *b*-234 *b*; XII, 514 *a*-516 *a*; XIV, 206 *b*. Emisit Verbum suum Altissimus, et Virtus ejus obumbravit Mariæ : XIV, 220 *b*. — per aurem concepit, Gabriele nuntio : 179 *a*.

85. Ab Angelo gratiæ plenitudo Mariæ, superventio Spiritus sancti, assumptio ipsius in matrem Dei, superexcellentia ejus super omnes creaturas, et potestas exponitur : XII, 514 *b*-515 *b*.

86. — primo in mente pacificata et quietata Dominum suscepit spiritualiter; deinde suscepit corporaliter in utero, ut in fonte ad irrigandum paradisum; demum ipsa suscepta fuit mansura æternaliter in cœlo : XIV, 264 *ab*. Quomodo miraculose conceperit Filium Dei : 264 *b*. Ejus concursus activus et passivus ad incarnationem : IV, 106 *a*-109 *a*.

87. Benedicitur conceptus et partus virgineus : XIV, 201 *a*.

88. Quia humillima fuit Maria, ideo coegit Verbum carnem ex ipsa suscipere : 204 *b*. Humilitas ejus qualis fuerit : XII, 515 *b*, 516 *b*; XIV, 241 *b*-242 *a*.

89. Sicut ex sidere lux emittitur sine sideris fragmine, sic sine carnis crimine Christus e Maria nascitur : XIV, 187 *b*.

90. — decorem induit, dum Creatorem præcinxit, carne munda velans eum : 193 *a*.

91. Mariæ obumbratio fecit, ut in se sentiret incarnationem factam a Verbo : IV, 57 *a*.

92. Spiritus sanctus operatus est in Maria idem quod vir in muliere, excitando et adjuvando naturam ad concipiendum fœtum : IV, 110 *b*. Concepit intra, nihil recipiendo ab extra : X, 230 *b*. *Vid.* CARO, n. 25 (*ubi, loco vocis* fornicationem, *lege* formationem).

93. De effectibus consequentibus ad incarnationem peractis in Maria : IV, 69 *a*, *b*, 72 *a*-73 *b*.

94. — in quo sensu dici possit quod dubitaverit, et turbata fuerit in sermone Angeli : IV, 73 *b*; X, 230 *a*; XII, 514 *b*-515 *a*.

Digitized by Google

95. Annuntiationis dies quam solemnis : XII, 515 *b*-516 *a*.
96. — concepit Christum mediante gratia, non concupiscentia : IV, 75 *a*. Quomodo conceperit de Spiritu sancto : 78 *b*. Quomodo Mariæ cooperatio ad conceptionem Christi fuerit simul naturalis, et miraculosa, sc. quoad modum : IV, 109 *a*-111 *a*; VII, 286 *a*.
97. — habuit sensibilem cognitionem, et simul fidem de conceptione Filii Dei; hinc ejus fides laudatur : IV, 527 *b*.
98. — dicitur mater Christi, non sacerdos consecrans, quare : V, 468 *a*.
99. Dixit Angelus Mariam concepturam in utero, ut ostenderet conceptum fore intra, nihil recipiendo ab extra : X, 230 *b*.
100. — quid quæsierit ab angelo, et qua mente : X, 231 *b*-232 *a*.
101. Mariæ consensus fuit ex humilitate prædisponente, charitate perficiente, et credulitate pronuntiante : X, 233 *b*; XII, 515 *b*. Ejus *Fiat* expenditur multipliciter : X, 234 *a*. In conceptione Filii Dei magnificata fuit et sanctificata : 240 *ab*. Quam privilegiata fuerit in conceptione Filii : XIII, 153 *a*. Circa Mariam qualia mirabilia operatus sit Deus in annuntiatione et incarnatione Verbi : VII, 285 *a*-286 *a*, 397 *b*-398 *a*.
102. Mariæ pudor et humilitas in annuntiatione maxime elucescit : XII, 515 *a*. Mariæ assensus in incarnationem gaudium toti mundo attulit : 515 *b*.
103. — qualiter turbata fuerit ex turbatione S. Joseph : XII, 517 *b*.
104. Mariæ opera virtutesque expenduntur in nativitate Christi : XII, 518 *b*, 519 *b*, 521 *a*. Stetit apud præsepe quadraginta dies : 523 *b*.
105. — ordine naturæ prius concepit, quam fuerit concepta ejus caro a Verbo; sed tamen totum factum fuit in eodem instanti temporis : IV, 34 *a*.
106. Christus pulcherrimus ex pulcherrima Virgine natus est : XIII, 419 *a*.
107. Mariæ maternitas, quale privilegium : XIV, 249 *b*. Fuit verius mater Christi, quam cæteræ matres suorum : IV, 108 *a*. Per maternitatem facta est solium excelsum et elevatum, domusque Domini, impleta nebula assumptæ humanitatis : XIV, 254 *a*. Mariæ maternitas est causa nostræ dilectionis, timoris, agnitionis et spei : 260 *b*.
108. — est per quam Christus noster est frater; atque inde est mater omnium fidelium : XIV, 260 *b*-261 *a*, 278 *b*, 283 *b*.
109. Considerare juvat in Maria quadruplicem florem, sc. virginitatis, honestatis, fœcunditatis et immortalitatis : XIV, 268 *a*-269 *b*. Flos fœcunditatis est ipse filius Virginis : 269 *a*.
110. — terra benedicta, quæ vitæ fructum nobis protulit : XIV, 274 *a*, 281 *a*. — benedicta in mulieribus ob celsitudinem suæ prolis : 274 *a*.
111. Uteri Mariæ fructus generosissimus, quia de utero virginali, regali et paternali : 281 *b*. Ejus nobilitas regia expenditur : *ibid.*, *et* 290 *b*-291 *b*. Quomodo sit principaliter ex Deo Patre, simulque fructus Ecclesiæ, et cujusque animæ fidelis : XIV, 281 *b*-282 *a*. Item deliciosissimus in odore exemplorum, consolationum et promissionum : 282 *ab*. Ex pulchritudine arboris, sc. Mariæ, dignoscitur pulchritudo fructus : 282 *b*. Item deliciosissimus in specie et sapore : 282 *b*-283 *a*. Item virtuosissimus ad salutem perditorum, ad salvandorum multiplicationem, et ad multiplicatorum conservationem : 283 *a*-284 *a*. Item copiosissimus, qui nec beatis, nec angelis possit deficere, imo sufficiat universitati animarum, illarum sc. quas totus mundus satiare non potest : 284 *b*. Fructus ventris Mariæ, quasi ligni vitæ, habet vim conservandi vitam gratiæ et gloriæ in medio paradisi : 283 *b*.
112. Christus est fructus ventris, labiorum, oris et manuum Mariæ : 288 *b*, 290 *b*, 291 *a*.
113. — mater Dei præelecta, in utero Deum concepit et genuit : 224 *b*. Mater Conditoris, Redemptoris, Salvatoris, mundo desiderabilis : *ibid.* Mater orphanorum, mamilla orphanorum et parvulorum : *ibid.*
114. — jure maternitatis filio imperare potest : XIV, 180 *b*. Non solum dici debet Christotocos, sed et Theotocos : IV, 111 *a*, *b*-112 *a*. Antiquitus dicebatur mater Dei potius, quam mater Christi, quare : 112 *b*. Nomen Matris Dei datum Mariæ super omnia excellit : IV, 205 *ab*.
115. — licet sit mater Dei, tamen in infinitum inferior est persona Filii : IV, 206 *a*. Non potest dici quod divina natura nata sit de Virgine, licet concedatur de humana, et quare : 184 *b*-187 *b*.
116. Ut Maria esset virgo simul et mater, Verbum assumpsit carnem de illa absque viro : 271 *b*-272 *a*.
117. Miraculum miraculorum fuit, quod fœmina conciperet Deum : IV, 87 *b*.
118. Mirabilia ex parte Mariæ quanta intercesserint in incarnatione : VIII, 155 *a*.
119. Mariæ maternitas in quonam consistat : VII, 285 *a*. Hoc ejus privilegium quale : XII, 700 *a*. Mariæ uterus thronus factus est Dei : VII, 453 *ab*. Spiritus sanctus purificavit ute-

Digitized by Google

rum Virginis, ut ex ea Verbum carnem sumeret : IV, 271 *b*. Quomodo Maria circumdederit virum : XIV, 247 *a*.
120. In Mariam descendit Verbum ut ignis in rubum, et ros in vellus : XIV, 201 *a*.
121. — quomodo capacior cœlo : 202 *a*.
122. Fluvius paradisi quomodo irrigaverit Mariam : 182 *a*.
123. Quomodo custodem paradisi exhibuerit Deus corpus Mariæ : 182 *ab*.
124. — quomodo figurata in rubo : 183 *a*; in Abigail : 185 *a*.
125. Uterum Virginis quomodo significet navicula in quam intravit Jesus : IX, 286 *a*.
126. Mariæ uterus templum et tabernaculum Dei : X, 229 *b*.
127. Beatus venter Mariæ ob tria privilegia juxta Bernardum : X, 535 *a*. Beata ubera Mariæ prædicantur, quare : *ibid. inferius*.
128. Mariæ uterus est locus ubi celebratæ sunt nuptiæ inter humanam, et divinam naturam : X, 607 *a*.
129. Mariæ uterus est hortus voluptatis : XIII, 42 *a*. Item multis præconiis laudatur, cœloque empyreo præponitur : XII, 702 *ab*.
130. — invocanda in tribulationibus : XIII, 461 *b*.
131. Mansit Christus in utero Virginis menses novem, et dies sex : X, 49 *a*, 534 *b*.
132. Quando Christus intravit in uterum Virginis, inclinavit cœlos : VII, 493 *b*.
133. A Maria petendus est panis coctus in ipsius utero : VII, 641 *a*, *b*. Quomodo invitet omnes ad sumendum illum : 641 *a*.
134. Mysterium visitationis Mariæ ad Elisabeth expenditur : X, 235 *a*-238 *a*; XII, 516 *a*-517 *a*. Salutatio Mariæ non solum fuit optando, sed et salutem apportando : X, 236 *a*. Effectus salutationis Mariæ in Elisabeth et in Joanne Baptista expenditur : 236 *ab*. Benedictio data Mariæ ab Elisabeth qualis : 236 *b*-237 *a*. Quare tribus mensibus manserit cum Elisabeth : 243 *ab*. Prima omnium levavit Joannem Baptistam statim natum : XII, 517 *a*. Mariæ verba quomodo tam efficacia, ut replere gratia potuerint Joannem et Elisabeth : 516 *b*. Mariæ canticum, item et Zachariæ expenduntur : X, 238 *b*-242 *b*, 248 *a*-254 *a*; XII, 516 *b*, 517 *a*.
135. Mariæ purificatio, virtutes, et opera in hoc mysterio exercita expenduntur : XII, 524 *a*-525 *a*; XIV, 149 *b*.
136. Mariæ fuga in Ægyptum, exercitiaque expenduntur : XII, 525 *a*-527 *b*.
137. Mariæ regressus ex Ægypto in Judæam expenditur : 528 *a*-529 *a*.
138. — assumpta est in cœlum in anima et corpore : XIV, 269 *b*. — in cœlo locata est super angelos : 201 *b*, 264 *b*. Ejus locus in cœlo qualis : 264 *b*, 266 *b*. Ejus gloria quanta, quando ingressa est in cœlestem Jerusalem : 271 *b*. Illuminat totum paradisum : 240 *a*. — est lucerna Ecclesiæ, columna ignis, sol illuminans per omnia : 239 *b*, 240 *a*. Ejus gloria major est, quam omnium sanctorum : 250 *a*. — gloriosissima est post Deum : 250 *b*. Post Deum major gloria nostra, majus nostrum gaudium de Maria est : *ibid.* Gloriæ dotes corporis, et animæ Mariæ expenduntur : 250 *b*-251 *b*. Ejus gloriæ plenitudo expenditur : 252 *a*-255 *b*. — supereminet universos, nec ullus ei est similis : 210 *b*. — est benedicta super omnes mulieres propter gloriam suam sublimissimam, copiosissimam et stabilissimam : 276 *b*. — est corona anni, id est omnium angelorum et sanctorum, posita super omnes : 277 *a*. — temporaliter in via, et æternaliter in gloria benedicta est a Deo, ab angelis et ab hominibus : 274 *a*-275 *a*, 277 *a*. Benedictio Mariæ in cœlo qualis ob humilitatem : 278 *a*; ob charitatem : 278 *b*; ob mansuetudinem, strenuitatem et liberalitatem : 279 *ab*; ob sobrietatem et castitatem : 280 *ab*. — in gloria dilucidat intellectum : 211 *a*. Sedet a dextris Filii, regnatque cum eo in æternum : 214 *b*, 223 *b*. Ejus thronus super Cherubim, et sedes super cardines cœli : 215 *a*. Operuit cœlos gloria Mariæ, et misericordia ejus plena est terra : 222 *a*. — mater omnium beatorum, gaudium plenum post Deum, et solatium omnium civium supernorum : 223 *a*. — habet gratiam comprehensionis super omnes angelos : II, 476 *b*. (*Habet et quidem hanc gratiam comprehensionis in patria, non vero habuit in via, ut putaverunt quidam præpostere interpretantes verba S. Doctoris.*) Maria per se constituit ordinem supra novem ordines angelorum : II, 479 *a*.
139. Quare in ejus Assumptione legatur evangelium de Martha et Maria : X, 513 *a*-514 *b*. Mariæ pars optima in gratia et gloria : 513 *a*.
140. — quantam gloriam habeat : I, 299 *b*. — eminet super omnes creaturas : XIV, 111 *a*; super omnes sanctos : XIII, 619 *a*; XIV, 210 *b*. — resurrexit in anima et corpore glorioso : VII, 337 *a*. Mariæ datum est in via, quod nulli sanctorum aliquando possederunt, dum portavit gloriam a qua portantur cæteri : XII, 185 *b*. (*S. Doctor addit* : per fidei cognitionem, *non ergo per visionem intuitivam.*) Mariæ gloria illuminationem suam extendit per omnes sanctos et angelos : XIV, 240 *a*. Ex visione gloriæ B. Virginis au-

Digitized by Google

getur gloria accidentalis beatorum : XII, 129 *ab*. Ad tantam gloriam ascendit Maria descendendo per humilitatem : XIII, 620 *a*.

141. In plenitudine sanctorum detentio est Mariæ, cui nec defuit fides patriarcharum, spiritus prophetarum, zelus apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas virginum, fœcunditas conjugatorum, imo nec puritas angelorum : XIV, 254 *b*.

142. Odor virtutum Mariæ expenditur in agro pleno : *ibid.*

143. Magnalia quænam facta per Mariam : 255 *ab*. Non est opus factum a Deo aliud simile Mariæ : 255 *a*.

144. Multæ filiæ congregaverunt divitias, puta Agnes, Lucia, Cæcilia, Agatha, Catharina; Maria supergressa est universas : 257 *a*.

145. — singulariter Domini filia, mater, sponsa et ancilla : 260 *a*-261 *b*. — est filia summæ æternitatis, mater summæ veritatis, sponsa summæ bonitatis, ancilla summæ Trinitatis : 260 *a*.

146. — proficiebat spiritualiter in omnibus virtutibus quasi aurora in rutilanti virginitate, pulchra ut luna in micanti humilitate, electa ut sol in radianti charitate : 263 *b*.

147. Mariæ pura virginitas, profunda humilitas, et radians charitas eam fecit eligi in matrem Dei : *ibid.*

148. — supergressa est omnes in natura, in gratia, in gloria et meritis : 270 *b*-272 *b*.

149. — benedicta in mulieribus, quia per eam omnis creatura benedicitur : VII, 16 *a*; XIV, 273 *a*. — benedicta propter plenitudinem gratiæ cordis, oris et operis : XIV, 273 *ab*; propter celsitudinem prolis : 274 *a*-275 *a*; propter multitudinem misericordiæ suæ : 275 *a*-276 *b*; et propter magnitudinem gloriæ suæ : 276 *b*-277 *b*.

150. Mariæ sancta conversatio expenditur : 273 *b*-274 *a*. In Maria refulget species castitatis, lumen justitiæ et splendor veritatis : 201 *b*.

151. — est mater illuminationis cordis, nutrix refovens animam, mundans cor igne amoris et charitatis suæ : 205 *ab*.

152. — est porta vitæ, et janua salutis, via nostræ reconciliationis, spes pœnitentium, solamen lugentium, pax beata cordium, atque salus : 206 *a*.

153. Mariæ manus distillant myrrham primam, et digiti unguenta gratiarum, guttur ejus fragmenta mali punici, spiramen oris suave thymiama compositum : 207 *b*.

154. — est mater pulchræ dilectionis, anchora spei, portus indulgentiæ, et janua salutis : *ibid.* — est raptrix cordium, absorptrix mentium : XII, 692 *a*.

155. — omnes angelos præcellit sanctitate, natosque mulierum virtutibus mirabilibus, et signis : XIV, 212 *b*.

156. Magnificentia Mariæ in Jerusalem et in Sion expenditur : 213 *a*. In dextera ejus ignea lex, et in circuitu ejus sanctorum millia; mandata ejus ante oculos ejus, et justitiæ regula in corde ejus : *ibid.*

157. — est via ad patriam sanctitatis; ejus thronus excelsus super Cherubim, et sedes ejus super cardines cœli : 214 *b*-215 *a*.

158. Sola supergressa est creaturas universas, altior cœlo, terraque latior : 221 *b*.

159. — odore cuncta lilia mystica præit; est corona omnium dominarum, cujus odor sicut agri pleni, cui benedixit Dominus : 222 *a*.

160. — angelorum domina, paradisi janua, scala cœli et gloriæ, thalamus et arca pietatis et gratiæ, vena misericordiæ, sponsa et mater æterni Regis, templum et sacrarium Spiritus sancti, totius triclinium beatissimæ Trinitatis prædicatur : 223 *a*. — mundi Domina, cœli Regina, post Deum sola spes nostra, promotrix justorum, congregatrix errantium, promissio patriarcharum, veritas prophetarum, præconium et doctrix apostolorum, magistra evangelistarum, fortitudo martyrum, exemplar confessorum, honor et festivitas virginum : 223 *ab*.

161. — rosa veris speciosa, vitis frondens generosa : 224 *ab*.

162. — fœminarum pulcherrima, humilium humillima, sanctorum sanctissima, super omnes diligenda et magnificanda : 224 *b*.

163. — mulierum prima benedictio : *ibid.*

164. Mariam posuit Deus in excellentiori gradu, quam angelos : V, 37 *b*.

165. — est dignior sacerdotibus : 467 *b*, 468 *a*.

166. — fuit purissima, nobilissima et excellentissima : VI, 262 *b*. Ipsam Deus adornavit omnis dignitatis privilegio : *ibid.*

167. — est amabilis ob bonitatis plenitudinem, venerabilis ob dignitatis altitudinem, et prædicabilis ob laudis amplitudinem; quæ tria significata erant in manna, virga Aaron, et tabulis legis : X, 229 *a*. — habuit triplicem excellentiam dignitatis, virtutis et charitatis : *ibid.*

168. — benedicta inter mulieres ob universale remedium per ipsum allatum : 229 *b*, 237 *a*.

169. — velox ad audiendum, tarda ad loquendum : 230 *a*.

170. — fuit beata ob meritum castitatis, bea-

Digitized by Google

tior ob consilium virginitatis, beatissima ob privilegium fœcunditatis : 238 *a*, 239 *b*-240 *a*.

171. — quia fuit Deo amabilis, ideo fuit amabilis hominibus : 239 *b*.

172. Mariæ solitudo et taciturnitas qualis : VII, 16 *a*; X, 242 *b*; XII, 514 *a*.

173. — quantum ad maternitatem non potuit amplius recipere; quantum ad gratiam justificationis, tantum habuit quantum creatura rationalis recipere potest; quantum ad dona naturalia, licet optima receperit, potuisset meliora recipere : II, 161 *a*.

174. Mariæ pulchritudo et puritas expenditur : XIII, 418 *b*-419 *a*; XIV, 110 *b*-113 *b*.

175. — ex regia stirpe nata, ab æterno prædestinata, creaturis cæteris præelecta, a patriarchis præfigurata, a prophetis prænuntiata, ab angelo salutata, ab apostolis prædicata, omni laude dignissima : XIV, 106 *b*.

176. — est admirabilis ob potestatem, venerabilis ob sanctitatem, et ineffabilis hominibus ob divinorum eloquiorum ubertatem : XIV, 107 *a*.

177. — est cœlum aereum ob puritatem; igneum, ob charitatem; sidereum, propter patientiæ firmitatem, et omnium donorum Dei, et gratiarum copiositatem; aqueum, propter castitatem; et empyreum, propter sapientiæ veritatem : 107 *b*-110 *a*.

178. Omnium præconiorum maximum est, fuisse simul Dei matrem, ancillam et filiam : XIV, 111 *a*.

179. De laudibus B. Virginis auctoritates sanctorum Patrum : VII, 13 *a*-16 *a*.

180. — habuit multas virtutes et merita, præviis laboribus, jejuniis, orationibus, etc. : XII, 513 *b*. — tres virtutes singulariter a Deo petebat, sc. charitatem Dei et proximi, et odium sui : 513 *ab*. — apud templum erat in vigiliis prior, in Scripturis eruditior, in humilitate profundior, in carminibus Davidicis elegantior, in charitate gloriosior, in puritate purior, in omni virtute perfectior : 514 *a*.

181. Mariæ humilitas quanta ostensa in annuntiatione Angeli : XIV, 241 *b*-242 *a*; in Verbo et in facto qualis : VII, 16 *a*; XIV, 96 *ab*, 242 *b*. — per humilitatem invenit gratiam apud Deum : XIV, 245 *a*. — est mare tonans contra vitia per virtutes, sed præcipue contra superbiam per humilitatem : 253 *a*. — ancilla sanctissimæ Trinitatis, ita humilis fuit, ut nunquam fuerit ulla ei similis, nec sit, nec futura sit unquam : 261 *b*. Mariæ humilitas denuo expenditur : 278 *ab*. — ob humilitatem fuit vallis vallium : *ibid.* — ob humilitatem quales gratias acceperit, qualem benedictionem in cœlo et in terra : *ibid.* Mariæ fructus altissimus est, quia ipsa per humilitatem radices profundas fixit in terra : 285 *b*. — invenit gratiam apud Deum ob profundissimam humilitatem, et mansuetudinem : X, 230 *b*. — humilitate diabolum jugulavit : XIV, 66 *b*. — dulcis virgo et speciosa, virginum signifera : 224 *b*.

182. Charitas affectuosa Mariæ in visitatione Elisabeth expenditur : XII, 516 *b*-517 *a*; XIV, 242 *ab*. Ejusdem charitas ad Deum et ad proximum : XIV, 242 *b*. In corde ejus amor Spiritus sancti singulariter ardebat : *ibid.* Ejus misericordiæ immensitas qualis : 245 *b*. Ejus latitudo, longitudo et profundum sine fine : *ibid.* De plenitudine ejus misericordiæ omnes accipiunt creaturæ, ipsaque Filii persona, et tota Trinitas : 246 *a*. Ejus charitas deficiente vino in nuptiis : 249 *a*. — plena oleo misericordiæ et pietatis expenditur : 253 *b*-254 *a*. — est misericordissima, quia Deus misericors misericordissime est secum; ob idque in Maria omnes inveniunt solatia misericordiæ : 258 *a*.

183. — mediatrix inter Deum et mundum, veluti medica, salutis antidotum viris et mulieribus propinavit : 265 *a*. Misericordia Mariæ erga miseros magna erat in mundo, sed major est in cœlo : 260 *ab*, 275 *a*. — omnibus sese exhibet : 260 *b*. — dicitur benedicta propter multitudinem misericordiæ suæ : 275 *a*. — est per quam Deus homini placabilis est, homo Deo acceptabilis, et diabolus homini superabilis : 275 *b*-276 *b*. Ejus charitas rursus expenditur : 278 *b*; item liberalitas : 279 *b*-280 *a*. Charitas Mariæ meruit fructum dulcissimum : 283 *a*. Mariæ gratia et misericordia plena est terra : VII, 15 *b*; XIV, 200 *a*, 216 *a*. Mariæ spiritus est super mel dulcis, et hæreditas super mel et favum : XIV, 201 *a*. Misericordia Mariæ aufert peccata, et affert meritorum fœcunditatem : 201 *b*. — lactans filium, stillicidia gratiæ nobis impertit : 202 *a*. — stillat nobis gratiam labiorum suorum, et lacte dulcedinis reficit viscera puerorum suorum : *ibid. inf.* Ubique charitas et gratia Mariæ excurrit nos beneficiis afficiendo : 204 *b*. — mater misericordiæ exoratur, ut a peccatis et hostibus liberet nos : 206 *b*. Deus misertus est nobis per Mariam : 207 *b*. Lux misericordiæ Mariæ perducit ad salutem; fons bonitatis ejus inebriat sitientes, et distillatio dulcoris ejus oblectat animas sanctorum : 211 *a*. Misericordia Mariæ repletur paradisus, et totus orbis terrarum :

Digitized by Google

211 *a*, *b*. Misericordia Mariæ peccata relaxantur, et ægritudines reparantur : 213 *b*. Clementia Mariæ non deficiet in æternum : *ibid. inf.* Charitas Mariæ major cunctis divitiis, gratia ejus super aurum et lapidem pretiosum : 214 *a*. Emissiones Mariæ sunt gratia et pax, et qui placent Mariæ procul fient a perditione : *ibid. inf.* Opera gratiæ Mariæ commorantur in Ecclesia, et testimonium misericordiæ ejus ante thronum Dei : 214 *b*. Misericordia Mariæ super omnem carnem, et eleemosyna illius usque ad extremum terræ : 215 *a*. Misericordia, gratia et veritas Mariæ permanet in æternum super nos : 215 *b*. Guttæ clementiæ Mariæ vitam conferunt : 216 *a*. Misericordia Mariæ rigat universum : 216 *b*. Per Mariam datur nobis misericordia a Deo : 219 *a*. Viæ Mariæ misericordia et veritas : 217 *a*. Non invenitur propitiatio sine Maria, nec salus sine fructu illius; per illam peccata purgantur, et per fructum illius animæ dealbantur; per illam fit satisfactio pro peccatis, et per fructum illius condonantur : 219 *a*. — medetur contritis corde, eosque refovet unguento pietatis; magna est ejus virtus, et clementia ejus nullam habebit finem : 220 *b*. — Virgo plena gratia et clementia : 224 *b*. — miserorum pia consolatio, salus, beatitudo, consolatio afflictorum prædicatur : *ibid. inf.* — thronus est misericordiæ : IX, 27 *b*.

184. Charitas quanta, et qualis Mariæ : XIV, 108 *ab*. — tota suavis, mitis et misericors, omnibus offerens lac et lanam : 113 *b*. — munera a Magis oblata pauperibus distribuit : XII, 523 *a*. Fons pietatis, nec misereri nescit : 689 *b*. Mariæ misericordia erga miseros extollitur : 699 *ab*. — mater misericordiæ, vita, dulcedo et spes nostra : 699 *b*-700 *b*. — est clemens indigentibus, pœnitentibus, laborantibus, pia exorantibus, proficientibus, dulcis diligentibus et contemplantibus : 702 *b*. — clemens laborando et consolando, in effectu, conceptu, et in subjectis; pia largiendo, blandiendo, in affectu, in aspectu, et in correctis; dulcis se donando, osculando, in affatu, in amplexu, et in dilectis : *ibid.*

185. Mariæ mansuetudo, et patientia in adversis expenditur : XIV, 242 *b*-243 *a*. Ejus lenitas et mansuetudo contra iracundiam expenditur, non solum in seipsa eam repellendo, sed et iram Dei placando : 279 *a*. Mansuetudo et mititas Mariæ meruit fructum dignissimum : 286 *ab*. — fuit firmamentum ob eximiam patientiam : 109 *a*.

186. — quam inimica otiositatis : 243 *ab*. Mariæ sedulitas et diligentia in oratione et sanctis operibus : *ibid.* Mariæ strenuitas contra acediam expenditur : 279 *ab*. Strenuitas et labores Mariæ meruerunt fructum benedictum : 286 *b*-287 *a*. Ejus oratio nunquam rediit vacua, estque super thus et balsamum : 211 *a*. Oratio Mariæ, dum viveret in templo, qualis : XII, 513 *b*. Ejus exercitia ibidem enarrantur : 514 *a*.

187. Paupertas Mariæ et Christi infantis in præsepio expenditur : XIV, 243 *b*. Pauperem Mariam invenerunt pastores pauperes, et magi divites : *ibid.* Mariæ paupertas quanta : X, 269 *b*; XII, 518 *b*. Paupertas exercita in fuga in Ægyptum, et post, expenditur : XII, 526 *a*, 528 *b*.

188. Mariæ temperantia expenditur : XIV, 243 *b*-244 *a*. — per temperantiam in cibo et potu, invenit gratiam apud Deum : 243 *b*. Per temperantiam uterum suum præparavit ad concipiendum Deum : *ibid.* Mariæ temperantia strictissima contra gulam : 280 *a*. Abstinentia mirabilis Mariæ meruit fructum benedictum : 287 *b*.

189. Castitas et virginitas Mariæ expenditur ex ejus nomine, et annuntiatione Gabrielis : VII, 13 *a*-14 *b*; XIV, 107 *b*-108 *a*, 244 *a*. — Virginitatem Deo voverat triplici ratione : VI, 262 *ab*. — porta clausa ostenditur : XIV, 253 *b*. Ejus puritas attraxit Deum in ejus uterum : 247 *ab*. Quam pura et inviolata ejus virginitas : 268 *b*-269 *a*. Ejus puritas ante partum, et in partu, et post partum quanta, et quam benedicta : 274 *b*, 280 *b*. Benedicta Virgo Maria, quæ amavit virginalem castitatem : 280 *b*. Ex virginitate Mariæ oritur nobilitas in prole : 281 *b*. Continentia Mariæ qualem fructum meruerit : 287 *b*-288 *a*. — vovit virginitatem; asserere vero contrarium, est temerarium in fide : VI, 246 *a*. Puritas Mariæ defendi debet etiam cum discrimine vitæ : 247 *b*. Maria votum fecit ex instinctu Spiritus sancti triplici ratione, sic ut esset dignum Dei habitaculum, ut esset virginitatis exemplum, et ut alias mulieres excelleret : 262 *ab*. — corona virginum et continentium : 313 *a*. Virginitas Mariæ fuit sigillum, quo Christus signavit litteras liberationis nostræ : XIII, 179 *a*. Virginitas Mariæ cum fructu figurata in virga Aaron : 60 *a*. Qua convenientia Verbum carnem assumpserit de Virgine : IV, 271 *a*-272 *b*. — post partum remansit incorrupta, et post filium inviolata : XIV, 206 *b*.

190. — plena sapientiæ, quia a lumine æterno est plene illuminata : VII, 15 *a*; XIV, 252 *b*. — sapientissima fuit, quia secum habebat singulariter sapientissimum Dominum : XIV,

Digitized by Google

257 *a.* — non pertinebat ad Legem, sed ad Evangelium, quod in corde ipsius ab infantia scripserat Spiritus sanctus : VI, 263 *a.* — continebat profunditatem sapientiæ : X, 230 *a.* — fuit empyreum ob sapientiam cœlestem : XIV, 110 *a.* — fuit virgo differenter ab aliis virginibus, sc. per superabundantem gratiam, ut in statu innocentiæ : VI, 310 *a.*

191. — interpretatur mare propter affluentiam gratiarum : XIV, 238 *a.* — opulentissima fuit, quia secum habebat opulentissime opulentissimum Dominum : XIV, 257 *a.* Mariæ opulentia in auro dilectionis Dei et proximi, in gemmis virtutum et donorum, et in aromatibus bonorum operum et exemplorum : 272 *a.* — habet thesauros Domini in manibus : *ibid.* Mariæ divitiæ quænam : XIII, 221 *b.*

192. — immunis fuit ab omni peccato actuali : IV, 70 *a*-71 *b* ; VII, 13 *b.* — duplicem impeccabilitatem habuit, unam in instanti conceptionis suæ, aliam in incarnatione Verbi, sc. primo gratiam vitandi omne peccatum, deinde immunitatem a possibilitate peccandi : IV, 72 *b*-73 *a.* Mariæ fomes in instanti conceptionis suæ fuit consopitus, in incarnatione vero extirpatus : 70 *b*-71 *b.* — dicitur peccato obnoxia ratione pœnalitatum : 74 *ab.* — licet non haberet peccatum, poterat dicere quintam petitionem orationis Dominicæ, non pro se tamen, sed pro aliis : 69 *b.* Impeccabilitas data est Mariæ de gratia speciali : 73 *b* (*ubi per errorem legitur* de gratia spirituali.) Mariæ, post incarnationem Verbi divini, sola remansit possibilitas absque ulla fœditate corruptionis : IV, 338 *a.* — fuit immunis ab omni peccato etiam veniali : IX, 642 *b.* Dictum Chrysostomi rejiciendum, affirmantis B. Virginem in nuptiis Canæ passam esse aliquam vanam gloriam : XI, 284 *b.*

193. — quali merito meruerit incarnationem Verbi in se ipsa : IV, 102 *a*-103 *b.* Meritum Mariæ relative ad incarnationem fuit majus intensive, quam meritum sanctorum patrum : IV, 101 *ab.* — plus merebatur post incarnationem, quam omnes sancti simul : IV, 103 *b.*— promeruit reconciliationem toti generi humano ; ideo super omnes est a fidelibus colenda : 111 *b.*

194. — sensibili experimento novit se concepisse absque virili semine, neque tamen quidquam ob id demptum est fidei ejus de incarnationis mysterio : IV, 526 *ab*, 527 *b.* Fides Mariæ expenditur in consensu dato ad opus incarnationis : X, 233 *b*-234 *a.* Fides fecit Mariam beatam et bonam : 238 *a.* Fides cum humilitate præambula Mariam super omnes gratam fecit, ut in ea incarnaretur Verbum : III, 120 *b.* Fides Mariæ qualis de Christo : XIII, 79 *a.* In passione Domini, tota deficiente Ecclesia, Maria sola in fide firma permansit : XIV, 109 *a*, 231 *b.*

195. — dignis laudibus non potest a nobis laudari : VII, 14 *a* ; XIV, 232 *a*-233 *b.* — laudanda, etsi imparibus laudibus : XIV, 233 *b.* — ob culpæ carentiam merito salutatur per Ave ; ob immensitatem gratiæ, gratia plena dicitur ; ob divinam præsentiam, insinuatur Dominus tecum ; ob suæ personæ dignitatem, benedicta in mulieribus nuntiatur ; ob prolis excellentiam et utilitatem, proclamatur benedictus fructus ventris : 234 *ab.* Debetur Mariæ gloria, et gratiarum actio, et vox laudis : 201 *a.* Invitantur virgines ad imitandam Mariam exemplo sanctarum Agnetis, Barbaræ, Dorotheæ et Catharinæ : 202 *a.* Cœli enarrant gloriam ejus, et justi eam glorificare, et peccatores ad illam respirare debent : 202 *b.* Qui delectantur in laudibus ejus, exaudientur ab ipsa : 203 *a.* — magna est, et laudabilis valde in universa Ecclesia : 204 *a.* Ad laudem et gloriam pertinet Salvatoris, quidquid honorificum impensum fuerit ejus genitrici : 205 *b.* Invitantur astra matutina, omnes filii Dei, cœli et terra, mare et flumina, ac fundamenta orbis ad laudes Mariæ : *ibid.*, *et* 208 *b.* Mariam decet omnis laus, quia ipsi dedit Dominus benedictionem omnium gentium, laudem et gloriam ante conspectum populorum : 208 *b.* Invitantur omnes ad laudandam Mariam, tum ob ejus magnificentiam, tum ob ejus fortitudinem et misericordiam : 209 *b*, 210 *a*, *b.* Beatissimam prædicaverunt angeli Mariam : 211 *a.* Enarrare virtutes ejus est via salutis : *ibid. inf.* Annuntiare merita ejus lætificat intellectum : 232 *a.*

196. Nemo poterit sufficienter enarrare opera Mariæ et investigare thesauros misericordiæ ejus : 106 *b*, 212 *a.* Invitantur omnes creaturæ ad laudandam Mariam : 212 *b*, 213 *a*, *b*, 214 *a*, 215 *a*, 218 *b*-219 *a*, 220 *b*-221 *a*, *b*, 222 *ab.* Exaltantes Mariam præconiis, evadunt manus diaboli : 213 *b.* Invocans Mariam devoto animo, accipit spem de gloria paradisi : 204 *a.* Cor devotæ animæ paratum est psallere Mariæ laudes : *ibid. inf.* Jucundus homo qui non satiatur laude Mariæ, exortum est in corde illius lumen Dei : *ibid.* Laudans Mariam, inveniet refrigerium in novissimis suis : 215 *a.* Digna est omni laude, quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, et veritas

Digitized by Google

illius permanet in æternum : XIV, 215 *ab*. Labia angelorum enarrabunt sapientiam Mariæ : 215 *b*.

197. Omnis lingua laudat Mariam, et ante illam omnia genua curvantur : 217 *a*. — benedicenda est ab omni creatura, quia sic eam vult Deus benedici : 222 *a*. Benedicentes Mariam obtinent a Domino irrigationem omnium gratiarum : 222 *b*. Qui maledixerit Mariæ, sit ille maledictus : *ibid*. Mariam omnis terra veneratur : 223 *a*. Mariam tripliciter sanctam omnes angeli proclamant, et tota cœlestis curia : *ibid*. Mariam decet laus et imperium, virtus et gloria in sæcula sæculorum : 223 *b*. Laudes Mariæ ad cumulum enumerantur : 224 *a*-225 *a*.

198. — debet laudari omni die et hora, et ob id officium speciale de ea institutum est : IV, 61 *b*-62 *a*; XIV, 112 *b*. — quam digna laudari : X, 229 *b*. Mariæ laus formata a muliere expenditur : 534 *b*-535 *b*. Ad excellentiam Mariæ designandam cunctæ figuræ, scripturæ, et creaturæ deficiunt : XIV, 106 *b*. Mariam salutans, ab ipsa salutatur beneficio, consolatione et gratia : 242 *b*.

199. — interpretatur mare amarum propter ipsius dolorem in passione filii : XIV, 238 *ab*. Martyrium Mariæ in morte filii expenditur, ejus quoque patientia et mansuetudo : 223 *a*, 242 *b*-243 *a*. Quali voluntate compassa, et simul conformata sit Deo : II, 223 *a*, 230 *ab*. Quali gladio, et quomodo cor ejus transverberatum sit : II, 222 *b*; IX, 282 *b*; X, 274 *b*; XIII, 78 *ab*, 499 *a*; XIV, 231 *b*, 242 *b*-243 *a*. Invitantur fideles ad compatiendum Mariæ ad pedem crucis : XIV, 226 *a*. Majorem dolorem habuit Maria ad pedem crucis, quam Salvator : 227 *b*. — majorem dolorem habuit de mortuo filio, quam ulla alia mater : *ibid.*, *et* XIII, 206 *b*. Dolores et verba Mariæ expenduntur, dum Christus depositus de cruce portabatur ad tumulum : XIV, 227 *b*, 230 *b*. — præsentia filii destituta, opponit antithesim dolorum præsentium ad singula verba salutationis angelicæ : 227 *b*. Quanti dolores, et quæ gesta fuerint B. Virginis, dum audivit Christum captum a Judæis, et ductum ad tribunalia : 228 *ab*. — in passione filii perturbata fuit quoad vim sensitivam, non quoad rationalem : IV, 73 *a*. Mariæ dolores in morte Christi quales, anima ejus eadem cum anima Christi : IX, 282 *b*. — fuit plusquam martyr : X, 274 *b*. — concrufixa Christo : XII, 606 *b*; XIII, 78 *a*, 206 *b*. — Ejus dolores, necnon aliarum mulierum, et Joannis Evangelistæ, in flagellatione Christi, aliisque pœnis : XII, 603 *a*, 605 *a*, *b*, 606 *b*. De Mariæ doloribus exacta meditatio : 638 *a*-639 *a*, 661 *b*. Cor Mariæ pendebat in cruce cum Christo : 661 *b*, 693 *a*. Compassio Mariæ suadetur : 661 *b*. — stella maris, et amarum mare in passione filii, quomodo : 693 *a*. — speculum, in quo relucebat effigies filii in cruce pendentis : XIII, 78 *a*. Mariæ dolor quantus in amissione Christi : XII, 529 *b*-530 *a*; XIII, 77 *b*-78 *b*. Compassio Mariæ de obcæcatione Judæorum : XIII, 78. — flevit in morte Joannis Baptistæ : XII, 549 *b*-550 *a*.

200. Impossibile est intrare Christi vulnera, et non intrare cor Mariæ : XII, 693 *b*.

201. — quomodo tradita fuerit curæ S. Joannis : XI, 502 *a*-503 *a*.

202. — qualem contemplationis gradum habuerit in hac vita : XII, 185 *b*-186 *a*.

203. — super omnes creaturas reverendissima, quia Dominus est cum ea speciali modo : VII, 13 *b*, 14 *a*; XIV, 234 *ab*. Quo cultu honoranda : IV, 111 *a*-112 *b*, 219 *a*-220 *b*, 628 *b*; VIII, 196 *ab*. *Vid.* DEVOTIO, n. 11, DULIA, n. 8, HYPERDULIA, n. 3.

204. Ad manus Mariæ oculi ancillæ, sc. Ecclesiæ et omnium fidelium : XIV, 241 *a*. Quidquid boni habemus, totum per manus Mariæ acceptum putemus : *ibid*. Quicumque vult invenire gratiam et misericordiam, adeat cum fiducia ad thronum Mariæ : 246 *b*, 552 *a*. —, quasi mystica Ruth, peccatores ab aliis relictos, tanquam spicas colligit : 247 *a*. — bonos impinguat bonis spiritualibus, et liberat ab inferno omnes prædestinatos : *ibid. inf*. Per virgam, sc. Mariam, ad florem, qui Christus est, et per florem ad Spiritum in ipso requiescentem pervenimus : 248 *a*. — soror nostra, ob quam dæmones nos reverentur, angeli nobis in acie conjunguntur, et Deus nostri miseretur : 250 *b*. — est mare, seu vas plenum gratiarum, quod, ut effundantur ad nos, moveri debet suspiriis, lacrymis, castigationibus, orationibus, eleemosynis, et aliis venerationibus : 253 *a*. Petamus oleum misericordiæ ejus in mundo, ne frustra petamus in judicio : 253 *b*. Mariam vult Deus a nobis honorari, ob idque voluit omnia bona per eam nobis provenire : 253 *ab*. — omnibus ipsam invocantibus succurrit : 258 *ab*. Felix qui Mariæ charitatem, virginitatem et humilitatem, tanquam tres fulgores sequitur : 263 *b*. Mariæ suffragium invocandum : 266 *b*. Invitatur anima quæque fidelis ad cultum Mariæ, cujus etiam fructus expenduntur : 199 *b*-200 *b*, 201 *b*, 204 *b*, 212 *a*, 213 *a*, *b*, 214 *a*.

205. Beati in æternum laudabunt Mariam : 201 *a*. — exquirenda nobis est a juventute, ut

Digitized by Google

glorificet nos: XIV, 201 *b*. Amplecti debemus vestigia Mariæ, eamque tenere firmiter, ut ab ea benedici mereamur : 202 *a*. — imitantibus, et laudantibus se dat sponsum filium suum, et coronam de paradisi liliis : *ibid. inf.* Benedicuntur oculi, manus, et lac virgineum Mariæ : 203 *a*. Suadetur cultus et reverentia Mariæ : 203 *b*. Ad Mariam accedendum cum reverentia et devotione, et delectandum cor in salutatione ejus : 204 *a*. Impendens illi sacrificium laudis, inebriabitur ab uberibus dulcoris ejus : *ibid.* In periculis, in rebus dubiis invocanda Maria, et auxilium refrigeriumque porriget : 204 *b*. Sumatur exemplum conversationis ejus, charitatis et humilitatis : *ibid.* Salutanda est, ut in gremio dulcedinis ejus quiescamus : *ibid. inf.* In laudibus Mariæ permanens, cupit eam exorare, et totam suam substantiam ejus tuitioni commendare : 205 *b*. Ad amorem Mariæ anhelare debet anima, sicut cervus ad fontes aquarum : *ibid. inf.* Multa bona præparata sunt laudatoribus Mariæ : *ibid. inf.* Omnes gentes invitantur ad plandendum manibus, et psallendum in jubilo Virgini gloriosæ : 206 *a*. Honorantes Mariam, invenient vitam et salutem : 206 *b*, 211 *a*.

206. Esuriem parvulorum suorum fructu ventris sui reficit, et sustentat : *ibid.* Quam bonus Deus his qui colunt matrem suam, et venerantur : 209 *b*. Dulcis est memoria Mariæ super mel et favum, et amor ejus super omnia aromata : 210 *a*. — honoranda, quia Deus illam mirabiliter honoravit : *ibid.* Imitemur humilitatem ejus, obedientiam et mansuetudinem illius : 210 *b*. Qui sperat in eam, inveniet thesauros pacis ; qui non invocat eam in hac vita, non perveniet ad regnum Dei : 211 *b*. Honorantes Mariam, coronam perennem pro cinere obtinebunt, et pallium laudis pro spiritu mœroris : *ibid. inf.* Qui clamaverit ad illam in periculis, flagellum non appropinquabit tabernaculo ejus : 212 *a*. Servitus Mariæ affert sapientiam Christi, et viam pacis, et sanitatem : *ibid. inf.* Cultus Mariæ exigit munditiam cordis : 213 *a*. Zelantis amorem Mariæ, et honorem, causa defendetur ab ipsa in judicio : *ibid. inf.* Amor Mariæ exhilarat intellectum nostrum : 214 *a*. Qui de peccatis conversi fuerint ad Mariam, pœnitentiæ remedium consequentur : *ibid. inf.* Intellectus bonus omnibus honorantibus Mariam, et sors illorum inter angelos pacis : 214 *b*. Beatus qui timet, et diligit Mariam : *ibid. inf.*, *et* 218 *a*. Qui diligit Mariam, lucem miserationum ejus suscipit, et visitatione ejus in doloribus lætificabitur : 215 *a*. Qui digne coluerit illam, lætificabitur ; qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis : 215 *b*. Bono animo accedentes ad illam, non capientur ab angelo devastante : *ibid.*

207. Amor Mariæ expellit peccatum a corde, et gratia illius expiat conscientiam peccatoris : XIV, 215 *b*. Via ad Christum est appropinquare ad Mariam : *ibid. inf.* Qui obduratus est in peccatis, vel tristatur in corde suo, clamet ad illam, et dulcoranti stillicidio inebriabitur : *ibid.* Beati qui matrem Domini imitantur, et conceptum et partum illius venerantur : *ibid. inf.* Qui abominatus fuerit servientes Mariæ, ruet in æternum : 216 *a*. — contemnit discedentes ab ejus servitio : 216 *b*. Quem vult Maria, salvus erit ; et a quo avertit vultum suum, vadit in interitum : 222 *a*. Servientes Mariæ plus aliis invadunt dracones inferni ; sed ipsa defendit eos : 216 *b*. Longe est salus a nescientibus Mariam ; qui autem perstant in ejus obsequio, procul fient a perditione : 216 *b*. Recurrentium ad Mariam in tribulationibus exaudietur oratio : 217 *a*. Qui confidunt in Maria, non timebunt a facie inimici : 217 *b*. Gaudere debent omnes qui diligunt eam, quia adjuvabit eos in die tribulationis : *ibid.* In convertendo faciem suam super nos, lætificabit nos : *ibid. inf.* Benedicet benedicentes se, nec avertet ab eis gratiosum vultum suum : 218 *a*.

208. Beati qui sciunt facere voluntatem ejus : *ibid. inf.* — suscitabit voluptates sempiternas frequentantibus ipsi precamina ; et qui cogitant de illa in tranquillitate mentis, invenient dulcorem et requiem mentis : 219 *a*. In animo contrito veniamus ad illam, et non stimulabit nos cupiditas peccati : *ibid.* Respiremus ad illam in finitione nostra, et reserabit nobis atria triumphantium : *ibid.* — post Trinitatem, et Jesum filium suum super omnes est amanda et venerabilis : II, 230 *b* ; XIV, 224 *b*. Sabbatum Mariæ dedicatum est, quare : IV, 73 *b* ; XII, 612 *b*. Mariam colere debent homines et angeli præ cæteris creaturis, quia prælata est omnibus : IV, 205 *b*. Mariæ honor et cultus refertur in Deum ut in finem : 208 *a*. Cum Mariam honoramus, ejus benevolentiam captamus : *ibid. inf.* — nobis est honoranda ratione dignitatis, et amanda ratione conformitatis cum nostra natura : 628 *b*. — benedicenda super omnes mulieres, quare : X, 237 *a*. — diligenda, veneranda, et cum omni fiducia adeunda, tanquam summæ misericordiæ mater : 237 *b*. — invocanda in oratione : XIII, 157 *a*. — omni tempore in summo habenda venerationis affectu ; in cunctis ne-

Digitized by Google

cessitatibus, seu periculis, ad eum recurrendum, et toto conatu vestigia ejus sectanda : XII, 205 *b*. Gratiam obtinere volens recurrat ad Mariam : IX, 27 *ab*.

209. Devotio erga Mariam suadetur : XII, 661 *b*. Posse salutare Mariam maximum est beneficium, quo nullus sive homo, sive angelus, satis dignus est : 691 *b*. Ipsam inhonorare quam malum : *ibid*. Mariam salutare, est se disponere ad maxima Dei beneficia recipienda : *ibid*. Idipsum miram dulcedinem cordi affert : *ibid*. Vera devotio ad Mariam consistit in hoc, quod de ipsa quis lætetur, eam corde amet, et opere imitetur : *ibid*.

210. — est domina angelorum, ipsisque imperat : XIV, 240 *b*. — est cui Michael cum omnibus spiritibus obtemperat in defendendis in corpore, et in suscipiendis de corpore animabus fidelium se ipsi commendantibus : *ibid*. Mariæ dominium in homines et dæmones expenditur : 241 *a*. — est virga virtutis Dei contra inimicos infernales : *ibid*. Mariæ dominium dignoscitur ex eo, quod Dominus potentissimus potentissime est cum ea : 256 *b*. — est potentissima cum Deo, per Deum, et apud Deum : *ibid*. Mariæ dominium in Ecclesiam triumphantem et militantem exponitur : *ibid*. — est mare amarum diabolo, et angelis ejus : 238 *b*. Mariæ potentia ingressæ in cœlum : 272 *a*. — regnat cum Deo super omnem terram, et plenitudinem ejus : 203 *a*. Potentia Mariæ super cœlos et terram expenditur : 204 *b*. In manu Mariæ salus et vita, lætitia perpetua, et æternitas gloriosa : 209 *b*. *Vid.* CREATURA, n. 75.

211. Mariæ matrimonium cum Joseph fuit verum : VI, 246 *b*, 247 *a*. — consensit in copulam conjugalem, sed non carnalem; et hoc tum consensu sancti Joseph, tum ex inspiratione divina : *ibid*. — consensit in matrimonium triplici ratione : 262 *b*. — decentissime nupsit Joseph triplici etiam ratione, potius quam alii viro : 263 *a*.

212. — quater tantum locuta legitur in Evangelio : IX, 567 *a*; XIV, 248 *b*-249 *a*. Ad pronuntiationem verborum Mariæ collatus est Spiritus sanctus Elisabeth, et Joanni in utero ejus existenti : XII, 516 *b*. In ore Mariæ non fuit fel, vel venenum, sed mel et lac Spiritus sancti : XIV, 235 *b*, 261, *a*. Septem mellifluæ sententiæ do mellifluis labiis Mariæ stillaverunt : 248 *b*. Verba humilitatis et castitatis qualia habuerit Maria ad Angelum; charitatis quoque et veritatis ad Elisabeth : 241 *b*-242 *a*, 244 *a*, 248 *b*. Maxima gratia fuit in labiis Mariæ, loquentis ad homines, ad angelos et ad Dominum : 273 *b*. Loquens pro nobis Maria, indignationem filii sui avertit a nobis : 202 *a*. Dulcia Mariæ eloquia ipsam diligentibus : 202 *b*. — lætificat nos dulcifluo sono oris sui, et liquore roseo perfundit corda nostra : 208 *a*. Vox Mariæ dulcis super omnem melodiam, nec angelica harmonia ei valet comparari : 210 *a*, 216 *b*. Eloquium Mariæ sustentat animam imbecillam, et labia ejus refocillant animam esurientem : 214 *a*. Verbis Mariæ inclinatæ sunt Dei aures : 190 *a*.

4. Christus non elegit nobiles, sed pauperes, quare : XI, 281 *b*.
5. Quis homo nobilis abiens in regionem longinquam : XI, 105 *ab*.
6. Quanto, in corpore generando, nobilioris præcedit materiæ præparatio, tanto fit nobilioris formæ inductio : XIV, 48 *b*.
NOBILITAS. 1. — rerum unde oriatur : II, 162 *b*.
2. — vera est a virtute : XIII, 403 *a*, 432 *b*; XIV, 50 *b*.
3. — humana, et mundana stat in hominum opinione : XI, 382 *ab*; XIV, 37 *ab*.
4. — mundana quam vana : XIV, 50 *a*.
Vid. IGNOBILITAS, PARENS.
NOCTILUCA quid sit : XIII, 494 *a*.
NOCTUA fugit lucem, quare : XIV, 9 *b*.
NOCTURNI quare tres in Matutinis legantur, et in tertio Evangelium : IX, 249 *b*-250 *a*.
NOCUMENTUM, *vid.* DIABOLUS, n. 90-92.
NOE interpretatur requies, fuitque figura Christi : XI, 64 *ab*.
Vid. ANIMA, n. 385, PERFECTIO.

Digitized by Google

NOLLE, *vid.* NEUTER.
NOMEN. 1. — imponitur rei a proprietate quæ ipsi inseparabiliter inhæret ut essentialis : III, 216 *b*.
2. — sumitur vel pro voce significante, vel pro re significata, vel pro ipsa ratione innotescendi, quæ est vel per causalitatem, vel per ablationem, vel per excellentiam : I, 367 *a*, 421 *a*; V, 302 *b*.
3. — proprie non est vox solum sensibilis, sed etiam includit significationem, et modum significandi : II, 147 *b*, 369 *b*; V, 302 *b*.
4. — significat substantiam cum qualitate, id est rationem quod, et quo, sc. quod cognoscitur, et quo cognoscitur : I, 366 *a*.
5. — habet necessario aliquid sensibile, sc. vocem, et aliquid non sensibile, sc. significationem : I, 369 *b*.
6. — tria necessario secum infert, sc. vocem, significationem, et rationem innotescendi : 367 *a*.
7. Nominis notitia vel est superficialis tantum, id est quod talis sic nominatur, vel est cognitio rationis talis impositionis : IV, 385 *a*.
8. Nominis interpretatio aliquando sumitur secundum rei proprietatem et veritatem, aliquando secundum contrarietatem, aliquando secundum consecutionem, vel similitudinem : IX, 248 *b*.
9. — appellativum habet plurale, proprium vero nequaquam : I, 97 *b*.
10. Nominis cognitio facit ad cognitionem rei : III, 525 *a*.
11. — impositum a forma immultiplicabili tollit plurale, et secundum rem, et secundum consignificationem; quænam vero habeant plurale : I, 98 *b*.
12. — concretum supponit pro persona proprie; abstractum vero pro essentia, improprie tamen pro persona; medium quoque partim supponit proprie, partim improprie pro persona : I, 110 *b*-111 *a*. *Vid.* ABSTRACTUM, n. 1-4, CONCRETIO, n. 1-2, CONCRETUM, n. 1-8.
13. — pendet a cognitione rei, et dicit ordirem ad rem significatam : I, 365 *b*.
14. — quomodo debeat proportionari ipsi rei significatæ : *ibid. inf.*
15. — adjectivum aliquando substantivatur, et quomodo : I, 363 *b*-364 *a*. *Vid.* ADJECTIVUM, n. 1-8.
16. — singulariter dictum in S. Scriptura multoties dicitur etiam universaliter : I, 367 *b*.
17. Nomina omnia vel supponunt diversitatem essentialem secundum rem, vel secundum rationem, vel modum intelligendi, vel cognoscendi, vel significandi : 370 *b*-371 *a*.
18. — significans operationem per modum adjacentis multiplicatur, ut *Creans*; vel per modum substantivi, et sic non multiplicatur, ut *Deus* : 385 *a*.
19. De nominibus significantibus in divinis agitur : I, 105 *b*-117 *b*, 132 *a*, 157 *b*, 171 *a*, 363 *a*-372 *b*, 375 *b*-385 *b*, 392 *a*-397 *b*, 403 *b*-404 *b*, 419 *a*-422 *a*, 468 *b*, 471 *a*-472 *b*, 479 *b*, 481 *a*-486 *b*, 547 *b*-551 *a*; II, 115 *b*; VIII, 78 *b*-79 *b*; IX, 3 *a*-4 *b*, 265 *a*.
20. — ad aliud dicitur dupliciter : I, 394 *b*.
21. — , verbum, participium et adverbium quomodo differant : 363 *b*-364 *a*, 366 *a*.
22. — adjectivum, et verbum quomodo differant : 432 *a*.
23. Nomina quæ important respectu Dei effectum in creatura, si est effectus in actu, tunc dicuntur ex tempore; si in habitu, dicuntur æternaliter : 468 *b*.
24. — si habet diversa opposita, quæ non uniuntur in aliquo, dicitur æquivoce : 472 *ab*.
25. Nomina aliqua in Deo important solum respectum, aliqua vero etiam effectum : 479 *b*.
26. Nominis alicujus clarificatio est vel per certificationem ipsius nominis, vel per diffusionem, vel per expressionem rationis nominandi : IV, 385 *ab*.
27. — adjectivum, vel participium quando substantivatur, numeratur sicut substantivum a parte suæ formæ; non sic autem vel verbum, vel participium manens participium : I, 363 *b*-364 *a*.
28. — collectivum plures simul dicit, et de nullo per se prædicatur : 363 *b*.
29. — quod aliquam proportionem debeat habere ad rem nominatam, et imponi ab aliqua forma in re nominata existente, quomodo sit verum : 365 *b*-366 *a*.
30. Nomina synonyma differunt a parte vocis tantum : 367 *b* (*ubi, loco verbi* differunt, *lectum fuit* dicuntur).
31. Eadem est significatio nominis quando sumitur substantive, et quando adjective : 390 *b*.
32. — potest dici de aliquo vel per se, vel per accidens : 370 *a*.
33. — habens multitudinem suppositorum, acceptum sine distributione, stat pro illo, pro quo reddit locutionem veram : 94 *b*.
34. Nomini habenti formam non multiplicabilem, potest indifferenter postponi, vel præponi negatio : *ibid.*
35. — , et verbum quomodo differant : IX, 35 *a*.

Digitized by Google

36. Quare antiquitus mutarentur nomina hominum : XI, 279 *a*.
37. Grammatici, et logici differentia quæ sit in consideratione nominum : II, 124 *b*.
38. — est unum, etiamsi sint diversæ voces, quando habent eamdem rationem innotescendi; sed si habeant diversam rationem innotescendi, sunt plura nomina : V, 434 *b*.
39. — unum est omnibus Christianis, excedens privilegia omnium aliorum : XI, 279 *a*.
40. Quomodo, et quot modis possit assumi nomen Dei in vanum : V, 552 *ab*. *Vid.* DECALOGUS, n. 14, DEUS, n. 30.
41. In omni scientia præcognoscendum est quid per nomen significetur, minime vero inquirendum : IX, 2 *a*.
42. Nomina in divinis alia significant substantiam per modum substantiæ, et talia non possunt plurificari; quædam substantiam, sed adjective, seu per modum adjacentiæ, hæcque plurificantur; alia substantiam in adjacentia, connotando intrinsece relationem mutuam, hæcque etiam multiplicantur : I, 171 *a*.
43. Nomina in divinis possunt accipi differenter, sive quoad suppositum, ut *Deus*; sive quoad significatum, ut *Pater*; sive quoad connotatum, ut *Principium* : I, 472 *a*.
44. Nomina quænam a creaturis translata sint ad Deum, ut ipsum laudibus extollere possimus, et ad ejus cognitionem promoveamur : 551 *b*-552 *a*.

NOMINALES quare sic appellati in scholis : II, 124 *b*; IV, 524 *b*.

NOMINARE aliquid supponit cognitionem rei nominatæ : II, 472 *a*, 473 *b*-474 *a*; III, 141 *b*.

NOMINARI tripliciter potest res, sc. vel per nomen indicans existentiam vel essentiam rei, vel secundum quod ab intellectu cognoscitur, vel secundum proprietates quæ rei insunt per secundas intentiones : I, 402 *b*.

NOMINATIO debetur personæ ratione alicujus naturæ in ipsa existentis : IV, 386 *a*.

NOMINATIVUS debet antecedere verbum, ut principium actus : IX, 53 *b*.

NON, particula. 1. — potest teneri vel privative, vel negative : I, 135 *a*.
2. — quot modis possit usurpari in S. Scriptura : IX, 172 *ab*.
3. — genitus, — homo, — album quid importent : I, 455 *a*-464 *b*.
4. — filius dicitur et negative, et contrarie : IV, 234 *b*.
5. — vivum quot sensus habeat : V, 596 *b*.
6. — producere non est notio, sicut nec non procedere, et quare : I, 464 *b*.

Vid. CONFESSOR, n. 4, INGENITUS, n. 1.

NOSTER, MEUS, dicitur de aliquo, vel aliqua re, secundum illud nomen, secundum quod dicitur hoc esse hujus, per habitudinem sive informationis, sive causalitatis, sive correlationis : I, 314 *b*.

NOTABILITAS; *vid.* SINGULARITAS.

NOTIO. 1. — est proprietas in divinis, qua persona innotescit, ut distinguatur ab alia : VII, 233 *b*. Quid requiratur ad hoc, ut sit notio in divinis : I, 463 *b*.
2. Notiones in divinis sunt quinque, sc. paternitas, filiatio, spiratio, processio, et innascibilitas : I, 426 *b*-427 *b*; VII, 233 *b*, 250 *b*-251 *a*; VIII, 78 *ab*.
3. — dicitur sic, quia notificat personam; vel distinctio, quia distinguit personas; vel relatio, quia personæ per unamquamque ad se invicem referuntur; vel proprietates, quia proprie personæ insunt : I, 426 *b*-427 *b*; VIII, 78 *a*.
4. Regulæ notionum assignantur : I, 427 *b*, 535 *a*; VIII, 78 *a*.
5. — in divinis potest sumi vel sub peculiari ratione, vel sub communi : I, 348 *b*, 549 *ab*.
6. — qualis tantum sit in divinis : 427 *b*.
7. — debet necessario importare positivum respectum vel per se, vel consequenter : 463 *b*.
8. Notiones et proprietates non possunt denominare seipsas, quare : 536 *b*.
9. —, unitas, relatio, proprietas in quo differant : 391 *b*, 426 *b*.
10. — significatur in abstractione, et in concretione, et quomodo : 476 *a*.
11. Notiones divinas contra sentire, an sit peccatum : 439 *a*-440 *b*.
12. Notiones Patris sunt tres, duæ propriæ, sc. innascibilitas et paternitas, et tertia communis, sc. spiratio activa : IX, 403 *a*.

NOTITIA. 1. — alia est certa, alia per conjecturam; item alia universalis, alia particularis; item alia nominis, alia rei : IV, 385 *ab*.
2. —, mens et amor qualem ordinem habeant : I, 86 *b*-88 *b*.

NOTIUS unum altero dici potest dupliciter, sc. vel in se, vel relative ad nos : I, 149 *b*, 156 *b*; XII, 16 *b*.

NOTORIUM dicitur, quod nulla tergiversatione potest celari : V, 548 *b*. *Vid.* DELICTUM, n. 3.

NOVENARIUS numerus quare angelis appropriatur : II, 464 *a*-465 *a*; IX, 135 *b*-138 *a*; XI, 4 *b*. *Vid.* NUMERUS.

NOVISSIMI, et primi quinam sint : XIII, 120 *b*-121 *a*.

NOVITAS. 1. — applicata Christo est in conceptione, prædicatione, miraculis et resurrectione : IX, 197 *b*..

Digitized by Google

2. — qualis sit vitiosa, et qualis non, et maxime in adinventione doctrinarum : I, 417 *a*.

NOVITIATUS. 1. — juvenum est duplex, sc. ante, et post professionem : XII, 328 *b*.

2. — Ecclesiæ est status clericorum minorum : VI, 361 *a*. *Vid.* CLERICUS, n. 3, 36.

NOVITIORUM (*De institutione*), opus authenticum : XII, XXIX-XXXII, 292 *a*-312 *b*.

NOVITIORUM (*Regula*), opus authenticum : XII, XXXIV-XXXV, 313 *a*-326 *b*.

NOVITIUS. 1. — religiosus non est proprie religiosus, sed medius inter clericos, et laicos : VI, 152 *a*.

2. Novitii quomodo debeant institui : VII, 42 *b*-43 *b*; XII, 133 *ab*, 297 *a*-326 *b*, 444 *a*-497 *b*.

3. Quales esse debeant : XIV, 562 *a*-570 *a*.

4. Novitiorum nimia receptio multa mala parit in religionibus : XII, 141 *b*.

5. Novitiorum receptio, examen, conditiones explicantur : XIV, 562 *a*-570 *a*.

6. Novitiorum bonorum, et malorum signa exhibentur : XII, 493 *ab*.

7. Novitiorum professorum quatuor cautelæ assignantur : XII, 328 *a*-330 *a*.

8. Novitiorum institutio circa fervorem : XII, 362 *a*-365 *b*; in ordine ad Dei servitium : XII, 292 *ab*, 294 *a*, 296 *ab*, 300 *a*, *b*-301 *b*, 303 *a*, 304 *ab*, 313 *a*-318 *a*, 325 *ab*.

9. — emittens professionem, eligit stabilitatem, veritatem et humilitatem : IX, 511 *ab*.

10. Novitiorum vota, eorumque effectus expenduntur : IX, 466 *b*.

NOVUM. 1. — aliquid dupliciter dicitur : II, 608 *a*. *Vid.* NOVITAS, n. 2.

2. — quomodo nihil sit sub sole : IX, 589 *a*-593 *b*.

3. — testamentum quid sit, et quid contineat : IX, 15 *b*-16 *b*. *Vid.* TESTAMENTUM.

NOX 1. — est absentia lucis, ipsamque facit umbra tenebrarum, seu terræ : XI, 409 *b*, 441 *a*.

2. Nocte tota laborantes nihil capiunt qui in peccatis laborant, vel suis viribus innixi : X, 331 *a*; XI, 520 *a*.

3. — spiritualiter est status peccatoris, explicaturque : XI, 409 *b*, 441 *a*. Quænam sit, in qua non licet operari : XIII, 582 *a*.

4. — quomodo indicet scientiam nocti : XI, 440 *b*.

5. — tempus est congruum lectioni, meditationi et revelationi : IX, 304 *b*, 390 *b*.

6. Nocti Luna præest : II, 584 *a*, 585 *b*, 586 *b*; VIII, 92 *b*.

7. — et dies quomodo immediate dividant tempus : II, 537 *a*.

NUBECULA significat pietatem : XIII, 502 *b*; item vitam contemplativam : X, 467 *a*; item carnem Christi : X, 472 *a*; item descensum Spiritus sancti post ascensionem Christi : X, 575 *a*; XIII, 284 *a*. *Vid.* NEBULA, NUBES.

NUBENTIBUS corporaliter, et spiritualiter, qualis benedictio detur : XIII, 323 *b*.

NUBERE 1. — dicitur a nube, id est a velando ad modum nubium : VI, 229 *a*.

2. — , an continere sit perfectius : VI, 213 *b*. *Vid.* MATRIMONIUM, n. 1-136, NUPTIÆ, 1-15.

NUBES. 1. — non est corpus plene mixtum; habet tamen in se naturas plurium elementorum : II, 440 *a*.

2. — quomodo generentur : VIII, 93 *b*; X, 14 *b*. Ipsarum proprietates quales : XIII, 614 *a*.

3. — in transfiguratione Christi quid significaverit : X, 471 *b*-472 *a*, 574 *b*; XIII, 282 *a*.

4. — significat carnem Christi : X, 472 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 160, EUCHARISTIA, n. 197.

5. — sunt apostoli et doctores : XIII, 309 *b*, 613 *a*.

6. — figuram accipit illius cui unitur, cum sit indeterminatæ figuræ per se : XIV, 114 *a*.

7. — quando, et quomodo coruscent : XIII, 614 *a*.

Vid. MARIA, n. 415, PECCATUM.

NUDI, *vid.* CHRISTIANUS, n. 16.

NUGÆ fugiendæ : VII, 127 *b*-128 *b*.

NUMERALIS. 1. — infinitas importat imperfectionem, quia discedit ab unitate; contraria vero ratione, virtutis infinitas importat perfectionem : I, 56 *b*.

2. Omnia producta sunt secundum rationes numerales : II, 478 *b*.

3. Numeralis distinctio unde proveniat : II, 322 *b*, 595 *b*.

4. De numeralibus nominibus agitur : I, 392 *a*-397 *b*.

Vid. DEUS, n. 161, MULTIPLEX, MULTIPLICATIO, n. 3.

NUMERARI. Illa quorum unum de altero prædicatur, non numerantur, licet distinguantur formaliter : IV, 148 *a*.

2. Res non numerantur secundum suppositа in subjiciendo et prædicando, sed secundum numerum subjectorum : IV, 148 *b*.

Vid. ACTUS, n. 24.

NUMERUS. 1. — quis sit sonorus, occursor, progressor, sensualis, memorialis, judicialis, et artificialis : XII, 9 *b*. *Vid.* QUANTITAS.

2. — est entitas causata ex unitatum aggregatione, et distinctione, quæ fit vel continui divisione, vel formarum, vel gradu, seu ordine : I, 51 *b*.

3. — est a materia in rebus numeratis : I, 55 *b*, 333 *a*, 394 *a*; II, 313 *b*, 314 *b*. *Vid.* ALIQUOTA, ANGELUS, n. 49, 54, MATERIA, n. 38.

4. — est in omnibus entibus : II, 43 *b*.

Digitized by Google

5. — in creatis est quantitas importans divisionem, separationem, aggregationem, et mensurationem : I, 51 *b*, 340 *a*, 392 *a*, 393 *b*.
6. — in creatis est modus consequens materiam cum forma : I, 394 *b*. Quomodo ubique sit : II, 43 *b*. Quo sensu dicatur esse ex divisione continui : II, 588 *b*.
7. — pluralis plurificat formam in substantivis, non in adjectivis : I, 171 *a*, 384 *a*.
8. Quæ differunt numero, numerant omnia quæ sunt in seipsis, saltem quæ ex principiis formalibus veniunt : I, 340 *a*.
9. — in actu habet statum, in potentia autem nequaquam : II, 163 *b*.
10. Numeri partes si considerentur in se, specie differunt; si vero ut partes constitutivæ majoris numeri, differunt numero tantum : VI, 171 *b*.
11. — habet partes subjectivas, atque etiam integrantes : VI, 161 *a*.
12. — sequens numerum, habet præcedentem veluti partem sui : VI, 173 *b*.
13. — in divinis proprie non reperitur, et quare : I, 51 *b*, 333 *a*, 392 *b*.
14. — prout importat distinctionem personalem secundum originem, reperitur in divinis : I, 51 *b*, 55 *a*, 392 *a*-394 *b*.
15. — in divinis debet esse finitus, quare : I, 55 *a*.
16. — est præcipuum in animo Conditoris exemplar, et in rebus præcipuum vestigium ducens in sapientiam : XII, 9 *b*.
17. Arithmetica est circa numerum; Musica circa numerum sonorum : IX, 52 *a*.
18. Varia mysteria numerorum recensentur : IX, 104 *a*-110 *a*.
19. Omnis proportio, et proportionalitas est secundum rationem ternarii, et quaternarii : IX, 105 *a*.
20. — in Scriptura significat aliquando consummationem, aliquando discretionem, aliquando multiplicationem : IX, 206 *a*; quandoque etiam terminum, vel approbationem, vel conservationem : 565 *a*.
21. In computo numerorum antiqui numerabant a sinistra per digitos usque ad 99, deinde in centesimo transibant ad dexteram : IX, 274 *b*.
22. Pars aliquota numeri, quæ multiplicata reddit majorem numerum, dicitur superflua vel excrescens; quæ vero minorem, dicitur diminuta : IX, 52 *a*, 554 *b*.
23. — est sensibile commune : XII, 7 *a*.
24. Omnia facta sunt in numero, pondere et mensura : I, 64 *a*; IX, 565 *a*.
25. Unitas non est numerus, sed principium numeri : V, 272 *b*; IX, 206 *b*.
26. — mensuratur unitate : IX, 435 *a*.
27. Numeri binarii significatio : II, 565 *b*; IX, 285 *a*.
28. — ternarius quare ponatur in divinis : I, 1, 54 *a*-59 *b*. — 29. Qualem perfectionem importet : I, 58 *b*; II, 479 *a*; V, 272 *b*; VII, 516 *a*; IX, 280 *ab*, 317 *b*; XIV, 572 *a*.
30. — ternarius animam, quaternarius corpus significat : IX, 265 *b*.
31. Numerorum multiplicatio per ternarium explicatur : *ibid.*
32. — cubicus, quadratus qualis : IX, 52 *b*.
33. — quaternarius ad Evangelium, denarius ad Legem spectat : IX, 240 *b*. *Vid.* QUATERNARIUS.
34. Numeri quinarii mysteria : V, 173 *b*; IX, 102 *a*. *Vid.* QUINARIUS.
35. Numeri senarii perfectio explicatur : I, 58 *b*; II, 529 *b*; IV, 467 *b*; V, 272 *b*; VII, 327 *b*; IX, 317 *b*, 554 *a*; X, 227 *a*; XII, 134 *b*.
36. — septenarius mystice explicatur : IV, 546 *b*; V, 76 *b*-78 *b*; VI, 542 *a*; VII, 310 *b*-311 *b*; IX, 30 *b*-31 *a*, 105 *a*-110 *a*, 168 *b*, 529 *ab*, 578 *a*; XI, 52 *ab*; XIII, 97 *b*-98 *a*, 208 *a*, *b*, 209 *a*.
37. Numeri octonarii perfectio : IX, 317 *b*, 578 *a*, 671 *b*.
38. Numeri denarii perfectio et mysteria : V, 167 *b*-169 *a*, 272 *b*; VIII, 276 *a*. *Vid.* DECALOGUS.
39. — undenarius explicatur : IX, 84 *b*, 259 *a*.
40. — duodenarius explicatur : IV, 545 *b*-546 *b*.
41. — vigesimus primus quid significet : X, 164 *a*.
42. — vigesimus quartus est numerus Patrum utriusque Testamenti : XIV, 571 *b*.
43. — vigesimus quintus est cubicus (imo quadratus), et quomodo significet passionem Christi : V, 508 *b*.
44. Numeri vigesimi octavi perfectio : IX, 611 *b*.
45. — trigesimus, sexagesimus et centesimus exponitur : IX, 236 *a*; XIII, 123 *b*-124 *b*.
46. — quadragenarius quid significet : XIII, 176 *b*.
47. — quinquagenarius quid significet : XI, 28 *b*.
48. — centenarius est numerus virginum : VIII, 345 *b*; item perfectionis : XI, 4 *a*, 573 *a*.
49. — millenarius quid significet : XIII, 536 *b*. *Vid.* MILLE.
50. — cubicus, et quadratus qualis : IX, 52 *b*.
51. — quilibet est totum constans partibus constitutivis : VI, 171 *b*, 173 *b*.
52. — quilibet an veniat ex divisione continui : II, 588 *b*.
53. — est multitudo mensurata per unum : I, 392 *a*.

Digitized by Google

54. Quod incœpit esse, si desinat esse, non est idem numero : v, 583 *b*, 584 *b*.
NUMISMA, *vid.* DENARIUS, DRACHMA, MONETA.
NUMMULARII quinam fuerint : xi, 290 *a*; xiii, 386 *b*.
NUMMUS. 1. — erat denarius, qui habebat imaginem Cæsaris : xiii, 475 *b*. In quos usus possit adhiberi, et qualem rationem importet : i, 480 *ab*.
2. — est anima examinanda in morte : xiii, 474 *b*.
NUN interpretatur sempiternum : x, 158 *a*; item Pascua eorum : ix, 441 *b*.
NUNC. 1. — temporis est assignabile in ipsa productione rerum, non autem postquam factum est : ii, 247 *a*.
2. — temporis, et æternitatis num ponant in numerum : iv, 191 *b*.
3. — æternitatis complectitur omnia tempora : ii, 123 *a*.
NUNDINÆ, *vid.* MERCATURA.
NUNTII. 1. — cœlestes sunt inspirationes divinæ : viii, 416 *a*. *Vid.* INSPIRATIO.
2. — falsi quinam sint : *ibid.*
NUPTIÆ. 1. — dicuntur a nube, quomodo : vi, 229 *a*.
2. — quantum honorabiles sint per omnia : iii, 74 *a*; xiii, 86 *ab*. Institutæ sunt in statu innocentiæ : iii, 74 *a*.
3. Nuptiarum quatuor genera proponuntur, sc. carnis cum carne, vel carnis cum spiritu, vel Verbi cum homine, vel Dei cum mente : ix, 212 *a*. Item viri et mulieris, diaboli et animæ peccantis, Christi et Ecclesiæ militantis, Christi iterum et Ecclesiæ triumphantis : xiii, 86 *a*-87 *b*.
4. — spirituales sunt vel inter animam et animam charitatis vinculo, vel inter naturam et naturam per incarnationem, vel inter mortalitatem et immortalitatem per resurrectionem : ix, 212 *a*; xi, 537 *b*.
5. Nuptias Christi cum Ecclesia quantum commendent magnitudo sponsi ipsius, tum sponsæ pulchritudo, donorum multitudo, et convivarum plenitudo : ix, 213 *b*; xi, 6 *b*; xiii, 452 *b*-453 *b*; xiv, 97 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 775, 804, 859.
6. — exigunt in sponsa quatuor, sc. pulchritudinem, divitias, genus et mores : ix, 213 *b*.
7. Nuptiarum Canæ miraculum, mysteriaque exponuntur : xi, 283 *b et seq.*
8. — qualiter celebrandæ sint : xiii, 86 *ab*.
9. Nuptiarum vestis est charitas, vel bona vita : xiii, 88 *b*, 456 *b*-457 *b*.
10. — Agni describuntur : xiii, 520 *b*.
11. — an omni tempore celebrari possint : vi, 295 *a*-296 *b*.
12. — secundæ an licitæ sint : vi, 442 *a*-443 *b*.
—13. In se sunt sacramentum propter unionem carnis; si vero primis comparentur, habent rationem incompletam sacramenti ob divisionem carnis jam factam : 443 *b*. — 14. An sint honorabiles : 444 *a*-445 *b*.
15. Bigamus ob secundas nuptias fit irregularis non in pœnam facti, sed quia jam non est idoneus ad sacros ordines : vi, 443 *b*. *Vid.* MATRIMONIUM.
NUTRIMENTUM, *vid.* CIBUS.
NUTRIRI. Ex iisdem nutrimur, ex quibus sumus : v, 513 *b*. *Vid.* AUGERI, n. 1.
NUTRITIVA. 1. — virtus importat cibationem, et conversionem cibi in substantiam aliti : ii, 442 *b*.
2. Nutritivæ virtutis opera in corpore enarrantur : iii, 347 *a*-348 *b*. *Vid.* GENERATIO, n. 27.
NUX qualem naturam habeat : xiv, 44 *b*.
NYCTICORAX, *vid.* CHRISTUS, n. 662.

O

OBCÆCATIO, *Vid.* TENEBRÆ.
OBDURATIO. 1. — mentis contra misericordiam est filia avaritiæ, quomodo : viii, 364 *b*.
2. —, id est obstinatio, est peccatum in Spiritum sanctum, et quale : 367 *b*.
3. — animæ dicta est translative ab obduratione corporum : ii, 107 *b*, 110 *a*; viii, 85 *a*.
4. — in corporibus importat aliquid positivum, sc. potentiam et habitum : ii, 110 *a*.
5. — animæ importat impugnationem gratiæ, et mandatorum Dei, inhabilitatem ad gratiam suscipiendam, et stabilitatem in peccato : ii, 107 *b*; viii, 85 *a*.
6. — quomodo sit pœna acta, atque etiam culpa, et qualiter differat a pœna inflicta, vel contracta : ii, 108 *a*.
7. — qualiter sit a Deo, et qualiter non, sc. vel ut culpa, vel ut pœna : ii, 109 *b*; viii, 85 *b*.
8. — habet Deum causam non efficientem, sed permittentem : ii, 110 *a*, *b*; voluntatem vero peccatoris, causam efficientem : 110 *b*.
9. Obdurationis causa meritoria est peccatum : *ibid.*
10. — temporalis quomodo sit signum æternæ reprobationis : ii, 116 *b*.
11. — Judæ, dæmonis et impœnitentium, et obstinatio in malo unde proveniat : ii, 394 *a*.
12. Obdurationis, et misericordiæ conflictus qualis : vii, 80 *b*.
13. Obdurationis mala ex S. Scriptura demonstrantur : viii, 615 *b*-616 *a*.
14. — differenter est a Deo, a diabolo, et ab homine : ix, 271 *a*.

Digitized by Google

15. — peccatoris est clypeus diaboli, eo quod impedit effectum sagittæ verbi divini : XIII, 183 *b*.

OBEDEDOM interpretatur servus sanguineus, significatque Christum : XIV, 174 *a*.

OBEDIENDI modus, et conditiones traduntur : X, 387 *b*-388 *a*; XI, 347 *a*; XIII, 74 *ab*, 82 *a*, 600 *a*; XIV, 3 *a*.

OBEDIENS. 1. Obedientes quomodo Principatibus configurentur : VII, 464 *a*-466 *b*.

2. — verus quisnam sit : X, 386 *b*; XI, 56 *a*.

3. — verus portat Christum : XI, 423 *a*.

4. Obedientibus Deo, Deus obtemperat : XIII, 221 *ab*.

5. Obedientes sunt oves Christi : XIII, 242 *b*.

6. Obedientes quam chari angelis : XIV, 124 *ab*.

7. Obedientium decipulæ, et errores detegunturt : XII, 687 *a*-688 *a*.

8. Mortariolum est cor obediens, in quo voluntas propria contunditur : XIII, 74 *ab*.

OBEDIENTIA. 1. Obedientiæ votum qualiter sit cæteris nobilius : VI, 386 *b*.

2. — est actus justitiæ, et quomodo definiatur : IV, 574 *ab*; V, 560 *a*, 631 *b*; VII, 238 *b*-239 *a*, 413 *b*; XI, 546 *b*-547 *a*. Est specialis virtus cardinalis : III, 446 *a*; IV, 574 *ab*; V, 560 *a*.

3. — est duplex, sc. alia quæ est contraria inobedientiæ, competitque omnibus Christianis; alia quæ est supererogationis : III, 446 *a*; XIV, 559 *b*.

4. — quadriformis exponitur : IX, 377 *a*-378 *a*, 379 *ab*.

5. Obedientia etiam triplex, sc. necessitatis, cupiditatis, et charitatis : XII, 399 *a*.

6. Obedientiæ gradus triplex exponitur : XII, 400 *a*-401 *a*. Item multiplex : VIII, 285 *b*-286 *a*; XII, 188 *a*-189 *a*; XIV, 574 *a*.

7. — mera est, quando præceptum ex se solo obligat, et non ex aliqua causa, diciturque obedientia disciplinæ, quare : VII, 239 *a*, 269 *b*.

8. Obedientiæ necessitas, et meritum late exponitur : XI, 187 *a*, 577 *b*; XII, 292 *b*-293 *a*, 305 *a*, 323 *b*-324 *a*, 398 *b*-399 *a*, 447 *ab*, 492 *b*; XIII, 115 *ab*, 232 *b*.

9. — prælatis sub mortali debita quænam sit, et qualis ex supererogatione : II, 229 *b*; III, 446 *a*; IV, 554 *a*; XIII, 425 *b*.

10. — debita Deo exponitur : II, 226 *a*-230 *b*; III, 446 *a*; IX, 360 *ab*; XIV, 62 *b*. Quare a Deo imposita : XII, 398 *b*-399 *a*.

11. — quomodo sit similis voto paupertatis et castitatis : III, 655 *b*.

12. — Fratrum Minorum strictior est quam aliorum religiosorum : *ibid.*

13.—, et latria qualiter differant : IV, 574 *ab*; V, 560 *a*.

14. — quomodo sit generalis virtus, et specialis : V, 560 *a*, 631 *b*.

15. — qualem connexionem habeat cum aliis virtutibus : V, 560 *a*.

16. Obedientiæ laudes enarrantur : VII, 114 *a*-116 *a*, 464 *a*-466 *b*; VIII, 285 *b*-287 *a*, 517 *a*-518 *b*; IX, 622 *ab*; XII, 398 *b*, 448 *a*; XIII, 373 *a*, 531 *b*, 551 *b*-552 *a*, 554 *ab*; XIV, 3 *a*, 86 *a*. Est schola Christi, genus martyrii, scala cœli, volatus ad cœlum : VIII, 285 *b*, 286 *b*; X, 72 *b*. Est remedium contra superbiam : XII, 188 *b*. Est navis ducens ad cœlum per mare hujus mundi : VIII, 286 *a*; X, 332 *a*.

17. Obedientiæ inacceptæ mala enarrantur : VII, 116 *a*-117 *a*; XIII, 374 *ab*, 454 *a*.

18. Obedientiam docuit Christus tota sua vita : VIII, 285 *b*.

19. — complectitur omnia officia legis tum naturæ, tum scriptæ, tum gratiæ : VIII, 287 *ab*.

20. — qualiter exercenda : VII, 464 *a*-466 *b*; XII, 206 *ab*.

21. Obedientiæ gradus altissimus est obedire homini dyscolo : XII, 188 *b*.

22. — religionum non est in omnibus æqualis : XIV, 561 *b*.

23. Obedientiam reddunt facilem humilitas, consuetudo, dilectio, affectus terrena contemnens, gratia interior, et prælatus discretus : VIII, 286 *b*.

24. — quare victimæ comparetur : IX, 622 *a*.

25. — mortuos resuscitat : XI, 407 *a*.

26. Obedientiæ efficacia quanta : XI, 118 *b*.

27. — quare fere a religiosis perit : XI, 687 *b*.

28. — subjectionis quotuplex : IX, 159 *b*-160 *a*.

29. Obedientia est immunis a deceptione : XI, 118 *b*.

30. Manet Christianus securus in domo obedientiæ : XIII, 221 *b*.

31. Obedientiæ vincula quam dulcia et utilia : XIII, 30 *a*, 31 *a*.

32. — quam Deo chara : XIII, 74 *ab*. — 33. Angelis exhibenda : 387 *a*. — 34. Aurium apertionem exigit : 393 *b*. — 35. Est virtus angelica : XII, 687 *b*.

36. — est una specie, qua obeditur mandatis primæ, et secundæ tabulæ : IV, 490 *a*.

37. — est charum Deo sacrificium, et quomodo : IV, 215 *b*. *Vid.* DEUS, n. 609.

38. Obedientiæ erga quemlibet limites qui sint : III, 653 *a*; XIII, 425 *b*-426 *a*.

OBEDIENTIALIS. 1. — potentia est passiva, quæ ab agente superiori solum potest reduci ad actum : II, 139 *b*-140 *a*. *Vid.* CREATURA, n. 39, 59-60, POTENTIA.

2. Potentia passiva obedientalis non comple-

Digitized by Google

tur omnino a Deo in creatura, et quare : II, 163 *b*.
3. — potentia in aliquibus casibus supponit aliquam potentiam activam in creatura; in aliis nequaquam, sed tantum mere passivam : III, 32 *b*.
4. — potentia in B. Virgine qualis fuerit respectu generationis Verbi : IV, 102 *a*-103 *b*.
OBEDIRE. 1. — Deo quantæ sit virtutis : XI, 115 *b*, 117 *b*, 118 *b*, 238 *b*.— 2. Dominis temporalibus, et tyrannis, qua servitute Christiani teneantur obedire : III, 651 *a*-653 *b*.— 3. Usquequo religiosi prælatis : 653 *b*-656 *b*. *Vid.* ANIMA, n. 358, 361, 376, CHRISTIANUS, n. 32, 46, CHRISTUS, n. 797.
OBJECTUM. 1. — est illa materia, circa quam versatur aliqua potentia : I, 16 *a*.
2. — scientiæ coincidit cum materia et fine : *ibid.*
3. — et finis respectu voluntatis qualiter coincidant : III, 512 *ab*.
4. — aliud formale, aliud materiale potentiæ, et habitus ; primum habet rationem motivi et activi, estque objectum per se et primo; alterum vero non facit convenientiam in specie, nec differentiam : IV, 491 *a*, 522 *a*.
5. — formale est vel per se tantum, vel per se et primo, et hoc ipsum est quod diversificat habitus et actus ; aliud est per accidens, vel materiale : 491 *a*.
6. Delectatio potentiæ in objecto qualiter fiat : XII, 7 *b*.
7. — naturalis inclinationis quomodo sit Deus : I, 40 *b*-42 *a*, 66 *a*-67 *a*.
8. — intellectus est verum, vel etiam bonum sub ratione veri ; — voluntatis est bonum ut bonum : II, 96 *b* ; III, 529 *ab*. An vero sit etiam malum, et quomodo : II, 181 *a*.
9. — generat similitudinem sui in speculo : II, 419 *a*.
10. — Logicæ est modus manifestativus per rationem : IX, 22 *b*, 53 *a*. — Grammaticæ et Rhetoricæ quale : 8 *b*, 53 *b*. *Vid.* GRAMMATICA, n. 1, 6.
11. — Philosophiæ inferioris est corpus naturale, superioris vero est ens mobile ad formam, vel situm : II, 316 *b* ; IX, 2 *a*, 8 *b*, 20 *a*, 21 *ab*, 50 *a*, *b*.
12. — Metaphysicæ est ens ut ens : *ibid.*
13.— Theologiæ quodnam radicale, integrale et universale : I, 14 *a*-16 *b* ; IX, 26 *a*.
14. — S. Scripturæ est Deus : IX, 2 *a*.
15. — mathematicarum scientiarum est magnitudo, seu quantitas, ut abstrahit a materia et motu : IX, 8 *b*.
16. — Arithmeticæ est circa numeros; Musicæ, circa numeros sonoros; Geometriæ, quantitas continua circa proportiones dimensivas generaliter ; Perspectiva addit conditionem de linea visuali ; Astronomia est de corporibus regulatis per motum, Astrologia vero de eorumdem influentia : IX, 52 *a*.
17. — scientiæ duplex : IV, 521 *b*-522 *a*.
18.— opinionis,— scientiæ, et — fidei qualiter differant : IV, 523 *ab*, 528 *b*-533 *b*.
19. Mutato objecto per se, mutatur habitus; non vero, mutato objecto materiali : 536 *b*.
20. — sensus est solum accidens, poniturque in tertia specie qualitatis, et quomodo : II, 554 *a*.
21. — et potentia quomodo per speciem uniantur : VI, 587 *a*, *b*. *Vid.* SPECIES.
22. — an sit nobilius potentia : 587 *a*, *b*-588 *a*.
23. — sensuum exteriorum quale : VII, 392 *a*.
24. Objecta potentiarum animæ enumerantur : 392 *a*-394 *b*.
25. — Ethicæ, Politicæque quale : IX, 24 *a*, *b*, 25 *b*. *Vid.* ETHICA, n. 1, POLITICA.
26. — beatificum naturale, et supernaturale quale : II, 407 *b*-408 *a*.
27. Conjunctio organi cum objecto facit videre actu, vel sentire; potentiæ autem cum organo facit id simpliciter posse : VI, 586 *a*.
28. Corporum proprietates, quæ sunt objecta sensuum, aliæ sunt absolutæ proprietates existentes in corpore quolibet, aliæ sunt emanantes a corporibus variis, hæque jam non erunt in patria : *ibid.*
29. — conveniens et proportionatum affert delectationem potentiæ, quomodo : 586 *b*.
30. Objecta potentiarum et sensuum alia sunt convenientia, perficientia et conservantia, hæcque afferunt delectationem in usu, eorumque contrarium, itemque privatio affert tristitiam; alia sunt convenientia et perficientia tantum, et ipsa afferunt delectationem, carentia vero eorum tristitiam; alia sunt convenientia tantum, eorumque contrarium non affert tristitiam : 586 *b*-587 *a*.
31. — quali mutatione immutet potentiam : 587 *b*-588 *a*.
32. — oculorum est lumen et color; — tactus sunt elementares qualitates; — odoratus est odor ; — gustus, sapor; — auditus, sonus, item et sensibilia communia : VII, 392 *a*; VIII, 103 *ab*; XII, 7 *a*, *b*.
Vid. CHARITAS, *passim*, DILECTIO, *passim*, FIDES, n. 8, 22-26, 82-84, 88-90, 93-113, 115, HABITUS, n. 19-21, 42, 46-47.
OBLATIO. 1. — est actus religionis justitiæque, quare : VII, 413 *a*.
2. — si facta Deo sit propter metum, est coacta, et servorum; si ob mercedem, est mercenarii; si ob amorem, est filiorum : IX, 190 *a*.

Digitized by Google

3. — perfecta quas conditiones exigat : x, 270 *a*; xiii, 356 *a*-357 *a*.
4. — Christi triplex facta est : x, 269 *b*.
5. Quid significet oblatio turturum, aut columbarum : 270 *a*.
6. — an possit fieri de mercede prostibuli : v, 614 *b*.
7. — major in quantitate an sit majoris meriti : iii, 562 *a*, 563 *a*, *b*; xi, 151 *b*-152 *b*.
8. Oblationes in templo, ad quid institutæ : xi, 151 *a*.

OBLIGATIO. 1. — respectu Dei est vel ad agendum, vel ad non agendum; prima tenet semper, sed non ad semper, altera vero etiam ad semper : v, 161 *b*; vii, 352 *b*.
2. — vel est respectu Dei præcipientis, vel est ratione spontaneæ consensionis, vel ratione culpæ commissæ : vii, 352 *b*.
3. — præceptorum quam convenienter et utiliter imposita sit homini a Deo : v, 158 *b*-166 *a*.
4. — non tollit libertatem, sed impunitatem : 160 *ab*.
5. — præceptorum quid importet : 160 *b*-163 *b*.
6. — major quo sensu imponatur homini perfecto : iv, 673 *b*-674 *a*.
7. Obligationis transgressio quot modis fiat : vii, 350 *a*, 352 *b*-353 *b*.
8. — ad majus meritum qualis sit : xiv, 390 *a*-391 *a*, 418 *a*-422 *b*.

OBLIVIO. 1. — dupliciter dicitur, sc. vel per oppositionem ad retentionem speciei, vel per oppositionem ad recordationem, et hæc secunda cadit sub merito, vel demerito : ii, 414 *b*; vii, 553 *a*; ix, 496 *a*.
2. — propriæ salutis maxima stultitia : vii, 154 *a*.
3. — sui propter Deum quam laudabilis : *ibid. et* 613 *a*.
4. — perniciosa triplex, sc. beneficiorum Dei, mandatorum, et suppliciorum æternorum : ix, 211 *b*.
5. — qualis sit filia accediæ : vii, 553 *a*.
Vid. Diabolus, n. 47.

OBLIVISCI, in Deo quid sit : viii, 59 *ab*.
OBOLUM habens monachus, non valet obolum : viii, 200 *a*.
OBSECRATIO quid sit : ix, 568 *a*. *Vid.* Oratio.

OBSERVANTIA. 1. — est pars justitiæ, estque virtus moralis, qua superiores, et eos qui in dignitate sunt, cultu quodam et honore dignatur quis : vii, 238 *b*, 413 *b*; viii, 190 *b*.
2. — legis et præceptorum Dei facit inhabitare Trinitatem totam in anima : vii, 621 *b*. Est signum charitatis proficientis : viii, 443 *b*.
3. — legis est vita spiritualis, quomodo : ix, 458 *a*.
4. De observantia mandatorum, et sabbati, auctoritates S. Scripturæ afferuntur : viii, 512 *ab*, 516 *a*-517 *a*.
5. — meritorum in proximo est actus justitiæ : vii, 413 *b*.
Vid. Cœlum, n. 67, Inobservantia, Præceptum.

OBSERVATORES legis invenient pacem, justificationem et beatitudinem : ix, 398 *a*.
OBSTANS. Non obstans quin aliquis pereat, si teneatur et possit, peccat : ii, 110 *a*.
OBSTETRICES Hebræorum. 1. — an peccaverint per mendacium : v, 179 *a*. — 2. In quo peccaverint, et in quo meruerint : x, 10 *b*.

OBSTINATIO. 1. — est peccatum in Spiritum sanctum, impugnans gratiam pœnitentialem per confirmationem in malo : iii, 633 *a*; vii, 367 *b*. *Vid.* Induratio, n. 2-3, Obduratio, n. 2-3, 5-11, 13-15, Peccatum.
2. — est induratæ mentis in malitia pertinacia, per quam fit homo impœnitens, quomodo : iii, 636 *a*, 637 *b*. — 3. Qualiter differat ab impotentia resurgendi : 636 *ab*.
4. — quæ non detestatur præteritum, sed tamen abhorret futurum saltem negative, non est peccatum in Spiritum sanctum, quare : ii, 397 *a*; iii, 636 *a*, 637 *b*.
5. — est defectus, non positio quoad causam, et quomodo : ii, 394 *a*, 396 *b*.
6. — in malo quomodo sit character bestiæ : v, 381 *a*. *Vid.* Character, n. 20.
7. Obstinationis pessimi effectus probantur auctoritatibus Patrum : vii, 141 *ab*. Item S. Scripturæ : viii, 615 *b*-616 *a*.
8. — ita firma in hac vita non datur, quin possit peccator redire ad pœnitentiam faciendo quod in se est : ii, 227 *b*.
9. An obstinati peccatores unquam deserantur ab angelo custode : ii, 513 *b*.
Vid. Arbitrium, n. 18-19, Diabolus, n. 19-22, 26-28.

OBUMBRATA a Spiritu sancto in quo sensu dicatur B. Virgo : iv, 57 *a*; x, 232 *ab*. *Vid.* Maria, n. 84.

OBUMBRATIO. 1. — et vicissitudo qualiter differant : i, 145 *b*. — 2. Dicitur privatio lucis : *ibid.*

OCCASIO. 1. — peccati qualis, et quatenus fugienda : xiv, 426 *b*-428 *a*.
2. Occasiones, et causæ peccatorum propriorum qualiter confitendæ : vii, 564 *b*-566 *b*.
3. — peccandi data alteri quomodo aperienda in confessione : 566 *b*-567 *a*.
4. Occasionem peccandi alteri præbens est homicida, imo pejor diabolo : iii, 423 *a*; xiii, 153 *b*, 374 *b*-375 *a*.

Digitized by Google

5. — nomine causæ aliquando intelligi debet, differt tamen : v, 608 *a*.
OCCIDERE. 1. Pœnitentia imposita occidenti presbyterum qualis : VIII, 376 *ab*.
2. Unde est quod aliqui se occidant corporaliter, etsi nullus oderit seipsum : IV, 628 *a*.
3. — Deum quomodo peccator dicatur : XII, 672 *b*.
4. — peccatores Deus quatuor modis dicitur : IX, 565 *a*.
OCCISIO. 1. — corporalis, et spiritualis qualis : IV, 628 *a*; IX, 228 *b*; XIII, 474 *b*-475 *a*.
2. — corporalis est filia iræ : VII, 363 *a*, 533 *b*.
OCCISUS Christus ab origine mundi, quomodo : IX, 230 *b*.
OCCULTA Dei judicia nemo novit, nisi ipse Deus : VIII, 491 *a*-494 *b*; IX, 670 *a*.
OCCULTARE nos, et nostra opera qualiter debeamus : X, 446 *ab*.
OCCUPATIO. 1. — alia est mala, alia pejor, alia pessima, estque distractio, quæ avertit animam, ut non possit cogitare ea quæ sunt salutis : IX, 595 *b*. *Vid.* CURIOSITAS, n. 5.
2. — bona, et mala qualis : *ibid.*, *et* VII, 134 *ab*.
OCCURRERE qualiter debeamus inimico venienti cum decem, vel viginti millibus : X, 625 *ab*.
OCCURSOR, *vid.* NUMERUS, n. 1.
OCEANUS est mare principale : IX, 589 *b*.
OCTAVA. 1. — solemnitatum quare celebretur in Ecclesia, et dies octava non celebretur in Natali Domini, Pascha et Pentecoste : IX, 166 *b*.
2. — Paschæ quare dicatur Dominica in Albis : IX, 232 *b*.
OCTONARII numeri perfectio : IX, 671 *b*. *Vid.* NUMERUS, n. 38.
OCULUS. 1. — est sensus corporis organizati habens inseparabiliter in se lumen, sed insufficiens ad videndum, nisi veniat spiritus visualis a nervo optico : V, 374 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 333, OBJECTUM, n. 27, 32, SENSUS. Physionomia oculorum describitur : VIII, 117 *a*.
2. Organum visus sunt pupillæ oculorum, objectum vero est color : VII, 392 *a*.
3. Oculi bene dispositi, et oculi lippi discrimen : I, 68 *b*. — lippus nescit distinguere lumen diei a lumine flammæ, vel lunæ : 288 *a*.
4. Oculorum objectum necessario est corporeum, id est extensum, mutabile, et absolutum : II, 431 *a*. Per se, sed non primo, est color : IV, 491 *a*; VII, 392 *a*; auxilio tamen luminis, et quomodo : I, 64 *b*; IV, 509 *b*. Per se, et primo est lucidum : IV, 491.
5. — est corpus pervium et tersum, estque receptivus speciei ratione organi, judiciumque inest ei ratione potentiæ spiritualis : II, 443 *b*.
6. — præsupponit vitam, et actum vegetativæ : *ibid.*
7. — creatus figens aspectum in lucem, quare offendatur : VI, 557 *a*; XIII, 136 *a*.
8. — ad hoc ut abstrahat speciem ab objecto, duo requirit, sc. lucem, et sui luminositatem et diaphaneitatem; per lucem abstrahit speciem, et per perspicacitatem defert, et recipit : III, 175 *a*, 177 *a*.
9. — immutatur per irradiationem lucis materialis, sed naturaliter; lux autem spiritualis immutat intellectum voluntarie : IV, 457 *b*.
10. — non potest non videre, dum est apertus, et habet objectum, et quare : II, 457 *a*.
11. — corporalis est omnino improportionatus ad videndum Deum; item spiritualis, sed proportionatus evadit per lumen gloriæ : I, 66 *b*; II, 431 *a*; IV, 297 *b*; VI, 557 *a*.
12. Frequens clausio oculorum indicium est mobilitatis animi : XIII, 542 *b*. — exterior indicat interiores mores : *ibid.*, *et* XIV, 5 *a*. Oculi sunt nuntii cordis : VII, 548 *b*.
13. — juvenis si in sene poneretur, videret ut juvenis : XI, 564 *b*.
14. — fit cæcus quatuor ex causis, sc. ex disjunctione ipsius a sua origine per tres venas, ex deordinatione tunicæ ocularis et luminis, ex defectu virtutis, et ex læsione oculi, aut velatione : *ibid.*
15. Oculi cum quanta cautela custodiendi sint : VIII, 360 *b*; XII, 360 *b*-361 *a*. Mala custodia oculorum fuit ruina Evæ : VIII, 360 *b*.
16. — in homine duplex, sc. interior et exterior : IX, 284 *a*. Quomodo uterque veletur : IX, 300 *b*; XIII, 522 *b*-523 *a*.
17. — est triplicis generis, sc. carnis, rationis, et contemplationis, ad videndum exteriora, interiora et superiora : VII, 270 *b*; VIII, 420 *b*; IX, 475 *b*; XI, 565 *b*.
18. — interior alius est concupiscentiæ, alius rationis : IX, 169 *b*, 284 *a*. Item alius avaritiæ, vel luxuriæ; alius dilectionis, et cognitionis : 169 *b*, 300 *b*; alius intelligentiæ, alius misericordiæ : 169 *b*; alius fidei, et charitatis : 549 *a*.
19. Oculi Dei duo, quorum dextro videt bonos præmiandos, sinistro malos puniendos : IX, 167 *b*. Item oculus Dei est Ecclesia sanctorum : 172 *b*.
20. Oculi dilectionis et fidei ad Deum levandi : IX, 549 *a*. — ad Deum levandi, non ad mundana : XIII, 415 *a*.

Digitized by Google

21. Oculi animæ habent diem suum, et noctem : VII, 598 *b*.
22. — scandalizans qualiter eruendus : XII, 207 *b*; XIII, 41 *b*. Aliqui oculos corporales sibi eruerunt : XIII, 589 *a*.
23. — est lucerna corporis, ipsum dirigens : X, 539 *a*.
24. — simplex quis sit : *ibid.* Est intentio : III, 554 *b*-555 *a*.
25. — dexter, et sinister mystice quis sit : XIII, 41 *b*, 397 *b*-398 *a*.
26. Oculorum apertio per sputum et lutum mystice describitur : XIII, 393 *ab*.
27. Animalia plena oculis sunt sancti, et quomodo : XIII, 400 *b*.
28. — sanus spiritualiter spiritualem solem videt : XIII, 136 *a*.
Vid. CÆCITAS, n. 1-9, CATUS, DEUS, n. 542, DIABOLUS, n. 273, RATIO.
ODIT Deus quæ non fecit, sed præcipue septem : XIII, 308 *a*.
ODIUM. 1. — quid sit : VII, 237 *a*, 362 *a*. Oritur ex invidia : 362 *a*.
2. — in Deum quid sit : VII, 366 *a*. An sit possibile, et quomodo : II, 362 *b*. Oritur ex luxuria : VII, 366 *a*. In quo differat a simplici aversione : III, 615 *a*, *b*.
3. Præceptum odia prohibens cum sit negativum, obligat pro semper : IV, 676 *a*; XIII, 233 *a*.
4. — est vel in affectu, vel in effectu; quoad primum, nunquam licet, licet vero quandoque quoad secundum : IV, 676 *b*, 679 *a*.
5. Odio nusquam habendus est inimicus, et quomodo Hebræi id admiserint : 676 *ab*.
6. — peccati qualiter includatur in pœnitentia : V, 557 *b*.
7. — proximi est homicidium spirituale : XIII, 395 *b*. *Vid.* HOMICIDIUM, n. 2.
8. — triplex, sc. malignum, imperfectum, et perfectum : IX, 565 *b*. Item aliud reprobationis, aliud iniquitatis, aliud subtractionis, aliud afflictionis : 195 *b*.
9. Deus neminem odit odio affectus; odio vero effectus odit reprobos, diciturque odium æternum : II, 117 *ab*; X, 98 *a*. *Vid.* DEUS, n. 238.
10. Odii, et dilectionis conflictus : VII, 79 *b*.
11. De odio et inimicitia auctoritates sanctorum Patrum et S. Scripturæ : *ibid.*, *et* VIII, 544 *b*-545 *a*.
12. — proximi quam detestabile : XI, 589 *ab*; XIII, 293 *a*. Ejus effectus pessimi explicantur : XI, 589 *ab*; XIII, 28 *a*.
13. — proximi tollendum, ut Deo reconciliemur : XIII, 356 *b*. *Vid.* INJURIA, n. 4-7, 9.
14. — causatur amore, et quomodo : II, 363 *a*.
15. — sui quam necessarium, qualiter acquirendum, et in quo consistat : XII, 651 *b*, 666 *a*, 668 *a*. *Vid.* HOMO, n. 178.
16. — bonorum, et — malorum qualiter differant : XI, 460 *b*.
17. — aliud est intentum, aliud interpretativum : XI, 462 *b*-463 *a*.
18. — Dei est quoad effectum, non quoad affectum : II, 117 *ab*.
Vid. ANIMA, n. 525, DEUS, n. 644.
ODOR. 1. — est objectum odoratus : VI, 586 *a*; VII, 392 *a*; XII, 7 *b*. — 2. Habet de natura humida, aerea et ignea : XII, 7 *a*.
3. — vel est prædicationis, vel mortis, vel vitæ, vel orationis; item Christus : IX, 213 *a*.
Vid. CHRISTUS, n. 302.
ODORATUS peccata quæ sint : VII, 548 *b*.
ŒCONOMIÆ duæ species, alia spectans ad virum, alia ad mulierem : IX, 313 *a*.
OFFENDERE. Qui offendit in uno, factus est omnium reus, quomodo : V, 140 *ab*; IX, 662 *b*-663 *b*.
Vid. CREATURA, n. 90.
OFFENSA. Pro peccato, ut est offensa infinita, non potest satisfieri nisi per Deum : IV, 433 *a-b*; V, 590 *a*.
OFFERTORIUM Missæ explicatur : XII, 261 *b*-262 *b*.
OFFICIUM divinum. 1. — est exhibitio cultus, et laudis Deo debitæ ob quinque causas, sc. ad imitationem divini concentus, ad reddendas Deo gratias, ad excitandos ad devotionem homines, ad majorem frequentiam laudis divinæ, et ob decorem christianæ religionis : V, 508 *ab*; VII, 309 *b*, 413 *a*; XII, 154 *b*-155 *b*; XIV, 570 *a*-572 *b*. *Vid.* CULTUS, n. 5-9, LAUS, n. 2, 11, 21.
2. — qualiter persolvendum : XII, 155 *b*, 313 *a*-314 *a*, 460 *a*-464 *a*, 487 *a*-489 *a*.
3. — majori ex parte a S. Gregorio Magno institutum est, præter Psalterium : XIV, 570 *b*.
4. — in ecclesia canitur, ut indicetur ecclesiam esse congregationem unitorum per uniformem et conformem consonantiam divinæ laudis : XIII, 635 *a*; XIV, 125 *a*.
5. — ejusque partes mystice explicantur : IX, 529 *ab*; XIV, 571 *a*-572 *b*.
6. — solis labiis canentes sunt similes Pharisæis : XII, 314 *a*.
7. Peccata circa officium divinum quænam : VII, 551 *b*-552 *a*.
8. Officium B. Mariæ Virginis recitandum : XII, 313 *b*.
9. De attentione in officio divino adhibenda : 412 *b*-413 *b*.
10. Officii divini ordo præcipue in Matutino expenditur : IX, 169 *a*.

Digitized by Google

11. Officium hebdomadæ sanctæ quare sit sine principio et fine : IX, 184 *b*.
12. In officio divino quare incipiatur sic : *Domine, labia mea*, etc., *Converte nos, Deus*, etc. : IX, 221 *b*. Item Invitatorium quid significet, et quare in Epiphania non dicatur a principio : 270 *b*-271 *a*.
13. Præcipimur laudare Deum ore, cum debeat laudari corde, sc. ut pigritia nostra excitetur, ut proximus ædificetur, ut meritum augeatur, et ut laus corpore simul et mente exprimatur : IX, 290 *ab*.
14. In Matutinis quid significet transitus ab antiphonis ad lectiones, deinde ad responsoria, ad *Te Deum*, et ad Psalmos pœnitentiales : IX, 169 *a*.
15. Quare in festo Animarum non repetantur vesperæ secundæ : 269 *a*.
16. Quare singulis noctibus repetatur in ipso initio invitatorium *Venite exultemus*.
Vid. BEATI IMMACULATI, INVITATORIUM, JUBILUS, NOCTURNI.

OFFICIUM humanum. 1. — prælatorum quale : VII, 22 *b*-24 *b*; XII, 132 *a*-157 *b*.
2. — parochorum : XIV, 523 *ab*, 525 *ab*, 526 *a*-527 *a*, 540 *b*.
3. — judicum, doctorum et prædicatorum : XIV, 524 *b*-525 *b*.
4. — religiosorum quale : VII, 44 *a*-45 *b*.

OLEUM 1. — benedictum importat quamdam proprietatem sanctificationis, sicut et aqua : V, 517 *a*.
2. — benedictum, sicut et aqua, reddit benedictum aliud superimpositum : *ibid.*
3. — confirmationis, et extremæ unctionis quale : V, 404 *ab*; VI, 138 *a*-139 *b*.
4. Olei benedicti inunctio in infirmitatibus qua ratione possit fieri etiam a non sacerdote : VI, 143 *a*.
5. — est gratia Spiritus sancti, vel Spiritus sanctus ipse : XIII, 236 *b*, 293 *b*, 294 *a*.
6. — mystice aliud est misericordiæ, aliud bonæ famæ : IX, 264 *a*
7. — in vasis habere quid sit : XIII, 236 *b*.
Vid. CHRISTUS, n. 666, 851.

OLFACTUS. 1. — spiritualis magis se habet ex parte affectus : IV, 276 *ab*. — 2. Qualiter excitetur : VIII, 470 *ab*.
3. — qua ratione apprehendat sensibilia particularia et communia, sc. ratione suavitatis : XII, 7 *a*, *b*.

OLIVA. 1. Olivæ natura exprimitur : XIV, 44 *b*, 96 *a*.
2. — mystice quid sit : IX, 222 *b*.
3. — in ore columbæ quid mystice : XIII, 169 *a*. *Vid.* MARIA, n. 418.

OLIVETUS mons qualis mystice : XI, 571 *b*-572 *a*.

OLLA succensa est infernus, coquus vero diabolus : XIII, 401 *b*.

OLUS. 1. — multiplex, et quale mystice : IX, 203 *b*-204 *a*. — 2. Olera manducare cum charitate melius est, quam vitulum saginatum cum odio : X, 348 *a*.

OLYMPICUM cœlum quale sit : II, 592 *b*.

OLYMPUS mons qualis : *ibid.*, *et* XIV, 107 *b*.

OMEGA, *vid.* CHRISTUS, n. 718, DEUS, n. 615.

OMISSIONIS peccatum. 1. — est desertio actus debiti in tempore determinato : VII, 352 *b*; actus enim, non simplicis circumstantiæ; actus principalis, non annexi; præcepti affirmativi, non negativi : *ibid.*, *et* II, 365 *a*; VII, 550 *b*-551 *a*. *Vid.* PECCATUM.
2. — est filia negligentiæ, non ipsa negligentia : *ibid.*
3. — multiplex exponitur : VII, 551 *a*.
4. — solum habet rationem peccati respectu causæ seu radicis, nec est mortalis, nisi res omissa fuerit præcepta sub mortali : *ibid.*
5. — non potest esse peccatum absque eo quod aliquis id amet quod non debet : II, 365 *a*; III, 444 *ab*. Ideo non est peccatum nisi ratione positivi : *ibid.*
6. — circumstantiæ non est proprie omissio, sed negligentia : II, 365 *a*.
7. Qualiter reddenda sit ratio in die judicii de bonorum omissione : XIII, 375 *a*.
8. — quomodo sit voluntarium : III, 571 *ab*.
9. — potest esse mortale absque actu elicito voluntatis : II, 365 *a*.

OMNE. 1. — quomodo distribuat pro omnibus univocis : I, 137 *a*, 343 *b*-344 *a*, 357 *a*.
2. — aliquando tenetur distributive, aliquando collective : III, 580 *b*.
3. — quod est, esse vel ingenitum, vel genitum, vel factum, quomodo concedi possit : I, 228 *a*, *b*.
4. — aliquando stat syncategorematice, aliquando adjective : IV, 117 *b*.
5. Dici de omni est, quod non est in quodam sic, in quodam non, et aliquando sic, et aliquando non, id est, distribuitur ad omnia supposita et tempora ob necessariam convenientiam passionis ad subjectum : II, 44 *b*.

OMNIA. 1. — quæ reperiuntur in creaturis per diversitatem, sunt in Deo per omnimodam identitatem : II, 183 *a*.
2. — sunt a Deo, et quomodo : 183 *ab*. *Vid.* ANIMA, n. 32, CHARITAS, n. 256.
3. — dicuntur esse in Deo tanquam in principio infinito, et hoc appropriatur Spiritui sancto; ex Deo tanquam ex primo principio, et hoc appropriatur Patri; per Deum tanquam per principium sufficientissimum, et hoc appropriatur Filio : II, 20 *b*-21 *a*,

Digitized by Google

81 *a*; VIII, 69 *b*; IX, 564 *a*; X, 81 *a*; XI, 255 *b*, 301 *b*. Vel omnia ex ipso, per ipsum, et in ipso, sc. dona, merita et præmia : IX, 315 *b*. Vel omnia ex ipso, per ipsum, et in ipso, so. Christo, qui est via, veritas et vita : XI, 446 *b*.

OMNIPOTENS. 1. — an distribuatur pro omnibus : I, 137 *b*.

SINAPIS est granum parvum mole, et magnum virtute : X, 588 *b*. Quid significet : *ibid.*, *et* XIII, 64 *b*. *Vid.* GRANUM, n. 2. Quomodo significet Christum : IX, 239 *b*-240 *a*.
SINDON est genus lini candidissimum; quid vero significet : XIII, 236 *ab*.
SINGULARE. 1. — est id quod prædicatur de uno, idemque est ac individuum : IV, 230 *a*.
2. — quomodo cognoscatur ab intellectu : II, 83 *a*. — 3. Non est certitudo circa singula-

Digitized by Google

ria, nisi in quantum referuntur ad universalia : IV, 578 *a*. *Vid.* CONTINGENS, n. 3.

SINGULARITAS numeralis excludit pluralitatem, sicut solitudo communicabilitatem : I, 387 *b*.

SINGULARITAS vitæ. — in malo quid sit, et qualiter fugienda : VII, 360 *b*, 530 *a*; XII, 307 *a*. Est filia superbiæ : VII, *ibid*.

2. — in bono quam sancta, et quomodo practicanda : XII, 207 *a*.

SINISTRA. Per sinistram ducuntur præsciti, per dexteram justi : XIII, 306 *b*. *Vid.* DEXTERA, n. 1, 3.

SINISTRUM, et dextrum quid sit, et unde : II, 573 *b*-576 *a*. *Vid.* DEXTRUM, n. 1-5. — 2. Quid significent : VII, 451 *b*.

SINUS. 1. — Dei dicitur tripliciter, sc. vel secretum Dei, vel requies animarum, vel paterna pietas : XI, 266 *b*.

2. — Abrahæ est locus quietis animarum : *ibid*. Explicatur mystice multipliciter : 41 *b*. *Vid.* ABRAHAM, n. 11.

SION. 1. — interpretatur speculatio, seu specula : IX, 559 *b*. Si dicitur a speculo, significat Ecclesiam militantem; si a specula, Ecclesiam triumphantem : IX, 260 *a*; X, 148 *a*, *b*; XIII, 120 *a*, 230 *ab*, 357 *a*, 380 *b*, 396 *a*, 587 *b*. *Vid.* ECCLESIA, n. 62.

2. — erat monticulus, in quo ædificata est turris David : IX, 260 *a*.

3. — significat animam puram : XIII, 185 *a*. Est civitas cœlestis : 307 *b*.

4. — viæ lugent, in quo sensu et quando : X, 148 *a*.

SIRIUS canis stella quid cum Sole operetur : XIV, 28 *a*.

SISARA interpretatur exclusio gaudii, significatque diabolum, quomodo : XIV, 279 *b*.

SITIS. 1. — oritur vel ex carentia humidi, vel ex intemperantia potantis, vel ex insufficientia potus : XI, 313 *b*, 559 *a*. Est appetitus humidi et frigidi : *ibid*. — 2. In siti tria sunt, præcipue pœna ex ariditate : IX, 231 *b*.

3. — multiplex expenditur, et spiritualiter applicatur : XI, 313 *b*-314 *a*, 559 *ab*.

4. — Christi in cruce expenditur : XIII, 201 *b*. *Vid.* CHRISTUS, n. 389, 637.

Vid. MUNDUS, n. 33.

SITULA est vas ad hauriendam aquam accommodum : XIII, 581 *a*.

SITUS in corporalibus sequitur pondus; et cum corpus habeat inclinationes diversas, sequitur naturam prædominantis : VI, 68 *b*.

SMARAGDUS quid sit, ejus proprietates mystice explicantur : VII, 453 *b*; VIII, 339 *ab*.

SOBRIETAS. 1. — est pars temperantiæ, quæ consistit in cohibitione excessus gulæ in potu et cibo : VII, 411 *a*; VIII, 592 *a*-594 *a*; XII, 159 *a*. — 2. Sobrietatis laudes, effectus, et gradus enarrantur : XII, 404 *a*-405 *a*; XIII, 551 *a*, 627 *a*.

SOCIALIS; *vid.* AMOR, n. 99.

SOCIETAS. 1. — alia est turbans, alia relevans, alia promovens; prima est malorum, secunda conjugum, tertia perfectorum : IX, 619 *b*. — 2. De societate tum bonorum, tum malorum auctoritates S. Scripturæ : VIII, 627 *b*-630 *a*. — 3. Societatis bonæ bona enarrantur : IX, 620 *a*.

4. — malorum qualis : X, 16 *a*; XIII, 102 *b*. Ejus damna : VII, 518 *b*; IX, 465 *a*; X, 486 *a*; XI, 100 *a*, 195 *a*, 203 *b*; XII, 359 *ab*. *Vid.* MALUS, n. 2, PECCATOR, n. 68, PESTIS.

5. De societate bona, et mala auctoritates SS. PP. : VII, 193 *b*-196 *a*. Quantam vim utraque habeat : XIV, 614 *b*.

6. De societate beatorum in cœlo : VIII, 342 *a*-346 *b*.

7. Societatis malæ pericula in cœlo, in mundo, in inferno, et ubique : XIII, 102 *b*, 228 *b*-230 *b*. Maxime fugienda in mensa : 162 *ab*.

8. — mala est currus diaboli, habens quatuor rotas, sc. voluntatem, operationem, consuetudinem et obstinationem : XIII, 255 *a*. Impedit salutem : 179 *b*.

9. — Dei reddit hominem beatum, quare : X, 144 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 780.

SOCIUS. 1. Socii boni, et mali habent propria festa, et invitatoria : X, 16 *a*.

2. — bonus, et malus quis sit : XIII, 42 *b*-43 *a*. Utriusque commercium quænam consectaria habeat : XIII, 229 *ab*, 466 *ab*, 479 *b*; XIV, 28 *a*-30 *b*.

SOCRATES. 1. — coluit unum Deum : IX, 57 *b*. Occisus est pro cultu unius Dei : *ibid*. Ejus constantia : XIII, 530 *b*.

2. — philosophus qualis : IX, 57 *b*; XIV, 60 *b*. *Vid.* PLATO, n. 2.

SODOMIÆ peccatum quam grave sit, et quam severe puniatur a Deo : VII, 353 *b*; XI, 66 *a*. *Vid.* LUXURIA, n. 3. — 2. Ob id potest uxor relinquere maritum : VI, 375 *b*.

SOL. 1. — dicitur a S. Doctore unus ex planetis, medius inter alios, calidus et luminosus, major centum et quadraginta vicibus terra : VIII, 92 *a*, 345 *a*. Ejus natura et proprietates, effectusque enarrantur : VIII, 92 *a*; XIII, 218 *b*; XIV, 8 *a*, 28 *a*, 84 *a*-86 *b*. *Vid.* LUMINARE, n. 2, PLANETA, n. 2.

2. — factus fuit in Oriente : II, 551 *a*. Quare unus sit factus : V, 288 *a*. Factus est quarta die ex luce substantiali, quæ prima die facta erat : II, 543 *a*, 548 *a*. Multum super omnes stellas a Deo recepit lumen : II, 584 *a*; IX, 270 *a*.

Digitized by Google

3. — in cœlo quare collocatus : II, 545 *a*-548 *a*, 551 *a*. Quomodo dicatur positus in firmamento cœli : 586 *b*.
4. — quare dicatur luminare majus : 584 *a*.
5. Solis influentia expenditur : II, 582 *a*-603 *b*; VII, 261 *ab*; IX, 21 *b*, 64 *a*, 78 *b*, 280 *b*; XIII, 55 *b*; XIV, 83 *a*-86 *b*, 109 *b*. Cum Leone stella, et cum Cane Sirio quid efficiat : XIV, 28 *a*. Quare varios effectus, et oppositos producat : XIII, 55 *b*, 495 *b*.
6. Solis motus quomodo sit in obliquo circulo : II, 586 *b*; IX, 21 *b*. — 7. Duplex describitur motus solis : IX, 589 *a*, *b*, 590 *a*, *b*, 591 *b*, 592 *a*. Non facit motu suo sphæram, sed spiram : 589 *a*.
8. — non influit in empyreum : II, 293 *a*. — 9. Imprimit in Lunam tantummodo lucem : 598 *b*. — 10. An per eamdem virtutem et illuminet, et calefaciat : II, 570 *b*; III, 167 *b*.
11. — motu suo quomodo faciat diem, et annum, et tempora : II, 586 *a*-587 *a*; VII, 261 *b*. — 12. Emittit radios per omnem partem, cum continuatione eorumdem, sine emissione novorum : II, 284 *a*; VI, 499 *b*; IX, 21 *b*; idque subito, vel instantanee, vel modico tempore : II, 557 *a*-559 *b*. Non immitteret radios per vacuum : 559 *b*, *ad* 5. Quare in aqua non figat suos radios : XIV, 48 *b*. Quare in aliquibus locis plus resplendeat : *ibid. inf.*
13. — est medium et cor universi : VI, 493 *a*; VIII, 92 *a*; IX, 21 *b*. *Vid.* MEDIUM, n. 25.
14. — percurrit duodecim signa cœlestia, et in singulis moratur triginta dies et decem horas : VIII, 92 *a*; IX, 78 *b*. *Vid.* MOTUS, n. 59, SIGNUM, n. 15-16.
15. Solis revolutio est per annum, necessarioque importat duodecim revolutiones Lunæ : II, 214 *b*.
16. — quando oriatur, et occidat : IX, 589 *a*. Quare dicatur spiritus : 590 *ab*.
17. — est causa vitæ corporalis, et motuum, et sensuum : IX, 21 *b*, 63 *a*, 64 *a*.
18. Ejus eclipses : XIII, 2 *a*; XIV, 8 *ab*. *Vid.* ECLIPSIS, n. 1, 3.
19. — aliquando significat Trinitatem, Christum, angelos, animam contemplativam, Ecclesiam triumphantem, et Deum : IX, 92 *b*, 93 *a*, *b*, 126 *b*, 127 *a*, *b*, 128 *a*, *b*, 133 *ab*, 135 *b*; XIII, 322 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 654, DEUS, n. 623, ECCLESIA, n. 53. Item plura alia significat in Scriptura : IX, 280 *b*; XIV, 83 *b*-86 *b*. *Vid.* MARIA, n. 138.
20. — intellectualis qualem diem in nobis faciat : IX, 78 *b*-79 *a*.
21. — post judicium quomodo staturus et renovandus sit, et lumen ejus augendum : VI, 553 *a*, 554 *a*; IX, 260 *a*. De obscuratione Solis in die judicii : XI, 165 *ab*. *Vid.* LUNA, n. 11.
22. — factus est quarta feria, significatque Ecclesiam militantem : IX, 269 *b*, 270 *a*.
23. Solis proprietates dotibus corporis gloriosi aptantur : XIII, 278 *b*.
24. — est causa ostensiva omnis pulchritudinis : XIV, 84 *b*. — 25. Solis radii quomodo accendant ignem ad speculum concavum : 86 *b*.
26. — majorem calorem in mari generat, quam in terra, et quare : 54 *b*.
27. — tripliciter exurens montes, quis sit mystice : XIII, 42 *b*. *Vid. Indic.* III, *Eccli.*, XLIII, 4. — 28. Non emittit radios nisi per aerem depuratum; sic Deus radios gratiæ suæ : XIII, 260 *a*.
29. — tribus horis occumbens in crucifixione Christi significat vitam peccatoris existentis in peccato temporibus juventutis, virilitatis et senectutis : XIII, 225 *a*.

Vid. DIES, n. 26, 29, ECCLESIA, n. 8, GENERARI, n. 5, LUNA, n. 1, 7-9, 15, MARIA, n. 464, PECCATUM, n. 248.

SOLAMEN; *vid.* MARIA, n. 469.
SOLARIS; *vid.* FIDES, n. 147.
SOLATIUM temporale, et spirituale, qualiter differant : IX, 113 *ab*.
SOLEA; *Vid.* SANDALIA, n. 4.
SOLEMNITAS Dei est pœnitentia peccatoris : X, 148 *a*. *Vid.* FESTIVITAS, FESTUM, *per totum*.
SOLIDUS numerus est quaternarius, quare : X, 145 *a*.
SOLILOQUIA varia animæ invocantis Deum proponuntur; *vid. seq.*
SOLILOQUIUM de quatuor mentalibus exercitiis, opus authenticum : XII, VII-VIII, 85 *a*-131 *b*.
SOLITUDO. 1. — excludit pluralitatem : I, 387 *b*. *Vid.* SOLUS. — 2. Quam necessaria, et utilis ad orationem et contemplationem : XII, 538 *b*-539 *a*; XIII, 3 *b*; XIV, 644 *a*. — 3. Ejus laudes : VII, 191 *ab*; XI, 340 *ab*. Est amica silentii et orationis : XII, 538 *ab*; XIII, 3 *b*.
4. — seu desertum, quadruplex, sc. mundus, Ecclesia, cor et cœlum : XIII, 362 *a*-363 *a*. *Vid.* COELUM, n. 93, DESERTUM, n. 1-3.
5. — bona, et mala quænam : IX, 619 *a*-620 *a*. — qualis animæ exoptanda : XIV, 33 *a*.

Vid. ANIMA, n. 463, MUNDUS, n. 81.

SOLIUM est regum, tribunal judicantium, cathedra doctorum : XI, 497 *b*. *Vid.* MARIA, n. 466.
SOLLICITANTES, *vid.* SUSPENSIO.
SOLLICITUDO. 1. — placendi Deo est ex charitate : V, 104 *a*.
2. — curiosa, non studiosa providentia, prohibetur in Evangelio : X, 450 *b*; XIV, 606 *a*.

Digitized by Google

3. — prælatorum, et aliorum in bono laudatur : VII, 211 *ab*.
4. — vitiosa quænam : XIV, 606 *ab*; et quantopere fugienda : X, 450 *b*-451 *a*. Est filia avaritiæ : VII, 364 *b*, 536 *a*; aliquando etiam gulæ : 544 *a*.
Vid. CHRISTUS, n. 842.
SOLŒCISMUS Christianorum est turpiloquium : VII, 132 *b*.
SOLUM. Hæc dictio exclusiva, quid in Scriptura importet : IX, 170 *a*.
SOLUS. 1. — est dictio exclusiva, quæ potest sumi categorematice, vel syncategorematice; quomodo adhibenda in divinis : I, 92 *b*, 354 *a*-355 *b*, 357 *b*-359 *b*.
2. — sumptus categorematice, est idem ac solitarius; syncategorematice vero, est idem ac privatus associatione : 355 *a*.
3. — in divinis, a parte prædicati, reddit impropriam locutionem; a parte subjecti, nequaquam : 353 *a*, 355 *b*-357 *b*.
4. — idem significat ac non cum alio, sive solitarius, privatque alium ejusdem naturæ : 356 *b*.
SOLUTIO. 1. — respectu matrimonii quot modis sumatur : VI, 322 *a*.
2. — per argumentationem est vel ad rationem, vel ad hominem : I, 119 *b*.
SOMNIUM. 1. — est phantasma quod se ingerit dormienti : VII, 235 *b*-236 *a*, 394 *b*. — 2. Somnia quot modis, et ex quibus causis proveniant : II, 417 *b*; III, 143 *b*, 146 *a*. — 3. Somnia quæ contingunt ex dispositione corporis, quomodo habeant causam in nobis, et sint præsagia futurorum : II, 417 *b*. — 4. Somnia contingentia ex sollicitudine quid præsagiant : *ibid.* — 5. Somnia ex illusione diabolica an quid indicent : *ibid.* Item ab angelis : *ibid.* Quænam sint bona, et quæ mala somnia : XII, 433 *b*-435 *b*.
6. — fit ex naturali motu fumositatum, et phantasmatum circa organum phantasiæ : III, 146 *a*.
7. In statu innocentiæ qualia somnia fuissent, et quid operarentur : *ibid.*
SOMNOLENTIA est filia acediæ : VII, 75 *a*, 364 *a*; VIII, 259 *a*.
SOMNUS. 1. — vel sopor est quies animalium virtutum, cum intensione naturalium : III, 27 *a*. — Ejus effectus : XI, 570 *b*; XIV, 67 *ab*. — 2. In somno est sensuum ligatio, operum vigiliæ privatio, etc. : XI, 570 *b*.
3. — Christi, seu dormitio mystice multiplex : IX, 211 *b*.
4. Somni multiplex mystica applicatio, præcipue peccato et morti : XI, 410 *a*, 570 *b*.
5. — spiritualis animæ describitur : VIII, 433 *b*-434 *a*; XII, 429 *ab*.
Vid. ADAM, n. 57, ANIMA, n. 224, 273, DORMIENS, DORMIRE *et* DORMITIO *per totum*, MORS, n. 49, RELIGIOSUS, n. 65, SPIRITUALIS VITA, n. 5.
SONUS. 1. — est sensibile particulare : XII, 7 *a*.
2. — multiplex mystice exponitur : IX, 214 *b*.
SOPHISTÆ. 1. Sophistarum regula in primis signis est fallax, et quomodo : V, 491 *a*.
2. — habere dicuntur intellectum phantasticum : II, 412 *a*.
3. — sunt dæmones : *ibid.*
SOPHISTICUS; *vid.* APPARENTIA, ARGUMENTUM, n. 8.
SOPOR; *vid.* ADAM, n. 8, SOMNUS.
SORDES fœditatemque verba sonantia quomodo ponantur in Scriptura per periphrasim : IX, 12 *ab*. *Vid.* JUSTUS, n. 14.
SORORES; *vid.* MONIALES.
SORS, et pars, quomodo differant : X, 16 *b*.
SORTILEGIUM. 1. — est divinatio per sortes : VII, 238 *a*, 370 *b*. *Vid.* DIVINATIO, n. 1-4. — 2. Ejus species : 528 *ab*.
SORTILEGUS quis sit : VII, 371 *a*.
SPATIUM. 1. — imaginarium nihil est, et in eo proprie Deus non est : II, 55 *a*. — 2. Impossibile est quod aliquid pertranseat spatium majus se, quin prius pertranseat minus, aut æquale : 59 *a*.
SPECIES generis. 1. —, natura et essentia qualiter differant : I, 497 *b*.
2. — est forma substantialis considerata in ordine ad nostram cognitionem : *ibid.* Non variatur per magis et minus secundum proprietates inseparabiles : II, 467 *b*.
3. — alia subalterna, alia infima et specialissima : III, 37 *b*-38 *a*. Specialissima ea est in qua inferiora perfecte assimilantur; interjecta vero est in qua non est perfecta assimilatio : *ibid.*
4. — ultima desumitur ab eo quod est nobilissimum in re : IV, 47 *a*.
5. — dicitur forma vel totius, vel partis : III, 37 *a*; IV, 47 *a*.
6. — est totum esse individui, et quomodo : *ibid.*, *et* IV, 232 *a*.
7. — non potest esse priusquam sit individuum : III, 38 *b*.
8. Speciei nomen proprie sumitur in divinis; generis vero, improprie : I, 378 *b*. *Vid.* GENUS, n. 17.
9. Quænam sint ejusdem speciei : II, 468 *a*; V, 101 *b*-102 *a*.
10. Diversorum secundum speciem quantum ad esse primum, diversæ sunt species, seu perfectiones secundum speciem : V, 146 *b*.
11. — immediate dividentes genus non possunt alterutra alterutrius esse forma quantum ad esse primum, possunt vero quantum ad esse secundum : *ibid. inf.*

Digitized by Google

12. — respondet generi, et genus est ipsi essentiale, additque supra genus differentiam essentialem : III, 574 *b*.
13. Quæ habent ortum ab eodem secundum speciem sunt ejusdem speciei ob univocationem causæ, modo generentur secundum generationem univocam : V, 101 *b*-102 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 9, 13, CONSERVATIO, n. 6, GENERATIO, n. 3, GENUS, n. 1, 4, 7, 10-12, 20-22.

SPECIES intentionalis. 1. — intentionales sunt medium cognoscendi res, uniendique potentiam cum objecto, a quo exeunt eo modo quo lux : II, 43 *b*, 498 *b*-499 *a*; IV, 481 *b*; IX, 84 *a*; XII, 7 *b*. *Vid.* GENERARI, n. 5, SIMILITUDO.
2. Specierum nobilitas qualis, et ipsarum ortus quam mirabilis : IX, 84 *a*; XII, 7 *b*.
3. Earum necessitas, unde : II, 81 *a*; III, 12 *a*; IV, 298 *b*. *Vid.* MEDIUM, n. 22.
4. — non dicit essentiam, sed modum essendi; unde non habet materiam, sed tantum principium originativum : IX, 84 *a*; XII, 7 *b*.
5. — est universalis in repræsentando, sed entitative singularis : III, 42 *b*.
6. — est duplex, sc. alia quæ est similitudo tantum, alia quæ cum similitudine habet aliquam veritatem : I, 290 *a*.
7. — dicitur etiam similitudo, vel intentio, vel idolum : II, 50 *b*. Quomodo comparari possit ad subjectum et organum : V, 521 *ab*.
8. — quæ est in intellectu, differt essentialiter ab ipsa re : II, 50 *ab*.
9. — comparatæ ad rem cujus sunt species, sunt una et eadem species; comparatæ vero ad intellectus singulos, sunt diversæ : *ibid.*, *et* III, 42 *b*.
10. — in intellectu sunt æqualiter præsentes aspectui, licet res sint ordinatæ ad extra : 58 *ab*.
11. — recipitur in intellectu per modum recipientis, quia ab ipso dependet : 47 *a*, 302 *a*. Quomodo fiat unio inter ipsam, et potentiam, ejusque effectus qualis in subjecto : VII, 501 *b*.
12. — unius rei non potest generare speciem rei differentis : II, 337 *a*. Non se multiplicat in anima secundum numerum : *ibid.*
13. — in angelis impressæ sunt veluti naturales, indelebilesque naturaliter : 414 *a*. Sunt universales : 330 *a*-335 *a*, 495 *b*-499 *a*. *Vid.* ANGELUS, n. 152.
14. — quæ est in speculo, dum protenditur ad oculum, non est omnino eadem, quia se multiplicat : 498 *b*-499 *a*.
15. — coloris movetur ab objecto per diffusionem ad speculum, estque motus generationis; item movetur per accidens ad motum speculi, vel objecti : 558 *b*.
16. — universales dantur in anima indifferentes ad multa singularia, et quomodo : III, 42 *b*. *Vid. supra*, n. 5.
17. — dum a corpore defertur ad imaginativam, non exit genus abstractionis; quando vero pervenit ad agentem, tunc mutatur abstractio : II, 498 *b*; III, 176 *b*-177 *a*.
18. Quomodo, et quando species rei, et ipsa res eadem cognitione cognoscantur : IV, 307 *b*-310 *b*. *Vid.* CHRISTUS, n. 205.
19. — in speculo est diversa ab ipso speculo : 309 *b*.
20. — vel sumitur a re, vel est per appropriationem, vel per assimilationem : *ibid.*
21. — nos manuducunt in cognitionem SS. Trinitatis : XII, 8 *ab*.
22. — habet rationem formæ, virtutis et operationis, et quomodo : 7 *b*-8 *b*.
23. — est virtus objecti concurrens active cum potentia ad operationem ejus : *ibid.*
24. — quomodo causet pulchritudinem, suavitatem et salubritatem in potentia sensitiva : *ibid.*
25. — reddunt proportionatam potentiam cum objecto : *ibid.*, *et* VIII, 105 *a*; IX, 14 *a*.
26. — quomodo recipiatur, et quid operetur in sensibus externis, in sensu communi, in imaginativa, in æstimativa, in phantasia, in memoria, in intellectu agente, et possibili : II, 445 *b*-446 *a*; III, 175 *a*; VIII, 105 *a*-111 *b*. Rursus speciei receptio, et retentio, quid operetur : I, 78 *b*; III, 42 *b*. *Vid.* MEMORIA, n. 1, 6, 11.
27. — quæ abstrahitur ab objecto appellatur a S. Doctore abstracta; quæ vero est pure intelligibilis seu innata, dicitur impressa : I, 67 *a*, 148 *a*, 286 *b*, 289 *b*-290 *a*; III, 42 *a*, 535 *b*-537 *b*; IV, 481 *b*; V, 518 *b*-521 *b*; XII, 8 *a*-9 *a*.
28. — sensibilis quomodo ab intellectu agente depuretur : III, 12 *a*, 42 *b*; IX, 59 *a*.
29. Res sunt nobiliori modo in intellectu per species, quam in mundo, et quomodo : II, 27 *a*.
30. — triplex datur, sc. innata, infusa, et acquisita : XII, 11 *a*.
31. Abstractio speciei fit depurando singularia : II, 83 *a*; VI, 614 *ab*.
32. — alia est omnino concreta materiæ, alia partim tantum, alia pure abstracta : IV, 481 *b*.
33. — debet esse abstracta a materia; alias non posset uniri potentiæ : III, 12 *a*.
34. — in speculo habet juxta quosdam esse spirituale, nec potest juxta eosdem dividi : V, 462 *a*.

Digitized by Google

35. — rei sensibilis repræsentat objectum secundum dispositionem exteriorem, et quantitatem molis; spiritualis vero secundum intimitatem et essentialia, et secundum quantitatem virtutis : I, 78 *b*-79 *a*; II, 633 *b*.
36. — non potest transire per vacuum ob absentiam deferentis : II, 559 *b*.
37. In aere radius et species unitur solum secundum præsentiam, non secundum dependentiam et concomitantiam, id est non subjective : 40 *b*.
38. — an sint restringibiles : III, 143 *b*.
39. — multiplex, tum bona, tum mala : IX, 215 *b*.
40. — imagini, usus muneri, id est Spiritui sancto, æternitas Patri appropriatur : I, 503 *a*-504 *a*.
41. —, seu idolum, si relinqueretur in speculo, abstracto corpore objecto, moveret visum : V, 519 *a*.
42. — motiva sensus comparatur ad subjectum, ad medium, et ad organum : V, 521 *ab*.

Vid. ADAM, n. 49, ANGELUS, n. 150, ANIMA, n. 222, 257, CHRISTUS, n. 205, CONSIDERATIO, n. 1, DEUS, n. 138, 146, DIAPHANEITAS, EUCHARISTIA, n. 45, GENERARI, n. 5, GRATIA, n. 199, IMAGO, n. 2, LUX, n. 41, MODUS, n. 7, PULCHRITUDO, n. 1, SPECULUM, n. 3.

SPECIFICATIO; *vid.* INDIVIDUATIO, n. 7.

SPECIOSITAS; *vid.* CHRISTUS, n. 701.

SPECTACULA. 1. Ad spectacula spectant cithara, venatio, ludi, et hujusmodi : V, 627 *ab*. — 2. Non sunt mala de se, sed fiunt mala tum propter modum, tum propter finem, tum ob tempus, tum ob personam : *ibid.*

SPECULA; *vid.* SION, n. 1.

SPECULATIO. 1. — quid sit : IX, 87 *a*. In universum est triplex, sc. in rebus, in operibus, et in moribus : IX, 56 *b*, 559 *b*. Oritur partim ex ratione, partim ex intelligentia : VIII, 421 *b*. — 2. Speculationis quatuor gradus dantur, sc. lectio, admiratio, investigatio, et illuminatio : IX, 341 *b*.
3. — contemplationis describitur, et quomodo differat ab ecstasi : XII, 184 *b*-185 *a*.
4. — intellectualis dividitur in artem, scientiam, prudentiam, sapientiam, et intelligentiam : IX, 56 *b*.
5. — spiritualis in quonam consistat : VII, 305 *a*.
6. — per vestigia Dei in hoc sensibili mundo qualiter facienda, et qualiter transferat animam ad Deum : XII, 9 *b*-10 *a*.
7. — Dei per imaginem SS. Trinitatis qualiter facienda : 10 *b*-13 *a*. Item per dona gratuita, per nomen Dei primarium, et per cogitationem summi boni : 13 *b*-19 *b*.
8. —, et meditatio, qualiter differant : VIII, 422 *b*.
9. — mystica, quænam rejiciat : VIII, 40 *b*-42 *b*.

SPECULUM. 1. — quid sit : IX, 59 *b*, 88 *a*. — 2. Est duplex, sc. aliud naturale, aliud voluntarium : II, 457 *a*, 498 *a*.
3. — immittens speciem ad oculum, an ipsam multiplicet : 498 *b*-499 *a*.
4. — novum inficitur inspectum a muliere menstruata, non vero vetus : III, 410 *a*.
5. — Trinitatis est duplex, sc. aliud intellectuale, aliud materiale; primum stat in nominibus propriis, alterum in transumptivis : IX, 82 *a*.
6. — divinæ sapientiæ totus est orbis : 38 *b*.
7. — adaptatur Deo, angelis, animæ, S. Scripturæ, et omni creaturæ : X, 56 *a*.
8. — Dei et hominum est homo justus : XIII, 120 *a*.
9. Visio sui in speculo fortificat sensum visus : XIV, 67 *b*.

Vid. ANIMA, n. 243-247, COR, n. 30, DEUS, n. 149, FIDES, n. 147, HOMO, n. 43, MARIA, n. 472, SPECIES, n. 34, VISIO.

SPELUNCA. 1. — quid sit : XI, 415 *a*. — 2. Significat animam in peccato perseverantem, quomodo : *ibid.*
3. — alia beata, alia misera : IX, 266 *b*-267 *a*.
4. — latronum quomodo fiat ecclesia : XIII, 386 *ab*. *Vid.* ECCLESIA templum, n. 7.

SPERARE. 1. In Ecclesia tria sunt genera hominum, sc. non sperantium in vitiis, desperantium in pœnis, et sperantium in meritis : IX, 189 *b*. — 2. Sperandi modus triplex assignatur : 438 *a*.

SPERNERE quos dicatur Deus : IX, 469 *b*.

SPES, virtus theologica. 1. — quid sit : IV, 562 *b*-563 *a*; VII, 238 *a*; VIII, 181 *b*-182 *a*, 299 *b*-300 *a*. Multipliciter definitur : VII, 408 *ab*; VIII, 181 *b*, 299 *b*. — 2. Spei objectum materiale est bonum spirituale, formale vero est æternum : IV, 491 *b*, 562 *b*-565 *b*, 588 *a*-589 *a*; IX, 422 *b*.
3. — habet pro objecto Deum, non creaturam, nisi tanquam adjutricem : I, 32 *ab*. Quamvis enim versetur circa bona creata quæ expectat, ratio tamen movens non est aliquod creatum : IV, 574 *a*.
4. — versatur circa difficile, quare : 574 *b*. Est subjective in potentia affectiva, sc. in irascibili : 590 *a*-592 *b*, 600 *b*.
5. — quot modis sumatur : IV, 591 *b*-592 *a*. Si sumitur ut virtus, est ordinata vel ad objectum tantum, vel ad objectum et principium, vel ad objectum et habitum præambulum; si vero sumitur ut est pura affectio, sic est mera expectatio boni : 563 *b*, 567 *a*-570 *a*.

Digitized by Google

6. — dicit ordinem ad beatitudinem, ut finem; ad gratiam et merita, ut media : 563 *b*-564 *a*.
7. — respectu spiritualium, est de non visis; respectu temporalium, est de non habitis : 564 *a*.
8. — includit confidentiam ut actum subordinatum : 571 *b*. *Vid.* CONFIDENTIA, n. 1. Num etiam credulitatem : 591 *b*-592 *a*. Num et desiderium : v, 17 *a*.
9. — est virtus theologica, quare : IV, 573 *ab*. Est habitus rectificans potentiam, eamque vigorans : 575 *b*-576 *a*. — 10. Spei actus de se dicit imperfectionem; ideoque eam habens non sperat spem suam : I, 286 *b*.
11. — qualiter differat a fide : VII, 409 *a*. *Vid.* FIDES, n. 12. Ambæ differunt in certitudine : IV, 574 *a*. *Vid.* FIDES, n. 86.
12. — quomodo differat a gaudio, et dolore : IV, 565 *a*; item a timore : *ibid.*, *et* 580 *a*-582 *b*; item a longanimitate, quæ tamen ab ipsa adjuvatur : 574 *b*.
13. — improprie sumpta est de bono et malo, vel etiam de bono non proprio : 565 *a*.
14. — quomodo non sit Christi, vel beatorum, nec damnatorum, et quare : IV, 284 *b*, 566 *a*-567 *a*; V, 15 *b*-18 *a*. *Vid.* GLORIA, n. 13. Est tamen existentium in purgatorio : IV, 566 *b*, 592 *b*.
15. — non tollitur nisi per subsequens præmium, vel per contrarium habitum : 566 *b*.
16. — perfecta expectat unionem cum Deo : 569 *b*-570 *a*. In quonam consistat spes perfecta, vel imperfecta, vel mercenaria : *ibid.*, *et* 575 *b*, 576 *b*.
17. — est una virtus unitate specialissimæ speciei, ob unam rationem specificam : 571 *a*.
18. — aliquando nominat habitum, aliquando actum, statum, terminumque virtutis : IV, 583 *b*; VII, 408 *b*.
19. — proprie est desiderium de acquirendo, non vero de continuando in bono acquisito, nisi improprie : V, 17 *a*.
20. — tendit in finem, non habilitando, vel promerendo, sed expectando : IV, 571 *b*-572 *a*, 577 *a*; V, 17 *b*.
21. — quomodo dicatur regina virtutum, exigatque aliarum virtutum famulatum : VII, 408 *b*.
22. Spei effectus, et laudes enarrantur : IV, 564 *a*, 567 *b*, 574 *ab*, 577 *a*-579 *b*, 583 *a*-587 *a*, 596 *b*-597 *b*; VII, 91 *b*-92 *a*, 606 *b*-607 *a*; VIII, 182 *a*, 299 *b*-300 *a*; XI, 168 *b*-169 *b*; XII, 344 *b*.
23. Spei actus quadruplex enarratur : IV, 576 *a*, 585 *b*. Ejus proprium est confidere in Deo cum protensione, inclinatione, et executione : V, 17 *b*. Supponit autem merita vel in radice, vel in proposito : IV, 551 *a*, 576 *a*. Potest stare absque gratia : 576 *b*.
24. — peccatorum, et — hæreticorum quænam sit, et quomodo differant ab invicem : 576 *a*.
25. — medium tenet inter desperationem et præsumptionem : 582 *a*.
26. — quænam ponenda in sanctis, et in B. Virgine, cum dicitur spes nostra : VIII, 182 *a*; XII, 700 *a*. *Vid. supra*, n. 2, *et* SANCTUS, n. 28.
27. — disponit ad habitum charitatis secundum statum viæ : V, 22 *b*.
28. — et timor quomodo sint simul : VII, 218 *ab*.
29. — est mola inferior, timor mola superior; illa sublevat, ista deprimit : VIII, 300 *a*. Vel vice versa : XIII, 390 *a*.
30. — est columna, galea et anchora : VIII, 182 *a*, 300 *a*; item arbor fructuosa, gemma pretiosa : 300 *a*. — 31. Spei graduum ordo describitur : XII, 199 *b*-200 *a*. — 32. Spei fructus in gloria quales : VIII, 182 *a*, 339 *a*-340 *a*. — 33. De spe et longanimitate auctoritates S. Scripturæ : VIII, 533 *ab*; et SS. Patrum : VII, 91 *b*-92 *a*, 141 *b*-142 *a*.
34. — viatorum, v. g. Stephani et Pauli, et existentium in purgatorio, v. g. Adami, qualis : VIII, 181 *b*. *Vid. supra*, n. 14.
35. — veniæ figuratur per smaragdum, — gratiæ per sardonycem, — gloriæ per sardium : 539 *b*-540 *a*.
36. — cur data homini : XII, 344 *b*.
37. — laborantium, tolerantium, et amantium qualis : IX, 384 *b*.
38. — affectiva, — effectiva, et — defectiva quænam : 422 *b*.
39. Spei defectus enarrantur : *ibid.*, *et* 421 *b*-422 *a*. — 40. Spei subjectum quale : 422 *ab*. — 41. Spei non potest subesse falsum : IV, 520 *ab*.
42. — formata quænam : 506 *b*.
43. — bona quænam : IX, 574 *b*. Qualiter exercenda : XIII, 420 *b*-421 *a*.
44. — proprie non dicitur nisi de bono : X, 93 *b*. Ejus necessitas : XIII, 443 *a*-444 *a*.
45. — alia est præsumptio, alia virtus supernaturalis, alia quoddam medium inter desperationem et virtutem, alia expectatio certa gloriæ cum certitudine scientiæ : IX, 195 *a*.
46. — qualiter figuretur in ovo, et qualiter evacuanda sit in patria : X, 524 *b*, 525 *a*.
47. —, et desperatio, quomodo conferant, vel obstent pœnitentiæ : XIII, 141 *a*.
48. — in Deo ponenda, et qualiter desperatio tollenda : 143 *ab*.
49. — quomodo verbo Dei foveatur, et quisnam ejus effectus : XIII, 181 *a*, 182 *a*.

Digitized by Google

Vid. ACEDIA, n. 8, DAMNATI, n. 35, DIABOLUS, n. 54-55, FIDES, n. 13-15, 134, 144, MARIA, n. 469, SUPERSPERARE.

SPHÆRA. 1. — quid sit, ejusque a circulo quale discrimen : IX, 554 *b*. Quomodo nullo termino sit finita : XIV, 43 *a*. — 2. Sphæræ ultimæ motus : II, 588 *b*-589 *a*. *Vid.* CONTINUUM, n. 10, CORPUS, n. 20, 98-100.

SPINÆ. 1. Spinarum ortus in agro, in quo seminatum est frumentum, pœna est peccati : II, 583 *a*.

2. — custodiunt vineas; sic et aliquando mala sunt causa boni in bonis : XIV, 30 *a*. *Vid.* DIVITIÆ, n. 12.

SPIRARE. 1. — vel est idem ac inspirare, convenitque Trinitati; vel idem ac producere Spiritum sanctum, convenitque Patri et Filio : I, 196 *b*.

2. — in corporibus est propter indigentiam, ideoque est actus naturalis; in divinis vero est propter liberalitatem, ideoque est actus voluntatis : 197 *ab*.

SPIRATIO. 1. — duplex, sc. flatus exterioris, et amoris interioris : 203 *a*. — 2. In divinis quomodo sumatur : 517 *b*. — 3. Spirationis actus, ut dicit affectum, est actus internus, continuus et vitalis, habens originem a calore spirituali : 196 *b*.

4. — in corpore quis actus sit, et quænam ejus conditiones : I, 196 *a*.

5. — in divinis non dicit propriam relationem, præsupponit enim personam jam constitutam : 462 *a*. *Vid.* SPIRITUS SANCTUS.

6. — an sit posterior generatione Filii : 214 *b*-216 *b*. *Vid.* EMANATIO, n. 2, 6, 15, GENERATIO, n. 14.

SPIRATOR importat suppositum spirans, sicut spiratio vim spirativam; in divinis duplex spirator, et una spiratio : I, 207 *ab*, 476 *b*. *Vid.* DEUS, n. 93.

SPIRITUALIS natura. 1. Quod nihil creatum est omnimode spirituale, quomodo intelligendum : II, 43 *b*, 57 *a*.

2. Spiritualia improprie dicuntur esse in loco : 42 *a*, 296 *a*-304 *b*.

3. Spiritualia non habent quantitatem molis, sed virtutis, ob idque in ipsis idem est majus, et melius : I, 292 *a*, 293 *a*, 327 *b*. — 4. In spiritualibus accessus ad summum est per augmentum virtutis, ob idque per majorem simplicitatem; in corporibus est per augmentum partium, et ideo per majorem compositionem : II, 309 *a*, 615 *b*. *Vid.* AUGMENTUM, n. 8.

4. — substantia vel est Deus, vel angelus, vel anima : VI, 97 *b*.

5. Spirituales substantiæ quam convenienter creatæ sint præter substantias mere corporales, et mixtas : II, 262 *a*-264 *b*. *Vid.* ANGELUS, n. 2. — 6. Qualem mensuram habeant : 276 *b*-279 *a*, 282 *a*-284 *b*. *Vid.* MENSURA, n. 6-7. — 7. Virtus quæ est in substantia spirituali, potest supra substantiam reflecti; sicque aliqualiter est unum movens cum mobili, et aliqualiter diversum : II, 57 *a*; III, 170 *b*. *Vid.* ANIMA, n. 214, 278.

8. De motu spirituali, et corporali proveniente ab anima agitur : VIII, 108 *ab*.

SPIRITUALIS moribus. 1. Spirituales viri repræsentant Domino per orationem peccatores : X, 341 *a*. Ipsorum societas quærenda : XII, 227 *a*. — 2. Debent contendere de ultimo, non de primo loco : X, 479 *b*-480 *a*.

3. — deceptus difficilius reducitur ad viam veritatis, quam idiota : XIII, 449 *b*-450 *a*.

SPIRITUALIS vita. 1. — vitæ complementum consistit in habitibus gratuitis, exercitium in præceptis Decalogi : V, 150 *a*.

2. — vita triformis expenditur : IX, 164 *a*, 467 *a*. — 3. Spirituale ædificium tendit sursum : VI, 128 *b*.

4. — vita instituitur : VIII, 393 *a*-482 *b*; XII, 22 *a*-37 *b*, 169 *a*-179 *b*, 202 *a*-208 *b*, 411 *b*-430 *a*. Ordinatur per tres annos mysticos : X, 581 *b*.

5. — ebrietas, jucunditas, somnus, jubilus, quænam sint : XII, 430 *b*-432 *a*.

6. Quomodo in anima vitam spiritualem ducente dicatur spiritus esse in spiritu, supra spiritum, et sine spiritu : VIII, 397 *ab*.

7. Sensus spirituales animæ quinam : VII, 418 *a*.

8. — transfiguratio proponitur : X, 468 *b*-469 *a*. *Vid.* CHARITAS, n. 267.

SPIRITUALIA bona. 1. — distributa variis, qualiter differant a sæcularibus : XII, 379 *a*.

2. Spirituale in ordine ad simoniam quot modis sumi possit : VI, 195 *b*-196 *a*.

3. — non gustantur a multis se exercentibus in eis, quare : VII, 637 *a*.

Vid. ANIMA, n. 545, CIBUS, n. 16, DESIDERIUM, n. 16.

SPIRITUALITAS omnimoda dicit unitatem, et abstractionem omnimodam a corporibus; ob idque est ratio essendi in pluribus locis : II, 44 *a*, 300 *a*.

SPIRITUALITER vivens quomodo resistere possit judicio temerario : XII, 681 *b*-685 *b*.

SPIRITUS. 1. — reperitur in corporibus, in substantiis rationalibus, et in Deo, sed differenter : I, 196 *a*. Dicitur improprie de corpore, et de actibus voluntatis : 505 *b*.

2. — in corporalibus dicitur vel a subtilitate, vel a spiratione : 196 *a*. In substantia spirituali necessario importat vitam rationalem : 77 *b*.

Digitized by Google

3. — in substantia rationali dicitur aut a spiritualitate, aut a spiratione : 196 *ab*.
4. — in Deo dicitur aut essentialiter, aut notionaliter : 196 *b*.
5. — quomodo moveant se, et moveantur : II, 57 *a*.
6. — et corpus humanum quomodo habeant summam proportionem : 263 *b*-264 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 110.
7. — et anima differunt, quod — dicitur secundum portionem animæ superiorem, anima vero secundum inferiorem : IV, 48 *b*; VII, 391 *a*; VIII, 397 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 2.
8. — alii sunt vitales, alii animales, alii naturales : II, 263 *b*. Sunt totidem media uniendi animam cum corpore : *ibid.*, *et* VI, 476 *a*. Generantur ex humoribus : VI, 476 *a*.
9. — vitales a corde diffunduntur per arterias, animales per nervos, naturales per venas : IX, 21 *b*.
10. Spirituum motus in corpore, et extra, utrum sit per se, an per accidens : II, 56 *b*.
11. — attractivus, attrahendus, et attractus quid sit in Scriptura : IX, 486 *a*.
12. — os, et lingua quænam sint : VIII, 413 *ab*.
13. — humanus quomodo ambulare possit per itinera contemplativæ et activæ vitæ : 409 *a*-419 *b*, 432 *b*-435 *b*.
14. — devotionis quomodo excitetur : XII, 497 *ab*. *Vid.* DEVOTIO, n. 6.
15. — quomodo sapientia cœlesti illustretur : VIII, 32 *b*.
16. — carnalitatis, cupiditatis et malignitatis quinam : IX, 18 *b*.
17. — mundi et carnis non est audiendus : VII, 623 *b*-624 *a*.
18. — nequam est triplex, sc. luxuriæ, avaritiæ et superbiæ, triplexque dæmonium : X, 527 *a*, 530 *b*.
19. — diaboli sunt septem vitia capitalia : XIII, 167 *b*-168 *a*. Ejus principales instructiones sunt calumniæ, et iniquitates quæ in judiciis fiunt : 259 *b*.
20. — humilitatis, paupertatis et sanctitatis qualis : X, 530 *b*.
21. — quare ignis et aquæ nomine significetur : XI, 313 *b*, 551 *b*.
22. — dicitur Deus, vel specialiter tertia persona, vel donum Dei gratuitum, vel homo spiritualis : 357 *a*.
23. — dicitur relative aliquo modo ad spiratorem : I, 304 *b*.
24. — creatus quomodo inquinetur sordibus carnis : II, 38 *b*. Quomodo sit in partibus corporeis : 43 *b*.
25. — quomodo a corpore pati possit : VI, 483 *b*.
26. — Eliæ quis sit : I, 447 *a*.
27. — quomodo dicatur datus ad mensuram : IV, 276 *b*-277 *a*.
28. — quomodo dicatur redire ad Deum : IX, 681 *b*.
29. Aliud est inquinamentum carnis, aliud inquinamentum Spiritus : III, 101 *b*.
30. De spiritibus malis auctoritates S. Scripturæ : VIII, 527 *ab*.
31. — nequam, nequior et nequissimus ingredientes in peccatorem quinam sint : XIII, 168 *a*.

Vid. CARO, n. 27, HILARITAS, PAUPERTAS, n. 4, SENSUALITAS, n. 6.

SPIRITUS SANCTUS. 1. — prout dicitur a spiritualitate, convenit toti Trinitati; prout dicitur a spiratione passiva, convenit tertiæ personæ tantum : I, 186 *b*, 195 *b*-197 *b*, 199 *b*-200 *a*. *Vid.* DEUS, n. 105.
2. — dicitur etiam charitas, et quomodo : I, 280 *ab*, 281 *b*-285 *a*; VII, 234 *a*. *Vid.* DEUS, n. 103. Item æternus conditor, quomodo : I, 468 *b*.
3. — aliquando dicitur de spiritu dato creaturis : I, 447 *a*.
4. — dicitur digitus Dei : X, 530 *a*; XII, 242 *b*; XIII, 152 *a*, 299 *b*.
5. — dicitur spiritus a spirando active et passive; sanctus et in se, et ad nos; amor, unitas, nexus, donum, fons, ignis, charitas, spiritualis unctio, digitus dexteræ Dei, Paraclitus, magister : I, 196 *b*, 313 *b*; VII, 234 *a*, 251 *a*, 296 *a*; VIII, 66 *b*-67 *a*, 68 *b*; XI, 584 *a*, 589 *b*, 590 *b*; XIII, 299 *b*, 322 *a*. *Vid.* DEUS, n. 103-104, 150, DONUM, 1-10.
6. — dici non debet amatus a Patre et Filio, sed amor Patris et Filii : I, 193 *b*.
7. — dici potest amans essentialiter, sed non notionaliter : 194 *b*.
8. De processione Spiritus sancti a Patre et Filio agitur : VII, 250 *b*, 380 *a*. Producitur per modum voluntatis, amoris et liberalitatis : XI, 463 *ab*. *Vid.* DEUS, n. 102.
9. — an procedat a Patre prius, quam a Filio : I, 211 *a*-212 *a*. An a duobus principiis : 205 *a*-207 *b*, 471 *a*-477 *b*. An plenius a Patre, et an mediante Filio : 212 *a*-214 *b*,
10. Quomodo Pater et Filius diligant se Spiritu sancto : I, 515 *b*-518 *a*; VIII, 60 *b*.
11. — quomodo dicatur habere potentiam generandi activam : 128 *a*.
12. Spiritus sancti processio credita fuit a Græcis sapientibus : IX, 72 *a*.
13. De processione temporali Spiritus sancti agitur : XI, 515 *b*. *Vid.* DEUS, n. 107-108.
14. Quomodo operata sit ejus missio in Ec-

Digitized by Google

clesia : VII, 295 *b*. *Vid.* DEUS, n. 109, 111.
15. De missione visibili Spiritus sancti : I, 260 *ab*, 266 *a*-271 *b*; XIII, 299 *ab*, 303 *a*-304 *b*. De ejusdem missione invisibili : I, 281 *b*-315 *b*. — 16. Post Christi ascensionem in cœlum, et per missionem Spiritus sancti in Ecclesiam, nunc majora et efficaciora sunt dona Spiritus sancti, quam fuerint in statu innocentiæ : I, 256 *b*; III, 321 *a*.
17. — quomodo dicatur datus, et a quo : I, 219 *b*, 246 *a*, *b*-247 *a*; III, 245 *b*. Non dicitur dari tantum ratione sanctitatis inhabitantis : I, 498 *a*; XIII, 296 *a*-298 *b*. Non dicitur proprie dari nisi sanctis, nec accipi proprie nisi a sanctis, quare : I, 306 *a*. Quot vicibus datus : I, 233 *ab*; IV, 620 *b*; XI, 369 *ab*, 515 *b*-516 *b*; XIII, 296 *a*-297 *b*. An dividatur : I, 291 *b*.
18. Quædam sunt quæ, quamvis causaliter sint a Spiritu sancto, nunquam dantur cum eo; quædam quæ non dantur nisi cum Spiritu sancto; quædam quæ aliquando cum eo, aliquando sine eo : I, 307 *b*; V, 565 *b*.
19. — quomodo dicatur noster ratione donabilitatis, non autem Filius : I, 314 *a*-315 *b*; IV, 239 *a*.
20. — quomodo cœperit esse principium creaturarum : I, 468 *b*.
21. Missio Spiritus sancti ad quid prosit : 267 *b*-269 *b*.
22. De septem donis Spiritus sancti : VII, 583 *a*-652 *b*; VIII, 304 *a*-308 *b*; XIII, 287 *b*-289 *b*. *Vid.* DONUM, n. 11-25. Sunt septem panes dati post triduum pœnitentiæ : XIII, 363 *b*, 365 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 848, PANIS, n. 9. Item septem oculi et septem cornua : IX, 26 *a*. *Vid.* MARIA, n. 28.
23. Spiritus sancti effectus præcipuus est gratia pœnitentialis; ob id contra ipsam est peccatum in Spiritum sanctum : III, 622 *b*, 631 *b*-634 *a*. De effectibus Spiritus sancti agitur : VII, 583 *a*-652 *b*; VIII, 66 *b*-68 *a*; XI, 449 *b*-450 *a*, 452 *a*.
24. De operatione Spiritus sancti in conceptione B. Mariæ Virginis et B. Joannis Baptistæ : IV, 60 *b*; et in incarnatione Filii Dei : VII, 285 *a*-286 *b*. *Vid.* CHRISTUS, n. 55-57. Cur potius Spiritui sancto attribuatur conceptio, quam nativitas Christi : IV, 92 *b*.
25. Spiritus sancti inhabitatio duplex : I, 268 *b*.
26. — apparuit in creatura irrationali ut in signo, et ut instructor : I, 270 *b*-271 *a*; in columbæ specie, item ignis, nubis, et in flatu : I, 54 *a*, 270 *b*; X, 297 *b*-298 *a*; XIII, 259 *a*, 298 *b*-299 *a*, 321 *a*. *Vid.* COLUMBA, n. 1-2, IGNIS, 27-28, 31-32.
27. — simul cum Patre et Filio dat esse, et esse sanctum; hoc ultimum tantum ipsi appropriatur : 306 *a*.
28. A Spiritu sancto multiplex effectus, et multipliciter provenit : II, 196 *ab*.
29. — aliquando operatur ut spiritus, aliquando ut sanctus : IV, 60. — 30. Non habitat in anima nisi per gratiam : 278 *b*. — 31. Quare non fuerit incarnatus : 27 *a*-29 *a*.
32. — quomodo rectificet animam : VII, 301 *ab*.
33. Spiritus sancti missionis promissio expenditur : XI, 237 *b*-238 *a*, 463 *ab*. Quare non statim post resurrectionem fuerit missus : 238 *a*, 467 *b*-468 *a*.
34. — quomodo dicatur descendere in terram : 273 *b*-274 *a*. — 35. Spiritus sancti vinum quales delicias afferat animæ, et qualiter bibendum : XIII, 88 *ab*.
36. — est arrha amoris Christi in animam, in quam infunditur simul cum gratia : 193 *a*; pignus et sigillum : 299 *a*.
37. — in baptismo datur ad habitationem Deo consecrandam, sed in confirmatione cum omni plenitudine sanctitatis venit in hominem : I, 260 *b*.
38. — in quo sensu dicatur potus : I, 233 *b*. — 39. In quo sensu dicatur nobis propinquior : IV, 53 *b*.
40. Spiritus sancti dicuntur filii qui adoptionis gratiam habent : IV, 97 *a*.— 41. Spiritui sancto appropriatur scrutatio cordium : 295 *b*. Item bonitas et dulcedo : XII, 36 *b*.— 42. Quomodo effugiat fictum : V, 413 *a*.
43. — institutor fuit aliquorum sacramentorum : VI, 137 *b*. — 44. Est doctor præcipuus Ecclesiæ : 137 *a*. Magister verus prædicatorum, docetque scientias omnes : XI, 590 *b*. Quomodo doceat : 453 *a*.
45. — quare petatur non ab ipso, sed a Patre : VI, 519 *b*. — 46. Omnia bona impertitur procedentia ab uno fonte : VII, 585 *ab*, 592 *a*-593 *b*.
46. — non recipitur ab amatoribus mundi : VII, 592 *b*. Recipitur tantum a despicientibus mundum : 593 *a*.
47. — docet rationem, et movet memoriam et voluntatem : 593 *ab*. Quomodo prædestinet, inspiret, vocet, vivificet, accumulet meritis, et glorificet : 593 *b*. — 48. Spiritus sancti inspirationes sunt angeli ad nos descendentes : 595 *a*.— 49. De fructibus Spiritus sancti : VIII, 288 *b*-290 *b*, 301 *b*-302 *a*, 326 *a*-331 *b*; XIII, 304 *a*-306 *a*. *Vid.* FRUCTUS, n. 12-15.
50. — mittitur e cœlo post ascensionem Christi : XII, 627 *b*. Ejus adventus in die Pentecostes describitur : X, 8 *b*-9 *a*. Ejus

Digitized by Google

missionis in apostolos effectus : XIII, 42 *b*.
51. — quare dicatur aqua : IX, 158 *b*-159 *a*; benignus, vehemens, et spiritus furoris : 216 *ab*. — 52. Ferebatur super aquas, quo sensu : 278 *a*.
53. Plures effectus et officia Spiritus sancti describuntur : X, 53 *a*-57 *a*; XI, 450 *a*-451 *a*, 452 *a*; XIII, 95 *ab*, 97 *b*, 98 *a*, 290 *a*-306 *b*.
54. — quomodo dicatur arguere de peccato, de justitia, et de judicio : XI, 466 *b*, 590 *a*; XIII, 253 *a*-254 *a*.
55. — dicitur Paraclitus, et advocatus, diversimode a Filio : XI, 452 *b*. — 56. Solus replet capacitatem cordis : X, 223 *a*. — 57. Ejus charitas adduxit Christum ad nos : XIII, 15 *a*.
60. — est auster, qui hortum Virginis perflavit in incarnatione : XIII, 28 *a*. *Vid.* AQUILO, n. 3, AUSTER.
61. Spiritus sancti consolatio est centuplum a Christo promissum : IX, 288 *b*; XI, 92 *b*-93 *a*; XIII, 99 *b*.
62. — per dona sua requiescit in anima : XIII, 208 *b*-209 *a*. Requirit flores super quos requiescat : 210 *a*.
63. — quibus detur, et quomodo parentur corda ad eum recipiendum : 236 *b*-237 *a*. — 64. Ejus infusio, qualis gratia : 237 *a*.
65. — venit ut medicus, ut magister, ut doctor, et ut rex : 256 *a*-257 *a*, 258 *b*-259 *b*. — purgat incipientes, ditat proficientes, et reficit perfectos : 257 *ab*. — instruit animam in ordine ad Deum, ad proximum, et ad seipsam : 158 *a*. Ejus unctio spiritualis qualis : 258 *b*-259 *a*, 314 *a*.
66. — non descendit nisi in purgatos et mundos : 284 *ab*. — 67. Spiritus sancti gratia est vinum cœleste, pluvia cœli, et calor spiritualis : 284 *a*. Figuratur in oleo, aqua, igni et melle : 294 *ab*. Nescit tarda molimina : 295 *a*.
68. De signis descensus Spiritus sancti : 290 *a*-292 *b*. — 69. De signis quibus contristatur et fugatur : 292 *b*-293 *b*.
70. — replet domum odore bonæ famæ : 295 *b*. — 71. Est repentinus, validus, sonorus, linguosus, repletivus, igneus, quietus, mansionarius : 295 *a*-297 *b*.
72. Spiritus sancti repletio in Elisabeth, Zacharia, Joanne, Simeone, discipulis et Maria expenditur : 296 *a*-297 *b*.
73. Spiritus sancti litteræ quænam, et quæ diaboli : 299 *ab*.
74. — docet veritatem, infundit charitatem, et confert vigorem virilis constantiæ : 300 *a*-301 *a*.
75. Spiritus sancti gratia per muscas pravarum cogitationum perditur : 304 *b*-305 *a*. — 76. Perpenditur in corde per dilectionem, in ore per confessionem, in opere per conversationem : 305 *ab*.
77. Ejus doctrinæ effectus : 309 *b*. — 78. Ejus bonitas et suavitas expenditur : 304 *b*-305 *b*.
79. — datur petentibus se : 305 *b*; et custodientibus clausuram sensuum : 314 *a*.
80. — replet arcam cordis thesauris virtutum, meritorum et bonæ voluntatis : 310 *a*. — 81. Illuminat, sanctificat et inflammat animam : 317 *b*. Inflammat cor ad amandum, ad sacrificandum, et ad prædicandum : IX, 282 *b*.
82. — quomodo redemptor mundi dici possit : IV, 416 *ab*.

Vid. APOSTOLUS, n. 53-56, BAPTISMUS, n. 40, BEATITUDO, n. 52, 57, BLASPHEMIA, n. 3, CONCORDIA, n. 5, CONFIRMATIO, n. 19, DEUS, n. 102-109, 111, 120, 128, 145, 150, FRUCTUS, n. 12, 14-15, IMAGO, n. 19, PECCATUM, n. 193-196, SANCTIFICARI, SPECIES, n. 40.

SPLENDOR. 1. —, radius, et lumen quomodo differant : I, 173 *b*-174 *a*. — 2. Splendoris egressus a sole, a luce et ab igne est naturalis : 171 *b*. *Vid.* MARIA, n. 474.

SPOLIA spiritualia, et corporalia quænam sint : IX, 527 *b*.

SPOLIATIO gratuitorum in quo consistat : VII, 375 *b*-376 *a*.

SPONGIA quid sit : XI, 503 *b*.

SPONSA. 1. In eligenda sponsa quatuor requiruntur : IX, 213 *b*; XI, 306 *a*. *Vid.* GENÆ.
2. Sponsæ carnali tria dantur, sc. dos, donatio et parapherna : VIII, 240 *b*. *Vid.* DOS, n. 12. — 3. Sponsæ ornamenta sunt tria, sc. annulus, monile et corona; hæc vero quid significent : VIII, 228 *b*; IX, 37 *a*. *Vid.* ANNULUS, n. 3. — 4. Licet relinquere sponsam intactam ob ingressum religionis : VI, 226 *a*.
5. Sponsæ spiritali, sc. animæ, vel etiam Ecclesiæ, quænam dos, vel donatio, vel quæ parapherna dentur a Deo : VIII, 240 *b*-241 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 360, 379, 422-423, 447, 468, 538, CHRISTUS, n. 703, DESPONSATIO, ECCLESIA, n. 39, 63, 68, 126, GRATIA, n. 194.
6. — ducitur causa prolis, adjutorii, et remedii : IX, 214 *a*.
7. — animæ sapientia : IX, 37 *a*, 40 *a*.
8. — Christi qualis esse debeat : XI, 538 *a*. Non debet habere rugam in facie conscientiæ : XIII, 287 *b*.

Vid. MARIA, n. 471.

SPONSALIA. 1. — unde dicantur, et quotuplici modo contrahantur : VI, 357 *b*. — 2. Quomodo impediant matrimonium : VII, 428 *a*. — 3. An, et quomodo possint solvi : VI, 356 *b*-357 *b*; VII, 428 *a*. — 4. An possint

Digitized by Google

contrahi ante septennium, et quomodo eorum vinculum differat a promissione facta in baptismo : VI, 355 *b*-356 *b*; VII, 428 *a*. — 5. Eorum effectus duplex, sc. obligatio, et justitia publicæ honestatis : VII, 428 *ab*. — 6. Pater jurans sponsalia pro filio, quam obligationem contrahat : XI, 255 *b*.

SPONSUS. 1. — quomodo quæratur mystice de nocte : VIII, 14 *b*-15 *a*.

2. Sponsorum conjugium exigit conjunctionem naturarum et animorum, interventionem vero promissionum per sponsalia, matrimonii celebrationem et traductionem sponsæ : IX, 213 *b*; amorem præterea mutuum : I, 193 *b*.

3. Deus est sponsus animæ, diabolus adulter : XIII, 409 *b*.

Vid. APOSTOLUS, n. 44, CHRISTUS, n. 321, 328, 859, EPISCOPUS, n. 8.

SPUTUM, et lutum in oculo cæci, quid sint mystice : XI, 390 *b*-391 *a*; XIII, 393 *ab*.

SPYRIDION Episcopus, cum esset simplex, quomodo converterit in concilio philosophum quemdam : XIV, 49 *a*.

STABULUM; *vid.* MUNDUS.

STADIUM. 1. — est octava pars milliarii : XI, 226 *b*. — 2. Est mensura quinquaginta passuum : VIII, 338 *a*.

Vid. DUODENARIUS, n. 2.

STARE. 1. — quid significet : XI, 511 *b*. — 2. Dictum de Deo quid significet : VIII, 58 *a*. — 3. Homo constans stare debet in exercitio virtutum : XIII, 386 *b*-388 *a*.

Vid. CHRISTUS, n. 326.

STATERA. 1. — mystica bonorum, et malorum quænam : IX, 314 *a*. — 2. Dolosa quænam : 325 *a*.

Vid. CHRISTUS, n. 403, 667.

STATUA quoad materiam permanet, sed quoad formam potest mutari : VI, 475 *a*.

Vid. CHRISTUS, n. 667, MUNDUS, n. 78.

STATURA; *vid.* CHRISTUS, n. 421.

STATUS. 1. —, seu permanentia in aliquo siguo seu locali, seu morali, est in quo est perfectio, sive complementum : II, 348 *a*. In creatis est secundum actum, ut patet in quanto continuo, et discreto : III, 434 *b*.

2. — est in causis in ascendendo : I, 63 *a*, 160 *b*; IX, 80 *a*. Item in primis : II, 258 *a*.

3. — est magis in unitate, quam in multitudine, quæ ob id ad unitatem reducitur : I, 55 *ab*.

4. — dicens perfectionem est triplex, sc. simpliciter, ut in Deo, et in genere, ut in creaturis, prout habent rationem vel vestigii, vel imaginis : II, 318 *a*.

5. — creaturarum triplex, sc. naturæ institutæ, destitutæ, et restitutæ : II, 343 *b*; IV, 270 *b*-271 *a*, 349 *a*; VII, 276 *b*-277 *a*. *Vid.* ADAM, n. 10-61.

6. In statu innocentiæ omnia essent communia : IX, 116 *b*.

7. — in Ecclesia septem : XIII, 225 *a*.

8. — naturæ lapsæ habet aliquem locum patientiæ et temperantiæ, quem non habebat status innocentiæ : VI, 312 *b*.

9. — noster in via, et in patria qualis : IV, 291 *b*.

10. — perfectio alia est importans gratiam sanctificantem, competitque omnibus; alia gratiam gratis datam, competitque tantum prælatis : VI, 200 *b*. *Vid.* PRÆLATUS, n. 15.

11. — spiritualium est triplex, sc. incipientium, proficientium et perfectorum : VII, 49 *ab*; XIII, 39 *a*, 80 *a*-81 *a*, 88 *ab*, 189 *b*-190 *b*, 316 *a*. Item alius est virginum, alius viduarum, alius conjugatorum : VII, 56 *ab*; XIII, 123 *b*-124 *b*, 126 *b*.

12. — salvandorum triplex, figuratus per Danielem, Noe et Job : VII, 445 *a*; X, 396 *b*-397 *a*.

13. — creaturæ rationalis est triplex, sc. patria, infernus et mundus : IX, 554 *a*. Item in momento mortis alius est bonorum, sive perfecte, sive imperfecte; alius parvulorum decedentium cum originali; alius adultorum decedentium cum mortali : VI, 59 *a*.

14. — prosperitatis, et — adversitatis comparantur ad invicem : IX, 651 *b*-652 *a*.

15. — justorum multis de causis commendabilis : X, 29 *b*-31 *b*.

16. — peccatorum triplex : X, 397 *ab*.

17. — perfectionis consistit in munditia, justitia et humilitate : 265 *a*.

18. — multiplex religiosorum exponitur : XII, 332 *b*-334 *b*; XIII, 74 *ab*, 81 *a*-82 *a*. *Vid.* RELIGIOSUS, n. 40.

19. — religionis et pœnitentiæ est vinea spiritualis : XIII, 115 *b*, 118 *a*.

20. — activorum, et — contemplativorum describuntur : 158 *b*-160 *a*.

STATUTUM. 1. — dicitur a statuendo, et attinet ad jus humanum : IX, 9 *b*-10 *a*, 453 *b*. Est productio potestativa : 369 *a*. — 2. Statuta pietatis in Scriptura sunt tria, sc. mortificandi, dimicandi, et fructificandi : 453 *b*. — 3. Statuta Dei sunt vel ad uniendum, vel ad muniendum, vel ad puniendum : 369 *ab*. — 4. Statuta superiorum quare observanda : XII, 293 *ab*. Sunt solum ob excessus malorum : 293 *b*.

STELLA. 1. Stellarum productio, ex quanam materia facta sit : II, 583 *b*-586 *a*, 596 *a*; XIV, 2 *b*. Earum proprietates expenduntur : XIV, 1 *b*-9 *a*. — 2. Sunt positæ in octava

Digitized by Google

sphæra, quare : II, 586 *b*, 589 *a*; VII, 479 *b*, 483 *a*. Sunt natura puræ, situ altissimæ, figura rotundæ : XIV, 1 *b*-3 *a*.

3. Aliæ sunt fixæ, aliæ erraticæ; primæ sunt in octava sphæra, seu firmamento, aliæ in cæteris orbibus : II, 589 *a*; VII, 479 *b*, 483 *a*. — 4. An moveantur motibus propriis : II, 589 *a*-591 *a*. — 5. Stellarum retrogradationes et elevationes expenduntur : 591 *a*.

6. Omnes stellæ differunt specie et numero : II, 594 *b*-596 *a*. — 7. De stellarum influentia in inferiora : II, 589 *a*; IX, 78 *b*. *Vid.* COELUM, n. 48. — 8. Stellarum diversa perfectio expenditur : II, 594 *b*-603 *b*. — 9. Stellæ non vere, sed apparenter cadent in fine mundi : VI, 549 *a*, 561 *a*-562 *b*; VIII, 235 *a*, 238 *a*; XI, 165 *ab*. — 10. Stellæ quæ tribus Magis apparuit, ortus et conditio : II, 602 *b*. Ejus mysteria recensentur : XIII, 90 *b*.

11. — Jovis, et — Saturni, quando conjunguntur, effectus pessimos producunt : II, 599 *b*, 602 *ab*. Contrarium S. Doctor videtur dicere : XIV, 30 *a*.

12. Stellæ errantes, quando mutuo, vel ex opposito se aspiciunt in capite vel cauda Draconis, perturbant cœlum, et causant tempestates et eclipsim : VII, 481 *a*. Quid mystice significent : *ibid.* *Vid.* RELIGIOSUS, n. 10. Quænam subjectæ eclipsi, et quænam non : XIV, 8 *ab*.

13. Stellæ matutinæ pulchritudo quanta : XIV, 5 *a*. *Vid.* FRANCISCUS, n. 4. — 14. Stellæ significant animas lucidas : XIII, 264 *a*.

15. — est Christi cognitio : 275 *b*. — 16. Stellæ duodecim sunt fidei articuli : IX, 78 *b*. *Vid.* ARTICULUS, n. 21, CORONA, n. 12. Item virtutes apostolorum : XIII, 594 *a*. *Vid.* APOSTOLUS, n. 41. — 17. Beati in cœlo coronantur stellis duodecim : VII, 650 *a*.

Vid. FIDES, n. 169, LUMINARE, n. 13, LUNA, n. 11, MARIA, n. 1, 3, 17, 89, 457, 472, PLANETA, n. 1.

STEPHANUS (S.) 1. — qualem plenitudinem gratiæ habuerit : IV, 284 *a*; VIII, 159 *a*; XIII, 27 *a*. — 2. Qualiter viderit Jesum stantem : XIII, 27 *a*, 136 *a*. — 3. Ejus amor qualis : XII, 387 *a*.

4. Quare in missa S. Stephani legatur : Sederunt principes : IX, 301 *a*.

STERCUS sunt voluptates carnales, vel amaritudines pœnitentiæ, vel bona hujus mundi : IX, 292 *b*-293 *a*.

STERILIS. 1. — tempore menstrui quomodo se gerere debeat in petitione et redditione debiti : VI, 293 *a*. — 2. Potest vere contrahere matrimonium, non ob bonum prolis, sed in remedium, et ob alia bona : 275 *b*.

STERILITAS alia est naturalis, alia voluntaria; in lege nova est laudabilis, quia quæritur non fructus ventris, ut in lege veteri, sed fructus bonorum operum : VI, 301 *a*.

STIGMATA; *vid.* CHRISTUS, n. 419, FRANCISCUS, n. 17, VULNERA.

STIMULUS AMORIS, opus suppositium : XII, XLIV-XLVII, 631-703.

STIMULUS conscientiæ continue exercendus in via purgativa : XII, 23 *b*-25 *a*.

STIPENDIUM. 1. — bonorum, et malorum quale : XIII, 357 *ab*. — 2. Stipendia peccati sunt pœnalitates et miseriæ hujus vitæ, item mors corporalis, et gehenna : 427 *a*-428 *a*.

STIPULA significat peccata venialia : VI, 89 *a*. *Vid.* FOENUM, n. 1, OPERANS, n. 3, PALEA, n. 1.

STOICORUM opinio erronea expenditur circa virtutes politicas : V, 137 *a*.

STOLA. 1. — triplex, sc. innocentiæ, corporis et animæ : IX, 195 *a*.

2. — prima est vestis innocentiæ : XI, 17 *b*; XIII, 324 *b*. Item prima est gloria essentialis, secunda accidentalis : IV, 566 *a*. Item prima est gloria animæ, secunda gloria corporis : IV, 398 *a*; XIII, 303 *a*. *Vid.* Dos, n. 11. — 3. Stolæ quibus induebantur scribæ erant camisiæ albæ et longæ : XI, 149 *a*. — 4. Stolæ albæ in cœlo quænam sint : XIII, 192 *a*.

STOLIDITATIS notæ enarrantur : XII, 454 *b*.

STRAGES diversæ hominum enarrantur ex S. Scriptura : VIII, 591 *a*-592 *a*.

STRATUM significat quandoque asperitatem, sensualitatem, conscientiam et beatitudinem : IX, 232 *a*.

STRENUITAS in S. Scriptura laudatur : VIII, 577 *a*-578 *b*.

STRUTHIO cujus pullum Salomon vitro incluserat, quomodo vitrum fregerit : XIII, 177 *b*-178 *a*.

STUDENS. 1. — instruitur : VII, 38 *a*-39 *b*; IX, 122 *a*-126 *a*; X, 2 *a*.

2. — S. Scripturæ quas conditiones habere debeat : IX, 123 *b*.

Vid. DISCIPULUS, n. 1-4, 10, 23.

STUDIOSUS animus comparatur cervo celerrimo, et mercenario pauperrimo : IX, 486 *b*.

STUDIUM. 1. — est vehemens applicatio animi cum summa voluptate ad agendum aliquid : X, 2 *a*.

2. — bonum, et malum quodnam : IX, 606 *b*-607 *a*.

3. — triplex proponitur, sc. theologicum, ethicum et diabolicum : IX, 456 *a*.

4. Ad studium nulla ætas sera est : X, 2 *a*.

5. — perfectum transeuntium a vanitate ad veritatem : IX, 121 *ab*.

Digitized by Google

6. — quam laudabile : VII, 39 *a*.
7. — S. Scripturæ eumdem ordinem sequi debet, quem servant pueri in addiscendo primas litteras : IX, 122 *b*.
8. — qualiter exercendum a prædicatore : VII, 344 *a*-345 *a*.
9. — doctrinarum sæcularium quanta cautela exercendum : IX, 123 *b*, 124 *a*.
10. — religiosorum consistit in exercitio virtutum, orationis, et sanæ intelligentiæ S. Scripturæ : XII, 306 *b*, 420 *b*.
11. — devotionis fulcimentum veræ religionis esse debet : 137 *a*.
12. — ordinatum ad prædicandum, quam Deo charum, et meritorium : XIII, 116 *b*, 146 *b*-147 *a*. Quomodo meritorium : VI, 258 *ab*.

STULTILOQUIUM reprehenditur : VII, 127 *a*; maxime in virginibus Deo dicatis : XII, 217 *a*-218 *a*; et in mulieribus : VIII, 636 *b*-637 *a*.

STULTITIA. 1. — in quo consistat : IX, 268 *ab*. — vitiosa damnatur : VII, 156 *ab*.
2. — quæ est vera sapientia, in quonam consistat : VIII, 52 *b*-53 *a*; IX, 31 *b*.
Vid. CHRISTUS, n. 273, In Christo infantulo.

STULTUS. 1. — est qui non prævidet mala : X, 558 *b*. — 2. Credit se esse sapientem : XI, 385 *b*.
3. — est qui pro temporalibus perdit æterna : XIII, 295 *b*, 334 *a*, *b*.
4. — habet lunam in capite, coronam sub pedibus; sapiens e contra : 313 *b*.
5. — reputatus est Christus : IX, 31 *b*.
6. Stultorum lætitia specificatur in juventute, vino, unguentis, coronis rosarum, luxuria, et societate mala : X, 16 *ab*; XIII, 60 *a*-61 *a*.
7. — non habet usum liberi arbitrii, moraliter loquendo : III, 231 *b*.
8. — quomodo possit recipere baptismum : V, 335 *b*. — 9. An possit justificari : 650 *b*.
Vid. MUNDUS, n. 76.

STUPOR. 1. — quid sit, et quomodo distinguatur ab admiratione et a segnitie : V, 90 *b*-91 *a*.
2. — est ex insolita et magna imaginatione : X, 281 *a*.
3. — quomodo reddat corpus insensibile : III, 545 *b*.

STUPRUM. 1. — quid sit : VII, 366 *a*. *Vid.* LUXURIA, n. 3. — 2. An sit gravius peccatum adulterio : VI, 423 *a*. — 3. Qualis pœnitentia huic assignetur a canonibus : VIII, 379 *b*-380 *a*. — 4. Pertinet ad luxuriam, et numeratur inter filias gulæ : VII, 366 *a*, 549 *b*.

STYX; *vid.* FLUVIUS, n. 6.

SUADERE; *vid.* DISSUADERE.

SUASIO est pars rhetoricæ : IX, 53 *b*.

SUB in divinis non importat inferioritatem, sed tantum habitudinem : I, 403 *a*.

SUBDIACONATUS. 1. — quando fuerit institutus a Christo : VII, 426 *b*. — 2. Quare dicatur sacer ordo : VI, 168 *a*; VII, 427 *a*.

SUBDIACONUS. 1. — quam potestatem habeat in sacrificio Missæ : VI, 167 *a*, 168 *a*; VIII, 226 *a*.

SUBDITUS. 1. — dicitur a subjectione, hæcque est necessitatis, vel simulationis, vel cupiditatis, vel amoris : IX, 159 *b*-160 *a*.
2. — instruitur : VII, 26 *b*-27 *a*, 464 *b*-466 *b*.
3. Subditorum et prælatorum exemplar proponitur in Christo : IV, 429 *b*.
4. De subditorum obedientia mirabilia enarrantur : VII, 465 *b*-466 *b*. Tria genera subditorum respondentia Principatibus, Archangelis et Angelis : 464 *a*-472 *b*.
5. — superbus erit malus prælatus : VII, 159 *a*. — 6. Subditorum vitia qualiter tractanda a prælato : 212 *b*-214 *a*.
7. Subditorum vita prælatos alloquitur per miseriam, per desiderium, et per obedientiam : X, 175 *b*. — 8. Per asinos quales, et quomodo significentur : XIV, 132 *a*.
9. Subditi in quibus teneantur obedire prælato, et maxime Fratres Minores : III, 652 *a*-653 *a*; XIII, 425 *b*.
10. Subditorum obligationes in ordine FF. MM. explicantur : XIV, 594 *a*.

SUBESSE; *vid.* INFERIOR, n. 9.

SUBJECTIO. 1. — alia est bonorum, alia malorum; alia coactionis, alia culpæ, alia miseriæ : II, 407 *b*. — alia timoris, alia amoris : VI, 156 *b*-157 *a*; IX, 289 *b*. *Vid.* DOMINIUM, n. 1-2, DOMINUS, n. 1, 3, SERVITUS, n. 6, SUBDITUS, n. 1.
2. — ad Deum est duplex, sc. interior, et exterior : IX, 554 *b*.

SUBJECTUM. 1. — est id quod subjicitur ratione supposiți : IV, 152 *a*. — 2. Aliud est per se et primo; aliud per se, sed non primo; a primo desumitur unitas scientiæ : I, 206 *b*.
3. — in scientia est id cui tribuuntur proprietates quæ in illa tractantur, ob idque de ipso prædicantur : I, 14 *a*, *b*. — 4. Debet prægnosci quid sit, et quia est : IX, 2 *a*.
5. — aliud radicale, aliud integrale, aliud universale : I, 15 *a*.
6. — accidentis aliud est primum, estque materia prima; aliud secundum, estque compositum : I, 417 *b*-418 *a*. — 7. Item aliud est simul causa, aliud tantum deferens : II, 560 *a*-562 *b*; III, 247 *a*, 502 *b*; V, 512 *b*-513 *a*.
8. — potest intelligi sine propria passione, intellectu abstrahente et resolvente : I, 455 *ab*.

Digitized by Google

8. Nihil absolutum est unum in duobus subjectis : IV, 226 *b*.
9. — et prædicatum dicunt formas incompossibiles; si tamen intercedat verbum substantivum præsentis temporis, dicit formarum simultatem : V, 427 *b*.
10. Omne quod adest, vel abest præter subjecti corruptionem, est accidens illi subjecto : I, 483 *a*, 484 *a*; III, 246 *a*-248 *b*; IV, 254 *a*. — 11. De quocumque prædicatur subjectum, prædicatur et propria passio : I, 110 *b*, 112 *a*. — 12. Si duo sunt in diversis subjectis, unum non potest esse forma alterius quoad informari essentiale, licet possit esse quoad assistentiam : V, 146 *b*.— 13. Compositio accidentis ad subjectum necessario præsupponit aliam compositionem, forma enim pura non potest esse subjectum : I, 157 *a*. — 14. Suppositum seu subjectum aliud est quod subjicitur generi, aliud in quo substantificatur totum esse rei; res autem non numeratur secundum subjecta in subjiciendo, et prædicando, sed secundum numerum suppositorum in essendo : IV, 148 *b*.

Vid. ACCIDENS, *fere per totum*, GEOMETRIA, n. 1, GRAMMATICA, n. 1, GRATIA, n. 5, HABITUS, n. 17-19, THEOLOGIA.

SUBSANNATIO est filia superbiæ : VII, 526 *b*. *Vid.* DERISIO, n. 1.

SUBSISTENTIA. 1. — idem est ac hypostasis, et quomodo differat a persona : I, 380 *b*. — 2. Convenit aliis præter hominem; non sic persona : *ibid.* — 3. Aliquando stat pro substantia, aliquando pro supposito : 401 *b*, 405 *a*.

SUBSTANTIA. 1. — quare sic dicatur, et qua ratione ad divina transferatur : I, 157 *b*, 378 *b*-379 *b*. Dividitur in primam et secundam; prima est individuum, secunda est commune : I, 115 *a*; IX, 206 *b*. *Vid.* PROPRIETAS, n. 11.
2. — dicitur vel ut est res permanens et per se stans, sicque dicitur proprie; vel ut res permanens, sed alii inhærens; vel ut essentia actu ens : III, 489 *a*.
3. — dicitur vel materia, vel forma, vel compositum, vel essentia uniuscujusque rei : *ibid.*, *et* 246 *ab*. Quænam reponatur in prædicamento : 168 *b*.
4. — dicitur vel ens per se, vel ad se; primo modo est proprie substantia, secundo prout contradistinguitur contra relationem : I, 371 *b*.
5. — non est quid univocum Deo, et creaturæ, quomodo : I, 166 *a*. — divina, et creata quomodo differant : IX, 206 *b*.
6. — dicitur a stando per se, non per aliud; vel a substando, sive alii inhærenti, sive alii distinguenti; primum et tertium conveniunt Deo : I, 379 *ab*.
7. — non dicitur in concretione ad suppositum ratione communicabilitatis, sed in abstractione, sicut essentia : 381 *a*.
8. — prout dicitur in ordine ad substare, importat compositionem : 379 *b*.
9. In omni substantia intelligitur quod sit natura, et habens naturam; primum est essentia, secundum natura : 383 *b*.
10. — in Deo quomodo non numeretur : 382 *ab*. — 11. Quot modis dicatur in divinis : 157 *b*, 165 *ab*, 382 *ab*, 383 *b*. An communicetur per generationem, et quomodo hoc ipsum differat a communicatione in creatura : 109 *b*-112 *b*, 114 *a*. — 12. In divinis non dicitur generare, quare : 408 *a*.
13. — dicitur vel proprie, vel transumptive : IV, 494 *b*-495 *a*. — 14. Est terminus generationis : I, 111 *b*; non autem augmentationis, nisi per accidens : 295 *b*. — 15. Substantiæ productio triplici modo potest fieri, sc. vel secundum voluntatem, et est creatio; vel ex alio similis naturæ, sed præter naturam, ut formatio Evæ; vel per modum naturæ, et est proprie generatio : I, 224 *a*. — 16. Substantiæ omnes compositæ sunt resolubiles in sua principia, vel re, vel ratione : 155 *a*.
17. — quod sit invariabilis, nec recipiat magis et minus, quomodo intelligendum : I, 143 *ab*, 293 *a*; III, 246 *a*. Hoc intelligendum logice, non physice : II, 309 *ab*.
18. — spiritualis vel est Deus, vel angelus, vel anima : III, 246 *b*.
19. — eadem numero est susceptibilis contrariorum : III, 573 *b*-574 *a*.
20. — habet partes entitativas a se, non a quantitate : III, 12 *ab*.
21. — intellectualis non unitur corpori, nisi mediante vegetabili et sensibili : II, 579 *b*.
22. — quo nobilior, eo multiplicior in potentiis quæ dicunt perfectionem : II, 433 *a*. Eo melior est, quo magis diffusiva; et quo simplicior, eo virtuosior : 261 *ab*. Nobilior est vivens non vivente, et quomodo : IV, 452 *b*; XIV, 57 *b*.
23. — manifestatur per potentiam et operationem : II, 456 *b*-457 *a*. Cognoscitur etiam mediis accidentibus : IV, 331 *a*.
24. — in creatis differt ab ipsius virtute : IV, 324 *b*. — 25. Dicit vel essentiam, vel suppositum : 370 *a*.
26. — an sit ignobilior accidente : III, 246 *b*; VI, 570 *a*. *Vid.* ACCIDENS, n. 8.
27. Substantiarum diversarum agentium an sint diversi actus : II, 500 *b*.

Digitized by Google

28. — quomodo dicatur similior substantiæ quam accidenti : III, 247 *b*-248 *a*.
29. — prima subsistit per se, et in se; secunda vero subsistit per se, sed non in se : IX, 206 *b*. — secunda abstrahitur ratione, sive intellectu, sive natura; prima vero subsistit ratione, re, natura, actu, intellectu et statu : *ibid.* — creata omnis, respectu Dei, est secunda : *ibid.*
30. —, essentia, hypostasis et persona quomodo se habeant ad invicem : I, 380 *a*; VII, 251 *b*-252 *a*.
31. Quæ nomina significent substantiam multipliciter in divinis : I, 171 *a*.
32. — patiens aliqua potest dici dupliciter, sc. vel quia potest suscipere formam contrariam quantum ad esse, vel tantum aliquam dispositionem quantum ad bene esse : VI, 499 *a*.
33. Substantiarum spiritualium operationum mensura quænam : IX, 607 *b*.
34. A substantia modo ortum habet ipsius accidens, modo non : III, 247 *ab*; V, 513 *a*. *Vid.* ACCIDENS, n. 29.
35. — nulli est accidens : III, 246 *a*, *b*; IV, 153 *a*.
36. Nihil est univocum substantiæ et accidenti : IV, 153 *a*.
37. Quod prædicatur per modum habitus, non prædicatur per modum substantiæ, sed per modum accidentis : *ibid. inf.*
38. Substantiam suam consumere quomodo quis dicatur : XI, 11 *b*-12 *a*.
Vid. ESSENTIA, n. 23, QUANTITAS, n. 2, 7, 29.

SUBSTANTIALITER esse ab alio tripliciter potest dici : I, 113 *b*.

SUBSTANTIVUM. 1. — nomen significat substantiam per modum substantiæ in divinis; alia vero nomina, per modum adjacentiæ, vel relationis : I, 171 *a*. — 2. Aliud est purum, aliud substantivatum : *ibid.*
Vid. ADJECTIVUM, n. 2-4, 7-9.

SUBSTARE alteri dicit compositionem : I, 379 *a*. *Vid.* SUBSTANTIA, n. 6.

SUBTILIATIO fit dupliciter, sc. vel per rarefactionem, vel per depurationem : VI, 548 *a*. Item alia est perfecta victoria formæ super materiam : VIII, 243 *b*.

SUBTILITATIS dos expenditur : VI, 594 *a*-596 *b*; VIII, 243 *b*. *Vid.* CŒLUM, n. 29.

SUBTRACTIO. 1. — beneficii et eleemosynæ est actus avaritiæ : VII, 364 *b*.
2. — gratiæ gratum facientis accensetur spoliationi gratuitorum : 375 *b*.

SUCCESSIO. 1. — est motus a termino a quo ad terminum ad quem continuus : II, 60 *a*, 61 *b*. — 2. Oritur vel ex distantia medii, vel ex ejusdem resistentia, vel ex partibilitate mobilis, vel ex finitate virtutis moventis : II, 60 *b*; V, 485 *a*. *Vid.* CONTRARIETAS, n. 6-7, CONTRITIO, n. 33-34, MOTUS, n. 14, 46, 48-49, PRINCEPS, n. 6, TEMPUS, n. 1, 16-17.

SUCCESSIVUM. 1. — in operatione ponitur ob præparationem et inductionem proprietatum : V, 485 *a*.
2. Successiva incipiunt per ultimum sui non esse, et desinunt per aliquid sui esse : II, 57 *a*. Ideo non sunt in sui initio : 247 *a*.
3. Omnis actus circa quem est magis et minus diuturnum, est successivus; item omnis forma quæ habet partem et partem, inducitur successive; item quæ habet contrarias dispositiones, inducitur successive, sc. ratione præparationis : V, 636 *a*, 637 *a*.
4. Omnis actus collativus est successivus, si adsit discursus ab uno ad aliud; minime vero, si sit simplex collatio duorum vel plurium : V, 637 *a*.
Vid. INSTANTANEUM.

SUCCUBUS; *vid.* DIABOLUS, n. 171.

SUDARIUM et semicinctia S. Pauli quibus fugabantur dæmones, quid significent : XIII, 168 *a*.

SUDOR est superfluitas secundæ digestionis : III, 79 *b*.

SUFFICIENTIA. 1. — in rebus quærenda, superfluitas fugienda : VII, 193 *ab*.
2. — intelligentiæ divinæ, gratiæ, modestiæ et gloriæ explicatur : XI, 448 *ab*.

SUFFRAGIUM. 1. De suffragio mortuorum per sacrificium Missæ : VI, 508 *ab*, 518 *a*; VII, 334 *ab*; VIII, 230 *b*-231 *a*. — 2. An, et quomodo prosint suffragia existentibus in purgatorio, et an facta per malos : VI, 514 *a*-518 *a*; VII, 334 *ab*, 434 *b*-435 *a*; VIII, 230 *b*-231 *a*; XII, 271 *b*; XIII, 622 *b*, 624 *a*-625 *b*. *Vid.* DEFUNCTUS, n. 1-3, PURGATORIUM, n. 7.
3. Suffragiorum valor fundatur in justitia, simul et misericordia : VI, 514 *b*. — 4. Quomodo tollant reatum culpæ : *ibid.* — 5. Suffragia facta pro aliquo speciali, magis ei prosunt; facta vero in communi, magis prosunt iis qui in hac vita meruerunt, cæteris paribus : VI, 516 *b*-518 *a*; VII, 333 *a*, 434 *b*-435 *a*; VIII, 231 *b*.
6. Suffragia Ecclesiæ sunt sacrificia, jejunia, eleemosynæ, orationes, et pœnæ voluntariæ : VII, 333 *b*; VIII, 231 *a*-232 *a*. — 7. Suffragiorum effectus quinam : VII, 435 *a*. — 8. Suffragia quæ fiunt a sanctis pro nobis, quantum utilia, et efficacia : VI, 518 *a*-521 *b*; VII, 333 *a*. — 9. Suffragia Ecclesiæ non prosunt damnatis, nec beatis : VI, 527 *a*-528 *b*; VII, 334 *a*; VIII, 231 *b*; XII, 271 *a*.
10. Quare Ecclesia, post festum omnium

Digitized by Google

Sanctorum, porrigat suffragia defunctis : XIII, 622 *b*. — 11. Eorum valor solum a Deo scitur : VII, 334 *b*.

Vid. ECCLESIA, n. 45-46, INDULGENTIA, n. 5.

SUGGESTIO. 1. Suggestionis malæ effectus expenduntur : VII, 132 *ab*.

2. — est radix peccati : 277. Aliquando est peccatum, modo veniale, modo mortale; aliquando tamen sine peccato : *ibid. Vid.* DELECTATIO, n. 12.

3. — mala est vipera animam mordens : VIII, 360 *b*.

SULPICIUS uxorem repudiavit, quia viderat eam foris versantem : XIII, 542 *b*.

SUM, es, est. 1. — nomen essentiæ proprie est, significans entitatem in omnimoda perfectione : I, 50 *b*.— 2. Quot modis possit sumi, et quid proprie significet : I, 131 *b*, 144 *ab*, 173 *ab*, 548 *ab*; III, 438 *b*; V, 427 *ab*. — 3. In Deo quid significet : XI, 484 *a*.

SUMMA DE ESSENTIA, opus incerti auctoris : VIII, II-III, 54-59.

SUMMUM. 1. — aliquid est dupliciter, sc. simpliciter, et in genere : III, 410 *b*, 434 *a*.

2. — in quo sensu dicatur id quod est impermixtum cum contrario : 424 *a*.

3. — in genere duplex, sc. vel secundum potentiam, vel secundum actum : 434 *a*.

4. — malum an possit reperiri : 432 *b*-434 *b*.

5. Summo bono proprie solum possumus uniri : I, 33 *a*.

6. — bonum est sui ipsius diffusivum, nec potest cogitari sine sui emanatione : XII, 18 *b*-19 *a*.

SUPERABUNDANTIA. Quod dicitur per superabundantiam, vel absolute dicitur, vel comparative : IV, 370 *b*.

SUPERADDITUM. Si duo communicent in aliqua natura, et non possint convenire in eo quod superadditum est naturæ, superadditum illud non inest secundum naturam in qua communicant : VI, 572 *b*.

SUPERBIA. 1. — quid sit : II, 366 *b*; III, 120 *a*; VII, 237 *a*, 360 *a*, 526 *a*; VIII, 251 *b*. Quando sit mortale, vel veniale : VII, 526 *a*; VIII, 142 *a*-143 *a*. Triplici capite initium est omnis peccati : II, 365 *b ad* 4; VII, 359 *b*; VIII, 135 *a*; IX, 257 *b*, 558 *a*. *Vid.* CONTEMPTUS, n. 1.

2. Superbiæ varii gradus, et species explicantur : VII, 360 *a*-361 *a*; VIII, 135 *b*-136 *a*; IX, 347 *a*.

3. — alia spiritualis, alia carnalis : XII, 163 *a*. Dicitur etiam dupliciter, sc. vel generaliter pro omni erectione mentis, vel pro appetitu honoris : III, 596 *b*.

4. — triplex, sc. vel sibimet placere, et majorem se reputare quam sit; vel appetere se existimari ab aliis majorem quam deceat; vel ambire aliis præire : XII, 339 *a*.

5. — est idem ac inanis gloria, differens tamen ratione : VII, 361 *a*; VIII, 135 *b*. *Vid.* GLORIA, n. 54.

6. Superbiæ filiæ quæ sint : VII, 69 *b*-71 *a*, 361 *b*, 526 *a*-528 *b*; VIII, 135 *b*, 252 *b*. *Vid.* AMBITIO, n. 1, CURIOSITAS, n. 1, DERISIO, n. 1, DISCORDIA, n. 3, JACTANTIA, n. 1, etc.

7. Superbiæ pessimi effectus enarrantur : *ibid.*, *et* XIII, 163 *b*-165 *b*, 167 *b*-168 *a*, 341 *a*-342 *a*, 435 *b*-437 *a*. *Vid.* GLORIA, n. 55-66, PECCATUM, n. 80, *etc.*

8. Superbiæ remedia : XII, 163 *b*, 348 *a*-349 *a*, 685 *b*-688 *a*; XIII, 147 *b*-150 *a*, 151 *ab*. Contra superbos multa proponuntur : X, 498 *a*, 607 *b*; XI, 338 *ab*; XII, 685 *b*-686 *b*.

9. Superbiam curavit Christus in cruce capitis inclinatione, alia vitia aliis actibus : VIII, 135 *a*.

10. Interrogationes faciendæ a confessario circa superbiam quales : VIII, 362 *b*..

11. — summopere fugienda a religiosis : XII, 489 *b*-490 *a*.

12. Superbiæ in religiosis signa enarrantur : XII, 494 *ab*.

13. — comparatur inflationi : VIII, 135 *a*; item vento, fumo, paleæ, vesicæ, araneæ, feretro, luctatori incauto, gallinæ, lupo : VIII, 251 *b*-252 *a*.

14. De superbia et vana gloria auctoritates SS. PP. : VII, 69 *b*-72 *a*; item S. Scripturæ : VIII, 601 *b*-606 *a*. *Vid.* JACTANTIA, n. 4.

15. — sancta quænam, et quæ vitiosa : XII, 338 *b*-339 *a*.

16. — oculos aperit ad videndum prærogativas, et claudit ad videndum negligentias et defectus : I, 288 *a*.

17. — quomodo sit cæteris gravius peccatum : II, 364 *b*.

18. — occulta clericorum punitur a Deo per manifestam luxuriam : III, 470 *a*.

19. Quomodo peccatum Adami et Evæ inchoatum fuerit a superbia : III, 118 *b*, 119 *b*-120 *a*. Formaliter fuit peccatum inobedientiæ, causaliter vero peccatum superbiæ : III, 400 *a*; ; XIII, 166 *a*. Item Luciferi peccatum inchoatum est a superbia, et completum in invidia et odio : II, 363 *a*-365 *b*.

20. — oritur a præsumptione, vel ab obstinatione : VII, 294 *a*.

21. Superbiæ, et humilitatis conflictus describitur : VII, 78 *b*-79 *a*; VIII, 315 *a*.

22. — in benefactis maxime timenda ostenditur : XIV, 595 *a*. — 23. Vermis est divitiarum : 464 *b*. — 24. Vanum reddit hominem : IX, 581 *a*.

Digitized by Google

25. — est lepra : XIII, 93 *a*, 200 *ab*; febris : XI, 324 *b*. *Vid.* HYDROPISIS. Comparatur etiam leoni : VIII, 135 *a*; locustis : XIII, 371 *b*; et coronæ inani : 596 *ab*.
26. — quam Deo odibilis : X, 485 *a*; XI, 34 *b*-35 *b*, 82 *b*; XIII, 163 *b*, 454 *a*, 489 *a*. — 27. Separat a consortio Dei : XIII, 99 *a*. Expellit gratiam Dei : XIV, 103 *b*. Aufert sapientiam : XIII, 545 *a*. — 28. Est spiritus nequam : 167 *b*. — 29. Fugienda ab orante : 267 *b*.
30. — oritur a multa potentia, opulentia, scientia, et magna sui existimatione : 546 *b*-548 *a*.
31. — sapientium quam detestabilis : 547 *a*.
32. — excæcat mentem : 133 *a*.
33. Superbiam semper comitatur invidia : III, 95 *a*.
34. — semper est vitium, opponiturque essentialiter humilitati : 344 *a*.
35. Superbiæ infirmitas qualis : XIII, 458 *b*-459 *a*.
36. Tres famosæ superbiæ fuerunt in mundo, sc. dæmonum, primorum parentum, et Judæorum : IX, 255 *b* (*ubi legitur* pravorum *loco* primorum) — 256 *a*.

SUPERBUS. 1. Superbi maledicti a Deo : XIV, 278 *a*.
2. — quadrupliciter decipitur : XII, 346 *a*. — 3. Quo plus erigitur, eo plus deprimitur : X, 609 *b*-610 *b*. — 4. Excluditur a cœlo, quia dat animam diabolo : X, 616 *b*; XI, 349 *b*. — 5. Superbi sunt volucres, quorum consortium repudiandum : X, 485 *a*.
6. Superbi retunduntur exemplo humilitatis Christi : XIII, 36 *b*-37 *b*; et patientiæ martyrum : IX, 417 *b*-418 *a*.
7. — similis diabolo patri : XIII, 95 *a*; servus diaboli : 504 *b*.
8. Superborum gaudium quale : 249 *b*. — 9. Eorum beatitudo qualis : XIV, 18 *b*. Potentia eorum quam labilis : XIV, 70 *b*-71 *a*.
10. — magis gloriosum reputat habere a se, quam ab alio per merita obtinere : II, 370 *a*. — 11. Libenter subjicitur, quando non potest solus exercere malitiam : 388 *a*. — 12. Superborum consortia vitanda : XII, 214 *a*.

SUPERFERVIDUS amor in Deum quisnam sit : VIII, 397 *ab*.

SUPERFICIES est species quantitatis, in cujus comparatione linea quantitatem non habet : V, 652 *a*.

SUPERFLUITAS. 1. — excrementitia corporis humani est duplex, sc. vel residuitatis, vel impuritatis : III, 79 *b*. — 2. Item est triplex, sc. respectu vel speciei, vel individui, vel alicujus tantum partis : VI, 478 *b*. *Vid.* GENERATIO, n. 27, 30, SEMEN, n. 2.
3. De superfluitatibus corporis humani agitur : VI, 475 *b*-478 *b*.
4. Superfluitates exquisitæ, præsertim in cibo, damnantur : VII, 544 *a*. *Vid.* SUFFICIENTIA, n. 1. — 5. Omnes superfluitates divitum sunt una respublica pauperum : XIV, 586 *b*.

SUPERIOR. 1. Obedientia et reverentia erga superiores in decalogo quomodo præcipiatur : XII, 247 *a*.
2. De obedientia eis præstanda agitur : X, 256 *ab*; XII, 134 *a*. *Vid.* OBEDIENTIA, n. 9-10, 21, 28. — 3. Superiores sunt patres ratione tutelæ et defensionis : XII, 247 *a*. — 4. Superiorum officium, obligationes et munera explicantur : VII, 58 *b*-60 *b*; XII, 134 *b*-157 *b*. — 5. Qualis est superior, tales regulariter sunt subditi : XIV, 618 *b*.
6. — bonus non est, qui prius in se non exercuit officium boni subditi : XII, 133 *a*.
7. Superiores religiosi comparantur Seraphim, quorum prima ala est zelus justitiæ, secunda pietas, tertia patientia, quarta exemplaritas vitæ, quinta circumspecta discretio, et sexta devotio ad Deum : 134 *b*-156 *b*.
8. Superiore essentiali destructo, destruitur et inferius : IV, 460 *b*. — 9. Superiora habent ordinem, quietem et pulchritudinem : IX, 307 *a*.
10. De superiori portione animæ agitur : III, 180 *a*-184 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 216, 228, 322-323.
11. Quando genus superius prædicatur de inferiori, prædicatur non ut quid commune, sed ut particularizatum : I, 397 *a*.
12. Superius ut sic non dividitur contra suum inferius, sed tantum ut contractum : 31 *a*.
13. Ordo universi est quod superiora per naturam influant in inferiora : II, 423 *b*.
Vid. INFERIOR, n. 2-9, PRÆESSE, n. 1-3, PROCESSIO, n. 15, PROCESSUS.

SUPERLATIVUM. 1. — dicit superabuntiam : III, 427 *b*; IV, 370 *b*. — 2. Dicitur vel absolute, vel comparative : III, 637 *a*; IV, 370 *b*.

SUPERPOSITIONEM quomodo in Deo dicant termini absque relatione ad creaturas : I, 486 *b*.

SUPERSPERARE quid sit : IX, 422 *b*.

SUPERSTITIO. 1. — quomodo a superstando dicatur : V, 543 *a*.
2. — est impietas qua Deus inhonoratur vel ritu colendi, vel exhibitione operis : VII, 368 *a*. *Vid.* HÆRESIS, n. 5.

SUPERSTITIOSUS. 1. Superstitiosæ scientiæ divinatoriæ quænam sint : VII, 237 *b*-238 *a*, 370 *b*-371 *a*. — 2. Superstitiosis pœnitentiæ quænam sint a canonibus impositæ : VIII, 375 *b*-376 *a*.

Digitized by Google

SUPPLICATIO pulcherrima ad Christum : XII, 84 *ab*.

SUPPLICIUM quale præparatum immisericordi : XIII, 471 *a*; imo cuilibet mortaliter peccanti : 368 *b*-369 *a*. *Vid.* PECCATOR, n. 16-17, POENA, n. 49-50, *etc.*

SUPPOSITIO. 1. — cum sit usus termini pro se, et alio significato, alia est determinata, alia confusa : III, 585 *b*.

2. — debet esse eadem in terminis syllogismi : IV, 255 *ab*. *Vid.* FALLACIA, n. 5.

SUPPOSITUM. 1. — dicitur vel subjectum in propositione, vel id in quo totum esse rei stabilitur et fundatur : IV, 148 *a*, 232 *a*, 233 *a*. Item aliud est quod subjicitur generi, aliud in quo sustentificatur totum esse rei : 148 *b*. Item aliud in quo, aliud de quo : 232 *a*.

2. —, hypostasis, persona, et substantia qualiter differant : IV, 231 *b*-233 *a*; VII, 380 *b*.

3. — dicit incommunicabilitatem : IV, 232 *b*.

4. —, et individuum, qualiter differant : IV, 232 *a*.

5. Quæcumque sunt unum in supposito, concomitantur se in omni loco inseparabiliter : IV, 465 *a*.

6. Actiones sunt suppositorum, id est, actio est formæ ut in supposito : 124 *a*, *b*.

Vid. AGERE, n. 1, DISTINCTIO, n. 3, 16, DISTRIBUTIO, n. 2, IMMEDIATIO, SUBSISTENTIA, n. 1.

SURDITATI comparatur peccatum Adæ : XIII, 19 *a*.

SURGERE. 1. — est operatio viventis, cadere morientis : X, 448 *a*.

2. Surgendum a morte spirituali : *ibid.*, *et* XI, 15 *a*; XIII, 480 *b*. — 3. Quomodo surgendum ad vitam spiritualem : IX, 399 *a*. — 4. Surgendum a somno pigritiæ, a frigore avaritiæ, a calore luxuriæ, ab incendio gulæ : XIII, 582 *a*-584 *b*.

SUSA interpretatur lætitia : XIII, 446 *a*.

SUSCITATIO. 1. — spiritualis quomodo fiat : IX, 549 *b*.

2. — animæ facta a Christo expenditur : XIII, 428 *ab*. Quomodo significetur per resuscitationem tum puellæ, tum adolescentis, tum Lazari : *ibid.*

SUSPECTUM; *vid.* CONSORTIUM.

SUSPENDIUM. 1. — pœnitentis describitur : XIII, 400 *b*.

2. — momentaneum timetur, et non æternum : 602 *a*.

SUSPENSIONIS pœna sollicitantibus moniales infligenda : XIV, 555 *a*. *Vid.* PONTIFEX, n. 4.

SUSPICIO. 1. — mala reprehenditur auctoritate S. Scripturæ : VIII, 556 *ab*. — 2. Quid sit : VII, 531 *a*; XII, 330 *a*. — 3. Quale peccatum : VII, 354 *b*. — 4. Est filia invidiæ : VII, 530 *b*. — 5. Qualis sit peccati expers : IX, 371 *a*.

6. — a timore qualiter differat, quomodo oriatur, et generet tentationes : XII, 332 *b*.

SUSPIRIA. 1. — sunt nuntii amoris : VIII, 445 *b*. — 2. Frequentia et profunda sunt signa charitatis perfectæ : *ibid.*

SUSURRATIO est filia invidiæ, estque voluntas loquendi, seminans discordias inter fratres : VII, 237 *a*, 362 *ab*. Est occulta suggestio, instigans hominem ad lites : XII, 397 *a*.

SUSURRIUM divinum est locutio interna facta animæ a Deo : VIII, 412 *ab*. Venæ susurrii quid sint : *ibid.* *Vid.* LOCUTIO, n. 10.

SUSURRO, et bilinguis maledictus a Deo : XIII, 231 *b*.

SUUM dicitur dupliciter, sc. excludens vel commune, vel alios : IV, 656 *b*. *Vid.* JUSTUS, n. 65.

SYCOMORUS quid significet : XI, 100 *b*.

SYLLOGISMUS. 1. — est actus intellectus, qui fit per collationem et illationem rationis : I, 35 *b*; IV, 497 *a*. Quomodo habeat vim persuadendi : IX, 22 *b*. *Vid.* ARGUMENTUM, n. 1-9, LOGICA, n. 2, 5, RATIOCINATIO, n. 1-8. Habet formam grammaticalem et specialem in materia necessaria, solida : IX, 53 *b*.

2. — alius est demonstrativus, sc. resolutorius in causam sive inferendi, sive essendi simul; alius probabilis, alius sophisticus : *ibid.* *Vid.* DEMONSTRATIO, n. 3.

3. — sophisticus est deceptorius : *ibid.*, *et* 23 *a*.

4. — alius ostensivus, alius ducens per impossibile : V, 233 *b*.

5. — expositorius, et super quam maximam fundetur : IV, 169 *b*.

6. — debet habere terminos supponentes eodem modo : 255 *ab*.

Vid. ARGUMENTUM, n. 8-9, CONCLUSIO, n. 1, CONSCIENTIA, n. 5-6, CONSEQUENS, n. 3, INESSE, n. 2, MEDIUM, n. 11.

SYMBOLEITAS, seu similitudo elementorum inter se explicatur : II, 615 *b*-617 *a*.

2. — alia est via ad faciliorem transitum, alia quæ non est disponens ad transitum : III, 402 *b*, 404 *ab*; VI, 64 *b*.

SYMBOLUM, seu similitudo. In habentibus symbolum, faciliorem transitum esse, num semper verum sit : *ibid.*

SYMBOLUM, seu formula. 1. — græce dicitur collectum in unum, sicque est collectio continens omnes articulos præcipuos fidei : IV, 546 *a*.

2. — nostræ fidei triplex, sc. Apostolorum, concilii Nicæni, et S. Athanasii; quibus in temporibus, et quibus de causis dicantur :

Digitized by Google

IV, 548 *b*; VII, 406 *b*-407 *a*; VIII, 181 *ab*, 298 *a*-299 *b*; XII, 261 *ab*. *Vid.* APOSTOLUS, n. 28. Eorum explicatio : VIII, 298 *a*-299 *b*.
3. Sufficientia articulorum fidei in his symbolis contentorum explicatur : *ibid.*
4. Symboli duodecim articuli sunt duodecim panes propositionis : XIII, 162 *b*. Item sunt duodecim lapides portati a filiis Israel : 290 *a*.

SYMPHONIA est concordia plurium sonorum : XI, 20 *ab*.

SYNAGOGA. 1. — est congregatio hominum brutaliter viventium : IX, 18 *a*.
2. — tripliciter Christo injuriata est : X, 185 *b*. — 3. Est captiva, Ecclesia vero libera : IX, 96 *b*, 102 *b*; X, 65 *b*. — 4. Synagogæ non exponitur veritas, sed Ecclesiæ : IX, 17 *b*, 18 *a*. — 5. Vincæ comparatur : XI, 132 *b*.

SYNDERESIS. 1. — quid sit : VIII, 112 *b*-113 *a*. De synderesi agitur : III, 540 *a*-548 *b*; VII, 355 *b*. *Vid.* CONSCIENTIA, n. 5.
2. Synderesis officium est remurmurare contra malum, et stimulare ab bonum : VIII, 113 *a*.
3. — est vis et quoddam pondus animæ dirigens eam in appetendis, consequens ad naturale judicatorium quod dirigit intellectum in cognoscendis : III, 542 *ab*.
4. — universaliter, quoad habitum et essentialia, nunquam potest extingui, sed nec in dæmonibus, quamvis quoad actum extingui possit : III, 544 *a*-545 *b*; VIII, 113 *a*. *Vid.* DIABOLUS, n. 230.
5. — qualiter possit depravari : III, 546 *a*-548 *b*.
6. — se tenet ex parte affectus, ejusque objectum est lex naturalis, nec distinguitur a concupiscibili, rationali et irascibili nisi secundum modum movendi : 543 *b*.
7. Conscientiæ scintilla quo sensu sit synderesis : III, 543 *a*. Quomodo, et quid operetur synderesis in conscientia : 531 *b*-548 *b*.
8. Ejus triplex actus, sc. instigare ab bonum, retrahere a malo faciendo, et remurmurare contra malum factum; primus et secundus extinctus est in dæmonibus et damnatis, tertius nequaquam : VI, 619 *b*.
9. Diabolus non potest inficere synderesim hominis : II, 448 *b*.
10. — appetit bonum honestum, sensualitas bonum carnale : IV, 371 *a*.
11. De peccatis contra conscientiam et synderesim : VII, 355 *b*.
12. Remansit in Adam post lapsum synderesis, naturalisque rectitudo, qua movente potuit peccatum detestari, et ad Deum converti : III, 110 *b*.
Vid. DAMNATUS, n. 33.

SYNECDOCHE. 1. — quid sit : III, 122 *b*; IV, 243 *b*; VI, 521 *b*. — 2. In tropicis non est recta argumentationis processio : IV, 243 *b*.

SYNECDOCHICA locutio est tropus aliquando in locutione, aliquando in constructione : *ibid.*

SYNONYMA; *vid.* NOMEN, n. 30.

SYRUPUS compositus ex pluribus ingredientibus est virtuosior : I, 295 *b* (*ubi, loco vocis* scrupus, *leg.* syrupus); XIV, 29 *a*.

SYRUS interpretatur sublimis : IX, 520 *b*.

T

TABERNACULUM. 1. — et tentorium, in quo discrepent : X, 169 *a*. — 2. Per tabernaculum intelligitur ordo prælatorum, per tentorium vero populus : 170 *a*. — 3. Vel corpus cujusque : IX, 170 *b*, vel Ecclesiam militantem quomodo etiam significet : *ibid.*, *et* XIV, 132 *b*-133 *a*. — 4. In corde ex lignis S. Scripturæ mystice ædificandum : IX, 97 *b*.

TABESCIT quis ex livore, ex infirmitate, ex dilectione : IX, 312 *a*.

TABULA. 1. — duplex, per quam liberamur a naufragio : V, 554 *ab*. *Vid.* BAPTISMUS, n. 34, POENITENTIA, n. 80.
2. Tabulæ legis scriptæ digito Dei, quot mandata singulæ continuerint : VII, 308 *b*-309 *a*; XII, 231 *b*-232 *a*. — 3. Continebant omnia quæ spectant ad justitiam ordinantem homines ad Deum, et ad proximum : *ibid.*
4. — concionum pro omnibus dominicis et festis diebus : VIII, 347 *a*-358 *b*.

TACITURNITAS. 1. Taciturnitatis bona expenduntur : VII, 174 *b*-175 *b*; XIV, 103 *a*. *Vid.* EXEMPLUM, n. 20, MARIA, n. 172, SILENTIUM, n. 4, 7.

TACTUS. 1. — sensus consistit in nervis et carne, mediumque est caro et cutis : II, 617 *b*; VI, 586 *a*; VII, 392 *a*. *Vid.* SENSUS, n. 2, 17, 25. Requiritur levitas in objecto tangibili : VI, 586 *a*.
2. — sensatio fit per emissionem et receptionem specierum : VI, 587 *a*, *b*; XII, 7 *b*.
3. — origo et necessitas explicatur : II, 617 *b*. *Vid.* CORPUS, n. 38. Delectatio ejus unde : XII, 7 *b*. *Vid.* CORPUS, n. 87.
4. — objectum sunt quatuor qualitates existentes in quatuor elementis : II, 615 *a*. Est etiam vel dolor, vel voluptas : VI, 586 *a*; XII, 7 *b*.
5. — fit per resistentiam, et per qualitatem activam : VI, 591 *a*.
6. — sensus apprehendit partitionem, et numerum partium : V, 506 *b*.
7. Peccata quæ possunt committi circa tactum enumerantur : VII, 548 *b*-549 *a*, 557 *b*.

Digitized by Google

8. — sensus qualiter importet incorruptibilitatem, et qualiter non : VI, 590 *a*, 591 *a*.
9. De tactu spirituali, prægustationis æternorum instar, agitur : VIII, 465 *b*, 470 *b*-472 *a*. *Vid.* CONTINENTIA, n. 5, EUCHARISTIA, n. 202, PALPARI, n. 1-2, TANGIBILE.

TÆDIUM multiplex ex multiplici causa expenditur : IX, 547 *a*. *Vid.* ACEDIA, n. 1.

TALENTA. 1. Talentorum parabola exponitur : XI, 105 *a*-114 *a*. *Vid.* CHRISTUS, n. 754-755, DONUM, n. 31, *et Ind. gen.* III, *in Matth.*, XXV, 15-30.
2. — quinque sunt bona naturæ, fortunæ, potentiæ, scientiæ et gratiæ : XIII, 272 *ab*, 375 *a*.
3. — gratiarum non augens, quam graviter a Deo puniatur : 466 *ab*, 476 *b*.
4. Talentorum decem millia Deo debita pro commissis, vel a diabolo promissa pro committendis, quænam : 374 *b*-375 *a*, 476 *a*.

TALIAS imponere absque justa causa, rapina est : VII, 538 *a*.

TANGIBILE duo dicit, sc. immutare sensum, et sensum non posse latere; primum erit in corporibus gloriosis, alterum non : VI, 597 *a*.

TANIS interpretatur humile mandatum : IX, 252 *a*.

TANTUM potest sumi sive adverbialiter, sive nominaliter : III, 556 *b*.

TARDA molimina nescit Spiritus sancti gratia : XIII, 98 *a*, *b*.

TAU; *vid.* THAU.

TAXUS inimicus corvi et vulpis : XIV, 28 *b*.

TELONEARIUS qualis sit, et quando peccet, vel non : V, 628 *a*.

TELONEUM unde dicatur, et quid significet : X, 346 *b*.

TEMERARIUM; *vid.* JUDICIUM, n. 7.

TEMERITAS. 1. — quid sit : III, 502 *a*.
2. — magna est velle reddere rationem de occultis Dei judiciis : II, 114 *b*.

TEMPERAMENTUM. 1. — aliud est æqualitatis a pondere, aliud a justitia : III, 22 *a*. — a pondere tripliciter potest esse : *ibid.* — a justitia est quod attingitur in commensuratione miscibilium secundum proportionem debitam, et exigentiam formæ introducendæ : 22 *b*.
2. — quale hominis in statu sive innocentiæ, sive naturæ lapsæ, sive gloriæ : 22 *b*-23 *a*.
3. In statu naturæ lapsæ pugna cum temperamento a justitia vitari nequit : 22 *b*.

TEMPERANTIA. 1. — qualis sit virtus, et qualiter dividatur : VII, 300 *b*, 301 *a*, 410 *b*-411 *a*, 508 *ab*; IX, 24 *ab*.
2. — quid sit, prout est virtus politica, purgatoria, et purgati animi : V, 45 *b*-63 *a*, *passim*; VII, 238 *a*, 508 *a*; VIII, 187 *b*-188 *a*, 189 *a*, 477 *b*.
3. Temperantiæ gradus expenduntur : VII, 508 *ab*; XII, 193 *b*. Quæ sint ejus partes : VII, 411 *a*. *Vid.* ABSTINENTIA, n. 1, CLEMENTIA, CONTINENTIA, n. 1, HONESTAS, n. 1, MODERANTIA, MODESTIA, n. 2, PARCITAS, PUDICITIA, SOBRIETAS, VERECUNDIA. Item actus temperantiæ enarrantur : VII, 411 *b*.
4. — quomodo dirigat animam : VII, 301 *a*.
5. Temperantiæ laudes : VII, 107 *b*-108 *a*, 508 *b*; VIII, 301 *b*-302 *a*; IX, 25 *a*, 55 *a*, 63 *b*, 64 *a*.
5. — comparatur fræno, bysso, muro, quomodo : VIII, 301 *b*. — 6. Removet præcipue gulam et luxuriam : IX, 55 *a*, 63 *b*.
7. — politica fuit in Ozia, — purgatoria in Paulo et Antonio Eremitis, — purgati animi in B. Ægidio, — exemplaris in solo Deo : IX, 25 *a*.
8. Temperantiæ species sunt continentia, eleemosyna et modestia : 268 *a*.
9. — est amabilis ob conscientiæ mundificationem, ob exterioris experientiæ rectificationem, ob concupiscentiæ mortificationem, et ob intelligentiæ clarificationem : 327 *b*-328 *a*.
10. — in prosperis suadetur multis rationibus, et exemplis : XIII, 499 *b*. — mulierum Romanarum quanta : *ibid.*
11. — potest excedere in actu suo proprio : IV, 573 *b*. *Vid.* MARIA, n. 188.

TEMPESTATES. — et mala temporalia ob peccata adveniunt : XIV, 137 *ab*. *Vid.* DIABOLUS, n. 188.

TEMPLUM. 1. — duplex, sc. spirituale, et materiale, ipsum tamen inductivum ad spirituale : IV, 210 *a*; XIII, 223 *b*. Item triplex, sc. materiale, spirituale et cœleste : 123 *a*-130 *b*.
2. — aliquando intelligitur corpus, aliquando mundus, justus, et cœlum : IX, 188 *a*. Item aliquando materialiter, aliquando allegorice, vel moraliter, vel anagogice : IX, 253 *b*-254 *a*; XI, 541 *a*.
3. — est domus Dei, ab usibus humanis remota, ab inferiori potestate exempta, soli Deo dicata, divino cultui deputata, locus orationis : XI, 540 *ab*. De reverentia templo exhibenda : VIII, 513 *ab*; XIII, 384 *a*-386 *a*, 553 *b*-554 *a*, 633 *b*-636 *b*. *Vid.* ECCLESIA templum, n. 8.
4. — debet ornari sacris historiis, et mysticis picturis; — autem diaboli perversis cogitationibus pingitur : XII, 378 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 420, HOMO, n. 205.
5. Templi Hierosolymitani portæ duodecim mystice exponuntur : XIII, 321 *ab*.

Digitized by Google

6. Irreverentia et violatio templorum quare, et quam severe puniatur : VIII, 513 *ab*; XI, 290 *a*; XIII, 223 *b*, 553 *b*. *Vid.* ECCLESIA, n. 9. — 7. Templa ad quid sint instituta : XIV, 125 *ab*, 136 *a*-138 *b*. De templo consecrato mirabilia enarrantur : *ibid.* — 8. In templo apparet Dominus velut in nebula : XIV, 130 *a*.

9. — spirituale est domus habitationis Christi, qualiterque sanctificandum, et dedicandum aqua compunctionis, signo pœnitentiæ, oleo lætitiæ spiritualis, et lumine honestæ conversationis : 126 *a*-128 *b*. Item emundatione a peccato, dedicatione ad cultum divinum, et confirmatione in bono : 133 *ab*. Item per pœnitentiam, misericordiam et sapientiam : 134 *a*-136 *a*. *Vid.* ANIMA, n. 360, COR, n. 45, JUSTUS, n. 63, 65.

10. — cœleste quam nobile, securum, opulentum et pulchrum : 129 *ab*.

11. — dicitur domus orationis octo de causis, quas lege : XIV, 136 *b*-138 *b*. *Vid.* ECCLESIA, n. 4.

12. — bonum Christi est anima in qua adorationes et oblationes fiunt : VIII, 396 *a*; XIII, 258 *b*. Item corpus, in quo anima Deum adorat, et cujus portæ sunt quinque sensus : XIII, 96 *a*.

13. — spirituale est monastica et regularis vita, desertum mundus, mons prælatura, quomodo : XIII, 153 *a*.

Vid. CHRISTUS, n. 419 Sunt portæ, ECCLESIA, n. 1-22.

TEMPORALE. 1. — non potest fieri æternum : IV, 122 *b*. *Vid.* ÆTERNUM, n. 6, MENSURA, n. 5, 7.

2. — dicitur tripliciter, sc. habens initium sive cum variatione, sive sine variatione, sive extra tempus, et supra tempus : I, 235 *b*.

3. — proprie mensuratur secundum leges temporis : I, 480 *a*; II, 51 *a*; VIII, 401 *b*-402 *a*; IX, 588 *a*.

4. Temporalium rerum mensura duplex, una intrinseca, altera extrinseca : VI, 598 *b*.

5. Quod implicat temporale simul et æternum, cur potius dicatur temporale : I, 482 *b*.

6. Æternum non posse esse terminum rei temporalis, ita quod ambo uniantur in idem, qualiter intelligendum : IV, 155 *b*, 156 *b*.

Vid. DEUS, n. 107-108, PROCESSIO, n. 7.

TEMPORALIA. 1. — an sint utilia : IX, 626 *b*-627 *a*.

2. — bona Ecclesiæ bene sunt pro tempore toleranda, et quodam modo etiam affectanda, quare : XIII, 350 *b*.

3. Temporalium abrenuntiatio an sit clericis necessaria : VI, 152 *b*-154 *a*. Quando sit obligatoria : IV, 671 *b*.

4. Temporalium desiderium magis cruciat, quam delectet : VI, 61 *a*.

5. — abrenuntiare minoris est meriti, quam abrenuntiare seipsum : IV, 671 *a*.

6. Temporalium dilectio quomodo meritoria esse possit : 633 *a*.

7. — quomodo petenda a Deo : XIII, 270 *b*-271 *a*. — 8. Qualiter despicienda : X, 63 *a*; XIII, 421 *a*, 518 *ab*, 525 *b*-526 *a*, 529 *b*-530 *a*, 582 *b*-583 *a*. Dicuntur modica, quare : XI, 30 *b*-31 *a*. — 9. Dantur a Deo ut per ea æternalia acquirantur : 25 *a*. — 10. Tunc bene dispensantur, quando in opera misericordiæ distribuuntur : *ibid.*, *et* XIII, 387 *b*. Augentur per eleemosynam : XIII, 325 *b*.

11. Temporalium possessores socii sunt Judæ, si in malum vertantur : XI, 421 *a*.

12. — non debent amari, quia multipliciter amitti possunt : X, 604 *b*.

13. Temporalium affluentia quanta mala quandoque inferat : XIII, 102 *ab*, 322 *b*, 421 *a*. — 14. Quam cito transeant : 295 *b*. — 15. Significantur in Luna; ob idque calcanda : 293 *b*. Stulti sunt, qui ea anteponunt cœlestibus : 331 *b*, 332 *a*.

16. — bona non satiant : 365 *b*. Eorum vanitas describitur : IX, 587 *ab*; XIII, 401 *a*, 559 *ab*, 595 *a*-596 *a*. Subjecta sunt motui et instabilitati : VIII, 401 *b*-402 *b*; IX, 588 *b*-592 *b*.

17. — quinam male acceperint : XIII, 475 *b*.

18. — bona sunt pondera, vincula, et obstacula impedientia Dei servitium : 349 *a*-350 *b*.

19. — bona possidentium quatuor genera ostenduntur : XI, 90 *a*.

20. Temporalium rerum proprietas, possessio, usufructus, et usus qualiter differant : XIV, 500 *a*-501 *b*. Earum congregatio quando illicita : VII, 536 *a*.

Vid. ÆTERNUM, n. 25, 29.

TEMPORALITER. 1. Quod temporaliter procedit, an incœperit esse : I, 234 *b*, 235 *b*, 481 *b*, 482 *b*.

TEMPUS. 1. — est mensura circularis, conveniens motui et mobili : II, 243 *b*. Sumitur multipliciter, sc. communissime pro qualibet duratione creata; communiter, pro mensura mutationis cujuscumque; proprie, pro mensura durationis successivæ, sive sit proprie successiva, sive non; et propriissime, pro mensura motus secundum prius et posterius : II, 239 *b*, 278 *b*, 285 *b*; IX, 607 *b*.

2. — proprie est duplex, sc. intrinsecum, et extrinsecum : II, 49 *b*, 280 *a*, 537 *a*; VI, 596 *a*. — extrinsecum est mensura primi

Digitized by Google

mobilis : VI, 598 *b*. Extrinsecum est quasi materiale, intrinsecum quasi formale temporis : IX, 435 *b*.
3. — est numerus motus, sc. numeratus, non numerans; ob id secundum essentiam et habitum est in omni re in qua est prius et posterius : II, 49 *b*, 280 *ab*.
4. — facit distare quod est : II, 413 *b*. — 5. Motus cœli mensurat omnem motum et omne tempus : IX, 435 *a*.
6. — præsens est ens in actu, cætera non : I, 479 *b*.
7. Differunt incipere ex tempore, in tempore, et cum tempore : I, 480 *a*. — non incœpit ex tempore, nec in tempore, nec cum tempore : *ibid.* — non est in sui initio; incœpit tamen in seipso : II, 247 *a*. Quænam fiant cum tempore, quænam in tempore, quænam sub tempore, quænam pro tempore, quænam pro æternitate : IX, 591 *a*. Res factæ sunt cum tempore, non vero in tempore : II, 276 *a*.
8. Temporis nunc duobus modis potest intelligi; sc. in prima productione temporis, sicque est assignabile principium temporis, in quo omnia fuerunt creata; vel postquam factum est, sicque non est assignabile : II, 247 *a*.
9. — secundum essentiam potest dici consistere in unico nunc, sc. quoad sui initium; secundum existentiam vero includit variationem : *ibid.*
10. — cur primo creatum sit : II, 288 *b*.
11. Prius et posterius temporis causatur a priori et posteriori motus; et hoc a priori et posteriori in magnitudine, prout est in mobili : II, 286 *b*.
12. Temporis unitas causatur ab unitate subjecti, sc. materiæ; ob idque cum una sit materia secundum essentiam, sic etiam unum tempus, differens tantum secundum esse : II, 280 *a*-281 *b*; IX, 435 *a*. Hinc unitas temporis non desumitur ab unitate mobilis : II, *ibid.*
13. — consequitur rem cujus est mensura : II, 281 *b*.
14. Temporum divisiones unde oriantur : VII, 261 *b*.
15. Tempora quatuor anni unde ortum habeant : II, 586 *b*. *Vid.* CŒLUM, n. 51. Quomodo quatuor ætates vitæ humanæ significent : IX, 247 *b*. *Vid.* QUARTA.
16. — etiam imperceptibile dicit successionem : 61 *a*.
17. Tempore mensurantur proprie motus, et successiva, continua et corruptibilia : II, 285 *b*; VII, 383 *b*; VIII, 401 *b*; IX, 434 *b*, 435 *a*, sc. motu primi mobilis.
18. — quomodo mensuret intellectiones angelorum : II, 415 *a*. — quomodo mensuret affectiones voluntatis : 280 *a*. — quomodo affectiones angelorum : 57 *b*, 58 *b*, 279 *b*. *Vid.* ÆVUM, n. 3.
19. Tempora (grammaticalia) varie verificantur de temporali, de æviterno, et de æterno : I, 144 *ab*. — imperativum quot modis sumatur in Scriptura : IX, 576 *a*. Item et præteritum : 260 *ab*.
20. — aliud importat motum circularem, facitque diem naturalem; aliud sæcularem, spectatque ad felicitatem temporalem; aliud motum salutarem, spectatque ad gratiam : IX, 435 *a*.
21. — manet formaliter, fluit materialiter : 434 *b*.
22. — aliud ordinatur ad Deum, aliud ad animam, aliud ad solem : *ibid. inf.*
23. — pretiosum, utiliterque expendendum : 479 *b*.
24. Temporis opportunitas ad pœnitentiam quænam : X, 179 *b*. — opportunum est tempus gratiæ : IX, 197 *a*. Temporis opportunitas qualis in quærendo Deum : XIII, 274 *ab*.
25. Tempora sex numerantur ab Adam usque ad tempus gratiæ : IX, 255 *a*, 310 *b*.
26. Variæ divisiones temporum secundum dies creationis : IX, 101 *a*-102 *b*, 105 *a*-106 *a*, 267 *b*.
27. Temporum observatio qualis licita, et qualis illicita : VI, 296 *a*.
28. Tria tempora, sc. ante legem, sub lege, et sub gratia : XI, 283 *b*.
29. Tempora quatuor debemus in memoria semper habere, sc. nostræ reconciliationis, mortis, examinis, et damnationis : XIII, 145 *a*-146 *a*.
30. — non est in Deo, et quomodo verificetur de Deo : I, 150 *b*-152 *b*, 173 *ab*.
